

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

**INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNV M LLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM**

A V S P I C I I S
**SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII Aevi**

E D I D I T
GEORGIVS HEINRICVS PERTZ

SERENISSIMO GERMANIAE IMPERATORI BORUSSIAE REGI A CONSIL. REG. INT. BIBLIOTHECAE BEROL. PRAEFECTVS.

[Ser. in fol.]

DIPLOMATVM IMPERII
TOMVS I.

HANNOVERAE
IMPERIIS BIBLIOPOLII AVLICI HANNIANI.
MDCCLXXII.

UNVERÄNDERTER NEUDRUCK 1933.
VERLAG KARL W. HIRSEMANN / LEIPZIG

THE BANK
4 OCT. 1949
MRS. L. B.



Absolutis atque in publicum emissis XXIV Scriptorum et Legum voluminibus, dum, licet haud raro, socios quin promissis starent non animo sed adversa valetudine defecisse dolemus, residuis tamen utriusque classis auctoribus continuam curam impendere studebimus; ea spe freti, quod patriae universae Imperio feliciter restaurato hodie praeterea classis tertiae Caesarum Regumque diplomata, qualia ab exordio huius operis favore summorum principum et optimatum ex tabulariis et bibliothecis nobis commissis apertisve studio indefesso collegimus, prout in registris Archivii nostri plenius legitur, et in primo quidem volumine diplomata Regum stirpis Merovingicae et originis Karolorum antequam regium fastigium adscenderent collecta, et Karolo filio

edenda commissa atque quanto studio decebat absoluta, proponimus. Quo facto studiosorum votis respondere, et hinc secundo tomo amplissimae collectioni Karolingicae stirpis Regum et Imperatorum diplomatum edendis viam munivisse speramus.

Scribebam Berolini in Bibliotheca Regia ipsis Kalendis Maiis a. 1872.

G. H. PERTZ.

TOMO DIPLOMATUM PRIMO CONTINENTUR:

	Page.
Prolegomena auctore Karolo G. F. PERTZ	VII—XII.
Index diplomatum	XIII—XVI.
I. Diplomata regum Francorum e stirpe Merovingica	1—88
II. Diplomata maiorum domus regiae	89—110
III. Diplomata spuria	111—215
Index librorum, qui in hac editione laudantur	216—219
Index topographicus	219—234
Index historicus	235—248
Glossarium	249
Notae Tironianae	249
Corrigenda et Addenda	250
Tabulae I. II. III. IV.	ad pag. 22. 51. 53. 67.

DIPLOMATA REGUM FRANCORUM E STIRPE MÆROWINGICA.

EDIDIT

KAROLUS AUGUSTUS FRIDERICUS PERTZ

GEORGH HEINRICI F.

PROLEGOMENA.

Monumentorum patriae historicorum sectionis diplomaticae, cuius tandem prodit tomus primus, fundamenta iam annis 1820—1823 in itinere Austriaco Italicoque ab illustri huius collectionis editore condita sunt. Praeter magnam enim chartarum copiam, tunc primum accurate descriptarum, quarum seriem itinerarium auctoris exhibet¹; notis quoque quas Tironis dicunt explanandis operam impendit², et mense Septembri ineunte anni 1820 Lexicon notarum Gottwicense, hucusque incognitum, primus indagavit. Deinde vero, aucto sine remissione insequentibus annis chartarum thesauro, anno 1826 et 1827 Georgius Henricus pater vetustissima illa regum Merowingicorum atque Karolorum diplomata adiit³, quae Parisiis in tabulario Franciae adservantur. Quae quamvis saepius tractata a viris doctis quum non omni ex parte recte antea edita fuissent, renovato labore veras iamiam lectiones credimus esse restitutas. In eodem itinere diplomata etiam Mahmundariensia, quae Bruxellis adservantur⁴, aliaque Londini ex chartulario antiquissimo Traiectensi⁵ descripta sunt, huic ipsi volumini inserta. Sequuntur excursus annorum 1833, 1835, 1837, et examinatae bibliothecae Batavae⁶, Bavaricae⁷, Helveticae⁸, Sabaudiae, contunctique labores Boehmeri, itineris per Bawariam socii⁹; necnon auctumno anni 1837 Georgii Waitzii iter Francicum, cui chartularii Antonensis in tabulario Montispessulano et Divionensis S. Benigni copias debemus.

Quibus ita peractis primo loco desiderabile visum est, ditissimas illas fontium historicorum collectiones explorare, quae in partibus Flandriae, Franciae orientalis, Lotharingiae Parisiisque adservabantur. Quare anno 1839, mense Iunio, Hollandiam, Belgicam, cum adiacentibus Franciae partibus investigandas Ludovicus Conradus Bethmannus suscepit¹⁰; Treveros et Lotharingiam Waitzium¹¹, tabularia denique ac bibliothecas Parisienses ipse Pertzius¹². Quorum virorum opera quantum et in praedictis provinciis ac deinde viribus unitis Parisiis collectiones nostrae auctae sint, locis laudatis accuratius enumeratur.

1) Archiv III, 535—539; 548—553; 559—562; 575; 576; 578. 579; 598—603; 612. 613; 626—628; 2) l. c. 641. 3) l. c. 642, n. 3. 4) l. c. VII, 129 sqq. 5) l. c. VII, 103—108. 6) l. c. VII, 108—173. 7) l. c. IV, 173—177; 194—206; 499. 500; V, 317—335. 8) l. c. 107. 108; 138—142. 9) l. c. VIII, 25—101. 10) l. c. III, 535 sqq. 11) l. c. V, 9 sqq. et 833—846. 12) l. c. 1—3.

Accesserunt anno 1844 Pertzii iter Britannicum, et annis 1844—1846 Bethmanni investigatio Italica, chartis aevi potissimum Suevici colligendis fecundissima. His adnumeranda est diplomatum collectio, a Johanne Friderico Boehmero instituta¹³, chartas regum ac imperatorum Germaniae inde ab accessione Heinrici regis I. usque ad saeculi fere XIV. exitum amplexa, et Regesta chronologica ejusdem auctoris, iam inde ab anno 1831 edita, ut viam editioni ipsi pararent. Hanc enim editionem diplomatum annorum 911—1313 instruendam iam anno 1823 Boehmerus susceperat, chartas Merovingicas et Karolingicas reiciens; nec tamen, annis insequentibus magis magisque Regestis conficiendis deditus, editionem ipsam adgressus est¹⁴, nisi quod anno 1859 Acta solummodo Conradi regis I. protulit, ipsam collectionem post obitum suum amicis edendam relinquens.

Necessarium inter haec visum est, voluminum priorum sectionis diplomaticae materiam colligere seriemque chartarum huc spectantium, Merovingicarum atque Karolingicarum, integram congerere: minusque nobis oblatum variis annorum 1853—1868 itineribus quantum fieri licuit explevimus.

Et primo quidem auctumno anni 1853 chartularium antiquissimum Corbeiense saec. X., in bibliotheca Mediomontana adservatum, optimaque notae et incognitum antea, descripsimus¹⁵; deinde tabularia Germanica nondum in usus nostros conversa accedentes, anno 1855 diplomata Dessaviensia, Kasselana, Kaufungensia, Fuldensia, numero plus quam ducenta et viginti, descripsimus. Anno 1862 dilissimum tabularii Monacensis thesaurum chartarum Karolingicarum, tabularia deinde Helvetica Sancti Galli, Rhenaugiense, Turicense, necnon Argentoratense absolvimus, copias maxime autographorum ter centum sedecim reportantes. Anno sequente autographa primum in bibliotheca Parisiensi adservata descripsimus, Merovingica scilicet, Karolingica et recentiora, numero centum et quatuor; antiquissima deinde regum Merovingicorum et succedentium diplomata thesauri chartarum in tabulario Franciae de novo religiose perlustravimus, ne loci forte dubii relinquerentur; quibus ex tabulariis Mellensi¹⁶, Lucelenburgensi, Treverensi alia septuaginta tria addere licuit. Neque minus collectionem auferunt, quae anno 1864 in tabulariis Monasteriensi, Dusseldorptensi, Traiectensi, denique Hagae Comitum ex ipsis autographis et chartulariis descripsimus: diplomata scilicet Merovingica chartularii Malmundariensis Dusseldorptensis octo, Karolingica septuaginta quatuor, quorum in numero triginta septem autographa reperimus; diplomata denique aevi posterioris quadraginta quinque. Invenimus praeterea Traiecti in tabulario archiepiscopali Librum donationum imperialium, saeculo XII. inc. conscriptum, nunquam antea exploratum et prope ad chartularium Musei Britannici accedentem, cuius lectiones in omnibus sequitur.

13) Cfr. Acta Imperii ed. Ficker, praef. pag. V ex. sq. (Stumpf n. 2738) in membranis scriptam, et diploma
14) Cfr. praefationem laudatam p. XIV sq. 15) Cfr. mss. Heinrici III. anni 1058, d. Martii 7. (Stumpf infra diplomata Chlothacharii III. n. 38, 40; Theoderici III n. 52; Chilperichi II. n. 86. 16) Mellis superscriptas reperimus. Sic corrigenda, quae de chartam Heinrici IV. Imp. anni 1070, d. Aug. 8. his leguntur Archiv VIII, 6 n. 50.

Iam vero tabularia alia inspicienda restabant, Alsatica praesertim: Selestadiense, Colmariense, S. Gregorii in Vosago; necnon in Lotharingia Nanceianum atque Barrense, denique in Germania Karolsruhanum. Quae omnia anno 1866 summo cum fructu investigavimus, ex iis diplomata Merovingica duo, Karolingica sexaginta tres, septuaginta denique et septem recentioris aevi reportantes, investigatis inter ea autographis numero centum et decem.

Anno denique 1868. Argentorati Vir reverendissimus, Andreas Raess episcopus, octo autographa et Merovingica et Karolingica bibliothecae suae describere nobis humanissime permisit, quorum numero — inspectis tantum ob temporis angustias tabularii Calmontensis chartis pretiosissimis — Hagenoviae et Darmstadii quadraginta alia addidimus.

Quibus omnibus absolutis etsi tutissima editioni fundamenta essent parata, nonnulla tamen supplenda videbantur, in Belgica ipsa necnon in tabulariis Franciae meridionalis, occidentalis atque orientalis latitantia. Intra annos igitur 1867 et 1868 socius noster Wilhelmus Arndt Belgicam, Campaniam, Provinciam perlustrans, ex chartulariis potissimum Malmundariensibus, Bruxellis adservatis, ex tabulariis deinde Calmontensi, Trecensi, Lugdunensi, Montispessulano nonaginta fere diplomata aevi Merovingici et Karolingici, necnon unno sequenti Galliae septentrionalis atque occidentalis tabulariis investigatis chartularium Folquini Bonontense, codicem Cenomannensem aliaque descripsit; quibus anno 1870 ineunte accessere diplomata Registri Petri diaconi ac chronici Vultur-nensis, per Hermannum Pabst, quem bello Mellensi die 16. Augusti 1870 subito nobis abreptum lugemus, in Italia collecta. Descriptis denique a nobis anno 1867 et 1869 chartulariis manu scriptis Laureshamensi, Wormatiensi, Epternacensi, tandem ad ipsam editionem instituendam anno 1870 accessimus.

Diplomatam Merovingicorum seriem primus anno 1625 edidit Iacobus Doublet, monasterii S. Dionysii abbas, chartas scilicet octoginta octo, quarum viginti quinque a regibus Francorum primae stirpis, reliquae a Pippino rege eiusque successoribus conditae sunt. Deprompserat praefata diplomata Doubletus ex tabulario monasterii sui; neque tamen legendi satis peritus nec arte critica imbutus, et lectiones negligenter edidit, nec fictitias chartas a veris segregare intellexit, inter viginti quinque diplomata Merovingica spuria duodeviginti proferens.

Exortae deinde quas novimus rixae diplomaticae, dum anno tandem 1681 prodiit monumentum aere perennius, magni Mabillonii de Arte diplomatica opus, et artem ipsam primum delineans magnamque diplomatam Merovingicorum seriem¹⁷ ex praefato praesertim tabulario S. Dionysii proferens. Iam antea in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti¹⁸ et Analectis veteribus¹⁹ viginti octo

17) scilicet quadraginta quatuor chartas. 18) a. 1668 sqq. 19) a. 1675 sqq.

eorundem regum chartas publicaverat, e quibus tredecim meliori forma ornatas in opus postea diplomaticum recepit: quas vero in Annalibus Ordinis S. Benedicti editae sunt, ut a discipulis plerumque descriptae, ad normam editionis in opere diplomatico minime accedunt. Sed nec in praedicto libro diplomatum lectiones semper recte traditas esse, charta Dagoberti I. pagina 465 sub n. V. a Mabillonio edita ostendit; quem tamen ceterorum editorum usque ad haec nostra tempora longe principem fuisse confitendum erit.

Iam vero post Doubletum et inde a saeculo XVII. medio per Franciam, Germaniam, Italiam ad historiam maxime ecclesiasticam illustrandam innumera diplomata edebantur, quae communi omnium utilitati in unum corpus colligendi magis in dies necessitas apparuit. Inde Parisiis in monasterio S. Germani, quospiciis congregationis S. Mauri, de studiis litterarum meritissimae, prima collectio diplomatum et Merovingicorum et Karolingicorum opera Francisci Bouquet tomo IV—VI. et VIII—IX. editionis Scriptorum rerum Gallicarum et Francicarum maximae anno 1741—1758 edita est, volumine potissimum quarto diplomata Merovingica centum triginta septem amplexa: exclusis scilicet chartis iis, quas sparias vel suspectas editor iudicavit²¹, retentis tamen cum Mabillonio fictiliis pro ecclesia Cenomannica. Editio in chartis producendis libros impressos in universum sequitur, exceptis sex, quarum duae²² ex autographis iam deperditis, tertia²³ ex autographo adhuc existente, tres²⁴ ex chartulariis depromptae sunt.

Quare quum lectiones chartarum, ubi loco autographorum editiones tantum dubiae fidei sequuntur, haud raro depravatae sint, neque genuinae omnes²⁵ receptae: sub finem saeculi eiusdem impensis publicis et praedicta congregatione adiuvante collectio diplomatum aevi Merovingici, curantibus VV. CII. F. de Brequigny et La Porte du Theil, anno 1791 Parisiis edita est, omnem chartarum seriem cum commentario complectens.

Quae editio ut praecedente accuratior esset, iam anno 1769 editor De Brequigny Regesta regum Francorum protulerat, seriem chartarum, epistolarum, actorum ad historiam regum pertinentem inde ab anno 142 usque ad annum 1031 ordine chronologico ex libris impressis ad instar operis huius generis primi exhibentem, anno iam 1765 auctore abbate De Foy editi. Tabularia praeterea et Francica exterarumque regionum per doctos congregationis S. Mauri socios visitata sunt, quorum studiis apparatus diplomaticus in usum editorum formatus est, bibliothecae Parisiensi postmodum adiunctus. Continet autem editio ipsa chartas ducentas decem, vel potius, omissis iis quae numeris 4 et 8 signantur, a chartis n. 6 et 7 minime diversis, diplomata ducenta octo, sive seriem omnium integram, quae sub finem saeculi illius vulgata fuerant. Et ob hanc causam editor laudandus, quod singularum chartarum editiones reliquas ac de chartis iudicia virorum doctorum primus adiecit: vituperandus econtra, quia in textu,

21) Cfr tom. IV, praefat. pag. XV. 22) Tom. IV, apud Bouquetum diplomata genuina duodeviginti, n. 13, et tom. VIII, Addenda p. 676; infra n. 8 et 79 scilicet infra numeris signata 6. 7. 10. 17. 24. 28.
23) Tom. IV, n. 86, infra n. 71. 24) ibid. n. 45. 36. 72, et maiorum domus n. 1. 4. 7. 8. 9. 10. 13. 92. 107; infra n. 41. 74. 85. 25) Desiderantur 19. 20. 24.

ut ita dicamus, constituendo et ille editiones plerumque sequutus est, sedecim²⁶ tantum chartis cum ipsis autographis collatis.

Idem et de nova eiusdem collectionis editione iudicandum, opera I. M. Pardessus annis 1843 et 1849 prolata, et — si nonnullas notarum additiones excipias — quod lectiones ipsas adinet, a priore vix diversa²⁷: nisi quod in *Additamentis* tomii secundi tres chartas addidit, ex *Actis Academiae Palatinae* et *Bodini historia Andegavensi* descriptas.

Quae quum ita se habeant, eo magis feliciter accidit, ut annis insequentibus diplomata illa autographa, in tabulario Parisiensi adservata, saepius a viris doctis tractata rectiusque quam antea vulgata sint. Primus autem triginta novem ex illis, quorum unum ineditum²⁸, cum tabulis lapidi incisis anno 1848 accurate edidit vir doctissimus tabulario tum regio praefectus A. Letronne; quem anno 1866 Iulii Tardifii sequutum opus²⁹, ex eodem thesauro chartarum Franciae quadraginta quatuor diplomata cum duobus inter ea ineditis³⁰ continens, aliisque duobus³¹, a V. Cl. Henrico Bordier paulo antea divulgatis. Sed nec ultima haec editio a mendis libera est, scilicet quae saepius a vera lectione aberraverit, immo haud semel vel ipsas voces diplomatum omiserit.

Amplectitur autem haec nova, quam proferimus, editio diplomata ducenta viginti quatuor, scilicet inedita duo³² et unum hucusque adscriptor³³, quod Dagobercto I. regi vindicavimus³⁴. Ex his quadraginta octo ad fidem autographorum proponimus, aliorum centum et trium lectiones, praestantioribus quam reliqui editores subsidiis innixi, rectius edimus; chartas denique, ob fontes ex quibus antea editae fuere iam vice temporum deperditas³⁵ ex ipsis editionibus repetitas, vitis editionum remotis ad meliorem statum revocare studuimus. Quod autem nova illa, quibus usi sumus, subsidia attinet, chartularia praesertim laudamus Corbeiense in Britannia saec. X, iam supra memoratum, chartularium Traiectense ibidem et *Librum donationum imperatorum Traiectensem*, *librum deinde Eplernacensem aureum*, *codicem denique Bambergensem praestantissimum*, *Malmundariensia diplomata exhibentem*, mense Aprili anni praeteriti Berolinum ad vota nostra transmissum, ibique, cum iam typis exscriberetur editio, manu Wilhelmi Arndtii in usum nostrum conversum; cuius scripturae specumen tabula I. exhibet.

Ceterum in editione nostra regesta, ut ita dicam, chartarum sic instituenda putavimus, ut et omnes singularum fontes atque editiones ibi colligantur talique ratione disponantur, ut quo fonte et nos et reliqui editores usi sint, facile possit

26) Cfr. n. 29. 123. 229. 231. 232. 234. 253. 267. 271. 272. 287. 288. 289. 290. 297. 299. 27) Negligentiam in utraque editione reprehendendam ut paucis demonstramus: in placito Childerici III, (infra n. 79), quod ex autographo extans deperdito Bouquetus profert, haec perversae legens eorum scribit pro *conlogo*, id quod Brequigny et Pardessus nihil haesitantes repetunt. Similiter in diplomate Chlodovei I. (infra spur. n. 2) Brequigny absurde bis scribit *mappas* pro *caecas*, eandemque deinde errorem altera editio repetit. 28) Cfr. *Diplomata et*

chartae Merovingicae aetatis in Archivis Franciae asservata. (Ed. A. Letronne.) Paris 1848, pag. 33, n. 20 bis. 29) *Inventaires et Documents des Archives de l'Empire. Monuments historiques.* Paris 1866. 4°. 30) Tardif p. 4, n. 4, infra n. 10, et ibid. pag. 13, n. 16, infra n. 36. 31) infra n. 72, et spuria n. 88. 32) Childerici II, spur. n. 64, et Theodorici III, spur. n. 77. 33) infra n. 17. 34) exempli gratia *Chartular. Antiochense*, necnon autographa plura; cfr. infra n. 79. 74, et dipl. Pipini n. 18. 21.

perspici. Fictitia denique diplomata a genuinis atque authenticis in maiorem studiosorum utilitatem segregavimus; qua in te ne diploma Dagoberti regis primi pro basilica S. Dionysii³⁵, a nemine unquam impugnatum et charta Ludovici imperatoris anni 814, die Decembris 1. confirmatum, immerito spuris adnumeratum sit, valde modo habemus suspectum.

Notarum Tironiarum, quas quidem in statu chartarum praesenti legere successit, in fine voluminis adiecimus explicationem. Secundus autem editionis nostrae tomus, diplomata regum atque imperatorum Pippini, Karlomanni, Karoli, Ludovici cum ineditis plus quam viginti quinque amplexus, et tam magna ex parte absolutus, anno proximo prelo subiicietur.

Restat ut viris omnibus de hoc libro optime meritis, bibliothecarum maxime tabulariorumque in Germania, Belgica, Hollandia, Britannia, Francia, Helvetia, Italia praepositis, quorum humanitati opus nostrum magna ex parte debetur, gratias debitas offeramus, benivolentiam eorum et sequentibus huius collectionis voluminibus qua decet reverentia exorantes.

Dabam Berolini natalibus paternis, a. d. 5. Kal. Aprilis, anno MDCCCLXXII.

KAROLUS PERTZ.

35) dipl. spur. n. 36.

INDEX DIPLOMATUM, QUAE IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

I. DIPLOMATA REGUM FRANCORUM. Pagg. 1—88.

			Pagg.
1. c. a. 510.	Charta	Chlodovei I pro Euspicio et Maximino	3.
2. a. 528, Jan. 20.	"	Childeberti I. pro monasterio Anisolensi	3 ex.
3. a. 528, Jan.	"	" pro ecclesia Parisiensi	5.
4. a. 546, April. 28.	"	" pro monasterio Anisolensi	6.
5. a. 556, Dec. 6.	"	" pro ecclesia S. Vincentii Parisiensis	7.
6. c. a. 550.	"	Chlothacharii I. pro monasterio Glannasoliensi	8 med.
7. [a. 554—587.]	"	Radegundis reginae pro monasterio Pictaviensi	8 ex.
8. [a. 561—584.], d. Maii 5.	"	Chilperichi I. pro ecclesia S. Luciani Bellovacensis	11.
9. a. 562.	"	" pro monasterio Anisolensi	12.
10. a. 625, m. Junio.	"	Chlothacharii II. pro monasterio S. Dionysii	13 inc.
11. c. a. 627.	"	" pro basilica S. Dionysii	13 p. m.
12. c. a. 628.	"	Dagoberti I. pro Ursino et Beppoleno fratribus	14.
13. a. 629, April. 8.	"	" pro ecclesia Cadurcensi	15.
14. a. 631—632, die 15. ...	"	" pro basilica S. Dionysii	16 inc.
15. a. 635, Oct. 1.	"	" pro monasterio Resbacensi	16 p. m.
16. a. 635, Oct.	"	" pro basilica S. Dionysii	18 inc.
17. [a. 627—638, Jan. 19.]	"	" pro eadem basilica	18 ex.
18. c. a. 640.	"	Chlodovei II. pro eadem basilica	19 inc.
19. a. 653, d. Junii 22.	"	" pro monasterio S. Dionysii	19 p. m.
20. c. a. 656	"	" pro Amanchilde matrona	21.
21. c. a. 644.	"	Sigiberti II. pro monasterio Casecongindino	21 m.
22. [a. 648.]	"	" pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi	22.
23. a. 651.	"	" pro eisdem monasteriis	23.
24. c. a. 653.	"	" pro ecclesia Spirensi	24.
25. c. a. 661, Aug. 1.	"	Childerici II. pro monasterio Einouensi	25.
26. [a. 660—662.]	"	" pro monasterio S. Gregorii in Vosago	26 inc.
27. c. a. 664.	"	" pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi	26 m.
28. [a. 664—668.]	"	" pro ecclesia Spirensi	27.
29. a. 667, Sept. 6.	"	" pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi	28.
30. a. 673, Mart. 4.	"	" pro mon. S. Gregorii in Vosago, s. Confluentis	29.
31. a. 673, Iulii 4.	"	" pro monasterio Dervensi, sive Putiolis	30.
32. c. a. 657.	"	Chlothacharii III. pro basilica S. Dionysii	31 inc.
33. [c. a. 657—658.]	"	" pro monasterio Cellensi	31 p. med.
34. a. 658, m. Nov.	Placitum	" pro monasterio S. Dionysii contra Ingobergam, uxorem Ermelini	32.
35. c. a. 658.	"	" pro eodem contra Berscharium episcopum	33.
36. c. a. 658.	"	" de hereditate Ermelini	34 inc.
37. c. a. 659.	"	" quo lis inter ecclesiam Rotomagensem et monasterium S. Dionysii dirimitur	34 m.
38. a. 660, Dec. 23.	Charta	" pro monasterio Corbelensi	35 inc.
39. a. 662, Febr. 1.	"	" qua commutationem inter ecclesias Noviomensem et Sithiensem confirmat	35 p. m.
40. a. 662, Sept. 6.	"	" pro monasterio Corbelensi	36 ex.
41. a. 663, Oct. 24.	Placitum	" pro ecclesia S. Benigni Divionensis	38.
42. a. 664, m. Aug.	Charta	" pro monasterio Besuensi	39.
43. a. 666, Aug. 18.	"	" pro eodem monasterio	40.
44. a. 675, Aug. 1.	"	Dagoberti II. pro monasterio Weissemburgensi	41.
45. a. 677, Aug. 1.	"	" pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi	42.
46. a. 677, Sept. 4.	"	Theuderici III. pro monasterio Besuensi	43 inc.
47. a. 677, Sept. 12.	"	" pro mon. S. Dionysii et Chainone diacono	43 p. m.
48. a. 677, Sept. 15.	"	" pro Chramlino, Eptredunensis ecclesiae episcopo deposito	44.
49. a. 679, d. Junii 30.	Placitum	" pro Amalgario, Gaetramni filio, contra Achilidem feminam	45 inc.
50. [a. 673—681.], Jun. 11.	Charta	Theuderici III. pro monasterio Anisolensi	45 m.
51. c. a. 681.	"	" pro monasterio S. Dionysii	46.
52. c. a. 681.	"	" pro monasterio Corbelensi	46 ex. sq.
53. c. a. 681.	"	" pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi	47.
54. a. 682, Oct. 23.	"	" pro monasterio Sithiensi	48 ex. sq.
55. a. 683, d. Maii 23.	"	" pro monasterio Dervensi	49.
56. a. 687, April. 1.	"	" pro monasterio Sithiensi	50.

		Page
57. a. 688, Oct. 30.	Charta Theoderici III. pro monasterio S. Dionysii	51.
58. a. 691, d. Junii 1.	" Chlodovei III. pro monasterio Sithiensi	52.
59. a. 691, Aug. 12.	Placitum " in lite inter Chrotcharium diaconum et Chuneberechum	53.
60. a. 692, d. Maii 5.	" " contra Ermendaldum abbatem pro monasterio S. Dionysii	53 ex.
61. a. 692, d. Junii 5.	Charta " pro ecclesia S. Dionysii	54.
62. a. 692, d. Junii 25.	" " qua commutationem inter Papolenum episcopum et monasteria Stabulense et Malmundariense confirmat	55.
63. a. 692, Sept. 1.	" " pro monasterio Anisolensi	56 inc.
64. a. 692, Nov. 1.	Placitum " pro basilica S. Dionysii	56 ex. sq.
65. [c. a. 692.]	Charta " pro monasterio Grasellensi fragmentum	57.
66. a. 693, Febr. 28.	Placitum " pro Ingramno puero	58.
67. a. 695, Dec. 13.	Charta Childeberthi III. commutatoria cum basilica S. Dionysii	59.
68. a. 695, Dec. 23.	" " pro basilica S. Dionysii	60.
69. a. 696, April. 8.	" " pro eadem	61.
70. a. 697, Mart. 14.	Placitum " pro eadem	62.
71. a. 697, April. 3.	Charta " pro monasterio Argentollensi	63.
72. c. a. 700.	" " pro monasterio Fossatensi	64 inc.
73. a. 702, Febr. 25.	Placitum " pro ecclesia S. Vincentii et S. Germani Parisiensis	64 p. m.
74. c. a. 705.	Charta " pro monasterio SS. Sergii et Medardi Andegavensi	65.
75. a. 706, Mart. 12.	" " pro basilica S. Dionysii	66.
76. a. 709, April. 8.	Placitum " pro Andulno clerico	67.
77. a. 710, Dec. 13.	" " pro basilica S. Dionysii	68.
78. a. 710, Dec. 14.	" " pro eadem contra Grimoaldum, maiorem domus	69.
79. a. 711, Febr. 10.	" " pro Ragneindo, viro Illustri	70.
80. c. a. 712, Ian. 18.	Charta Dagoberti III. pro monasterio Anisolensi	71.
81. a. 716, Febr. 29.	" Chilperichi II. pro basilica S. Dionysii	72.
82. a. 716, Mart. 5.	" " pro eadem	73.
83. a. 716, Mart. 7.	Placitum " pro monasterio S. Dionysii	73 ex. sq.
84. a. 716, Mart. 16.	Charta " pro basilica S. Dionysii	74.
85. a. 716, Mart. 25.	" " pro monasterio Fontanellensi	75.
86. a. 716, April. 28.	" " pro monasterio Corbelensi	76.
87. a. 717, Febr. 28.	" " pro basilica S. Dionysii	77.
88. a. 717, April. 24.	" " pro monasterio Fossatensi	78 inc.
89. a. 717, d. Junii 8.	" " pro basilica S. Arnulfi Mettensis	78 a. 8a.
90. a. 718, c. d.	" " pro monasterio Sithiensi	79.
91. a. 721, Mart. 3.	" Theoderici IV. pro monasterio Sithiensi	80.
92. a. 721, Nov. 10.	" " pro eodem monasterio	81.
93. a. 723, Mart. 1.	" " pro basilica S. Dionysii	82.
94. a. 726, Mart. 3.	Placitum " pro eadem	84 inc.
95. a. 727, d. Iul. 12.	Charta " pro monasterio Murbacensi	84 ex. sq.
96. a. 743, April. 23.	" Childerici III. pro monasterio Sithiensi	86.
97. a. 744, m. Iulio	" " pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi	87.

II. DIPLOMATA MAIORUM DOMUS Pagg. 89—110.

1. c. a. 650.	Charta Grimoaldi ducis pro mon. Stabulensi et Malmundariensi	91 inc.
2. a. 691, Febr. 20.	" Pippini et Plectrudis pro basilica Mettensi	91 ex. sq.
3. a. 702, Ian. 20.	" " commutatoria inter ipsos et ecclesias Viridunensem atque S. Videni	92.
4. a. 706, d. Maii 13.	" " pro monasterio Epternacensi	93.
5. a. 706, d. Maii 13.	" " pro eodem monasterio	94.
6. a. 714, Mart. 2.	" " pro Willibrordo episcopo	95.
7. [a. 715—716.]	" Arnulfi ducis pro monasterio Epternacensi	96.
8. [a. 7.] d. Maii 17.	" Karoli, maioris domus, pro Willibrordo episcopo	97 inc.
9. a. 717, Febr. 23.	" eiusdem pro ecclesiis S. Petri et S. Pauli Epternacensibus	97 a. med.
10. c. a. 719, Dec. 2.	Placitum " pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi	97 ex.
11. a. 722, Ian. 1.	Charta " pro monasterio Traiectensi	98.
12. a. 726, Iul. 9.	" " pro Willibrordo episcopo	99 ex. sq.
13. [a. 715—739.]	" " pro monasterio Epternacensi	100 ex. sq.
14. a. 741, Sept. 17.	" " pro basilica S. Dionysii	101.

INDEX DIPLOMATUM.

XV

		Page.
15. (a. 746.), d. Iunii 6.	Charta Karolmanni, maioris domus, pro monasteriis Stabulensi et Malmundariensi	102.
16. a. 746, Aug. 18.	Placitum eiusdem pro eisdem monasteriis	103 inc.
17. a. 743, Ian. 1.	Charta Pippini, maioris domus, pro eccl. S. Vincentii Matiscomenensis	103 ex. sq.
18. a. 747, Febr. 11.	Placitum eiusdem pro basilica S. Dionysii contra Christianam feminam	104.
19. c. a. 748.	Charta " pro monasterio Hohenaugiensi	105 m.
20. c. a. 748.	" " pro eodem monasterio	105 d. sn.
21. a. 749, Aug. 17.	Placitum " pro basilica S. Dionysii contra Hormungum, abbatem monasterii Marigilli	106.
22. a. 750, d. Iunii 20.	" " pro eadem basilica contra Raganam, monasterii Septemolarum abbatissam	107.
23. c. a. 751.	Charta " pro basilica S. Dionysii	108.
24. [a. 741—752, Mart. 4.]	" " pro monasterio Epternacensi	109 a. f. sq.


III. DIPLOMATA SPURIA Page. 111—215.

1. a. 476, Dec. 29.	Charta Chlodovei I. pro monasterio Reomaensi	113.
2. [a. 496.] Oct.	" " pro monasterio S. Petri Senonensis	114.
3. c. a. 508.	" " pro monasterio Bethleemico	119.
4. c. a. 510.	" " pro monasterio Miacensi	120.
5. a. 524.	" " pro ecclesia S. Hilarii Pictaviensis	121.
6. a. 541, d. Iunii 8.	Theudeberti I. pro oratorio S. Martini in urbe Cenomannica	122.
7. a. 538, d. Iunii 8.	" Childeberti I. pro ecclesia Cenomannica	123.
8. a. 538, d. Iunii 8.	" " pro eadem ecclesia	124.
9. a. 538, Febr. 22.	" Chlothacharii I. pro monasterio Reomaensi	125.
10. c. a. 560.	" " pro basilica S. Mariae Pictaviensis	126.
11. [c. a. 562.]	" aliorum Chlothacharii I. pro eadem basilica	128 inc.
12. c. a. 584.	" Gontramni I. pro basilica S. Marcelli Cabillonensis	128 ex. sq.
13. a. 545.	" Sigiberti I. quo capellam S. Petri ad oppidum Nanthonis in proprietatem suam suscipit	129 mod.
14. a. 562, d. Maii 1.	" Chilperichi I. pro ecclesia Tornacensi	130.
15. a. 586.	" " pro ecclesia Cenomannica	131.
16. a. 569, Sept.	" Theudechildis, filiae Chlodovei I. pro monasterio S. Petri Senonensis	132.
17. a. 627, Ian. 8.	" Chlothacharii II. pro ecclesia Cenomannica	134.
18. a. 622, d. Maii 1.	" Dagoberti I. pro ecclesia Trevirensi	135.
19. a. 623, d. Iunii 29.	" " pro eadem ecclesia	136.
20. a. 623, Nov. 11.	" " pro eadem ecclesia	137 ex. sq.
21. a. 627, Sept. 21.	" " pro ecclesia Wormatiensi	138 ex. sq.
22. a. 628, Oct. 1.	" " pro basilica S. Dionysii	139 ex. sq.
23. a. 628, d. Iunii 30.	" " pro eadem ecclesia	140.
24. a. 630, d. Maii 4.	" " pro Othone praeposito	141.
25. a. 631, April. 10.	" " pro basilica S. Dionysii	142 a. m.
26. a. 632, d. Maii 26.	" " pro eadem basilica	142 ex. sq.
27. [631—632.] d. Iunii 29.	" " pro eadem basilica	143 ex. sq.
28. a. 632.	" " pro Sigiranno, genere suo	145.
29. a. 633, April. 4.	" " pro abbate S. Maximini Treverensi	146 ex. sq.
30. a. 633, April. 16.	" " pro monasterio Haselacensi	147 ex. sq.
31. a. 633, d. Maii 11.	" " pro ecclesia Weissemburgensi	149.
32. a. 633.	" " pro ecclesia Treverensi	150 ex. sq.
33. c. a. 633.	" " pro ecclesia Crucis S. Andoani	152 a. m.
34. c. a. 633.	" " pro basilica S. Dionysii	152 ex. sq.
35. a. 634, April. 10.	" " pro eadem ecclesia	153 ex. sq.
36. a. 635, d. Iunii 18.	" " pro eadem basilica	154.
37. a. 635, Aug. 1.	" " pro monasterio S. Dionysii	155 inc.
38. a. 635, Oct.	" " pro basilica S. Dionysii	155 m.
39. a. 635.	Testamenti Dagoberti I. fragmentum	156.
40. a. 636, d. Iunii 30.	Charta Dagoberti I. pro basilica S. Dionysii	158.
41. a. 636, Nov. 1.	" " pro eadem	160 inc.
42. a. 637, d. Maii 1.	" " pro monasterio Elnobensi	160 m.
43. [a. 637.] d. Iunii 29.	" " pro basilica S. Dionysii	161.
44. a. 637, Sept. 1.	" " pro monasterio S. Dionysii	162.
45. a. 637, Sept. 1.	" " pro basilica S. Dionysii	163 ex. sq.
46. a. 637, Sept. 15.	" " pro eisdem ecclesiis matriculariis	164.
47. a. 637.	" " pro monasterio S. Dionysii	165.

		Page.
48. a. 637.	Charta Dagoberti I. pro ecclesia Cenomannica	166.
49. [a. 637.]	" " pro basilica S. Dionysii	167.
50. a. 640, April. 15.	" " pro oratorio S. Mariae Cameracensis	168 inc.
51. a. 640, April. 16.	" " pro Landefino Mauroso	168 m.
52. a. 648, Aug. 26.	" " pro monasterio Horreensi in urbe Treverica	169.
53. a. 655, April. 16.	" " pro coenobio Blidenvelt in Alsatia	170.
54. a. 653, d. Mail 15.	" Sigiberti II. pro ecclesia Treverensi	172.
55. a. 698, Nov. 1.	" Irminae, Dagoberti I. filiae, pro Willibrordo episcopo	173.
56. a. 698, Dec. 1.	Testamentum eiusdem pro ecclesia Epternacensi	174.
57. a. 699, d. Iulii 1.	Charta " pro monasterio Epternacensi	175.
58. a. 704, d. Mail 8.	" " pro eodem monasterio	176 inc.
59. a. 704, d. Mail 8.	" " pro eodem monasterio	176 p. m.
60. a. 685, April. 1.	" Adalae, Dagoberti I. filiae, pro monasterio Palatiolo	177.
61. a. 638.	" Chlodovei II. pro monasterio Fossatensi	178.
62. a. 640, Febr. 25.	" " pro monasterio Insulae Barbarae	179.
63. a. 644, Oct.	" " pro monasterio S. Dionysii	180.
64. [a. 661-673.]	" Childerici II. pro monasterio Malbodiensi, inedita	181.
65. c. a. 681.	" " pro monasterio Senonensi in Vosago	182.
66. a. 664.	" " pro monasterio Nantuacensi	183.
67. a. 667, Mart. 1.	" " pro ecclesia Cenomannica	184 inc.
68. [a. 669-670.], d. Iulii 29.	" " pro basilica S. Dionysii	184 m.
69. [c. a. 671.], Aug. 27.	" " pro monasterio S. Gervasii Cenomannico	185.
70. a. 662, April. 2.	" Dagoberti II. pro monasterio Argentineni	186.
71. [c. a. 674.]	" Clodomiri regis, filii Chlothacharii III. pro ecclesia S. Sul- picii Bituricensis	187 ex. sq.
72. a. 672, Febr. 9.	" Theuderici III. pro monasterio Novientensi	188.
73. a. 673, Oct. 21.	" " pro monasterio Fontanellensi	189.
74. a. 675, Dec. 6.	" " pro ecclesia Cenomannica	190.
75. a. 676, Mart. 5.	" " pro eadem ecclesia	191.
76. c. a. 680.	" " pro monasterio Nobiliacensi	192.
77. c. a. 681.	" " pro monasteriis Stabulensi et Malmunda- riensi, inedita	193 inc.
78. a. 685, Mart. 27.	" " pro ecclesia Cenomannica	193 ex. sq.
79. a. 697.	" Childerthi III. pro ecclesia Viennensi	194.
80. a. 698, Mart. 3.	" " pro ecclesia Cenomannica	195 inc.
81. a. 698, Mart. 3.	" " pro eadem ecclesia	195 ex. sq.
82. a. 704, Oct. 20.	" " pro monasterio Fontanellensi	196.
83. a. 706, Mart. 1.	" Dagoberti III. pro monasterio S. Petri Erfordensis	197.
84. a. 713, Mart. 2.	" " pro ecclesia Cenomannica	198.
85. a. 713, Mart. 10.	" " pro eadem ecclesia	199.
86. [c. a. 713.]	" " pro eadem ecclesia	200.
87. a. 722, Mart. 2.	" Theuderici IV. pro ecclesia Cenomannica	201.
88. a. 722, Mart. 2.	" " pro monasterio Fossatensi	202.
89. a. 722, Mart. 5.	" " pro ecclesia Cenomannica	203.
90. a. 724, d. Mail 1.	" " pro Cella Leobardi, sive Mauri monasterio, in Alsatia	204.
91. [a. 725.]	" " pro monasterio Hohenauglensi	205 a. m.
92. c. a. 730.	" " pro basilica S. Vincentii Parisiensis	205 p. m.
93. a. 743, Mart. 2.	" Childerici III. pro ecclesia Cenomannica	206.
94. a. 743, s. d.	" " pro eadem ecclesia	207.
95. a. 749, Mart. 15.	" " pro eadem ecclesia	208.
1. a. 667, Nov. 13.	Charta Pippini, maioris domus, et Plectrudis pro mon. S. Huberti	209.
2. a. 691, Nov. 15.	" eiusdem pro monasterio Laubleni	210.
3. a. 691, s. d.	" " pro ecclesia S. Petri Cameracensis	211 inc.
4. a. 697, Nov. 15.	" " et Brunhildae, uxoris eius, pro mon. Laubleni	211 m.
5. a. 691, Febr. 20.	" Drogonis ducis pro ecclesia SS. Apostolorum Mettensi	212.
6. a. 706, d. Iulii 27.	" Arnaldi ducis, filii Drogonis, pro eadem ecclesia	213.
7. a. 715, d. Iulii 25.	" Hugonis, fratris Arnaldi ducis, pro eadem ecclesia	214.
8. a. 691, Febr. 20.	" Godefridi ducis pro eadem ecclesia	215.

DIPLOMATA
REGUM FRANCORUM
E STIRPE MEROWINGICA.

DD. T. I.



CHLODOWEUS I.

1.

Chlodoveus rex Euspicio seni et nepoti eius Maximino, quos e Virdunensi urbe ad e. a. 510. Aurlianensem transtulerat, agrum Micicacensem et quicquid ibi fiscus intra alveos Ligeris et Ligerini possidebat, dono concedit, ne amplius peregrini inter Francos essent, quos regalis affectus prosequeretur.

10 Ediderunt ex schedis Hieron. Vigneri: D'Archery, Spicil. V, p. 303; Edit. II, Tom. III, p. 307, ad a. c. 504; — Mabillon Dipl. p. 463, n. 3, ad a. c. 508; — Annal. Ord. S. Bened. I, pag. 34 in. — Concil. Galliae Supplem. p. 45, ad a. c. 504; — Teynartius, Exam. chartar. S. Maximini pag. 32; — (Laflement) Hist. des contestat. sur le Diplomet. p. 32; — Gallia Christ. VIII, Instrum. col. 479, n. 1; — Bouquet IV, p. 616, n. 2, ad a. c. 508; — Labbet, Collect. Concil. Galliae, col. 671; — Brequigny p. 14, n. 6, ad a. c. 510; — Schoedemann, Cod. f. d. prakt. Diplom. I, p. 8, n. 3; — Pardessus I, p. 57, n. 87 ad a. c. 510. — De Foy ad a. 508; Brequigny ad a. 499. — Diploma spurium esse inimerito contendit solus Teynartius l. c.; sinceritatem eius iuventur editores reliqui, cfr. Pardessus, Prolegomena editionis I, pag. 10.

15 Chlodoveus, rex Francorum, vir iuluster¹. Tibi venerabilis senex Euspici tuoque Maximino, ut possitis et hi, qui vobis in sancto proposito succedent, pro nostra dilectaeque coniugis et filiorum sospitate divinam misericordiam precibus vestris impetrare, Micicacum concedimus, et quicquid est fisci nostri intra fluminum alveos, per sanctam confarreationem et anulum inexceptionaliter tradimus et corporaliter possidendum praebemus, absque
20 tributis nullo² et exactione, sive infra sive extra Ligerim et Ligerinum, cum querceto et salicto et utroque molendino. Tu vero, Eusebi³, sancte religionis catholicae episcope, Euspicii senectam fove, Maximino fave, et tam eos quam possessiones eorum in tua parochia ab omni calumnia et iniuria praesta liberos; neque enim nocendi sunt, quos regalis affectus prosequitur. Idem agite, o vos omnes sancte catholicae religionis episcopi.
25 Vos ergo, Euspici et Maximine, desinite inter Francos esse peregrini; et sint vobis loco patriae in perpetuum possessiones, quas donamus in nomine sanctae, individuae, aequalis et consubstantialis Trinitatis.

Ita fiat, ut ego Chlodoveus volui:
Eusebius episcopus confirmavi.

CHILDEBERTHUS I.

2.

Childeberthus I. rex ob petitionem Carilephi, monachi peregrini e pago Aquitaniae a. 528. Alverno venientis, concedit illi eiusque monachis locum Casam Caiant, super fluvium Antsola lan. 20. in fisco regio Maddoallo situm, ad cellas et oratorium ibi construenda, infra terminos accurate definitos.

35 Ediderunt ex chartular. Anisolensi iam deperdito: Martens et Durand, Amplias. Collect. I, p. 1; — Bouquet IV, p. 617, n. 4; — Brequigny p. 24, n. 13; — Pardessus I, p. 75, n. 111. — De Foy ad a. 528; Brequigny ad a. 528.

40 Childebertus, rex Francorum, vir iuluster. Si petitionibus servorum Dei, quod¹ pro eorum quietem vel iuvamen pertinet, libenter obaudimus, regiam consuetudinem exer-
a) pro quod edit.

1) Chlodoveus titulum viri iulustri post obitum sibi denel adeptus sit, diploma nostrum post anno 507. per Anastasium Imperatorem Consulatus honorem emissum esse sequitur. 2) l. c. portorio, sive passio; cf. Du Cangiam s. v. 3) episcopus Aurelianensis.

4
DIPLOMATA REGUM FRANCORUM

cemus. Noverint igitur omnes fideles nostri, praesentes atque futuri, quia monachus quidam
 peregrinus, Carilephus nomine, de Aquitaniae partibus, de pago videlicet Alvernio veniens,
 nobis postulavit ut ei locum ubi habitare et pro nos Domini misericordiam implorare
 potuisset donaremus, ut eum cum monachis suis in nostra defensione et tuitione suscipe-
 remus. Cuius petitionem, quia bonam esse cognovimus et ipsum Domini servum miraculis
 declarantibus veraciter perspeximus, libenti animo implere studuimus. Dedimus ergo ei
 de fisco nostro Maddoallo super fluvium Anisola, in loco qui vocatur Casa Calani, per
 locis descriptis et designatis, ubi oratorium et cellam sibi et^a suis monachis et qui post
 eum venturi fuerint construeret, et receptaculum pauperum in elemosina domni et gen-
 itoris nostri Chlodovei aedificare potuisset. Terminus ergo de nostra donatione, qui est
 inter dominationem fisci Maddoallensis et nostra traditione, incipit a villa quae appellatur
 Rocciacus, super fluvium Bria, in quo cadit quidam rivulus, qui ipsas determinat terras,
 et pergit ipse finis vel ipse rivulus usque subtus curtem Baudaviam, quae in Maddoallense
 esse videtur, et inde pergit in dextram usque ad summum montem, et iterum descendit
 usque in vallem, ubi cruces in arbore et lapides subtus Infigere iussimus, et sic per ipsum
 terminum venit ad villam Lesçito nomine, quae est de nostra donatione; deinde descendit
 per terminos et lapidis fixis ad colonicam, quae appellatur Curtleutachario, et ipsa colonica
 determinat per lapidis fixis contra montem et solis occasum; et inde descendit ad eum
 locum, ubi Maurus ipsius Maddoallo iudex manere videtur; inde extenditur terminus ad
 locum, qui appellatur Villa Baltrude, et illa in sinistra parte relicta peragitur per terminos
 et lapides fixas, propter stratam veterem, per summum fraxugetum, ubi cruces in arbore
 quasdam sed et clavos et lapides subterfigere iussimus. Inde extenditur ipse terminus per
 loca designata usque ad stratam Variciasensem; inde iterum propter ipsam stratam usque
 ad arborem, quae vocatur robur^b Fasiani, quae arbor est iuxta stratam et viae, quae disten-
 ditur foris ad Malam Patriam, et locum qui appellatur Coldriciolus; et prope ipsum robur
 Fasiani, qui est iuxta ipsam viam, habet lapides fixas, sed et clavis in arboribus figere
 iussimus. Inde per ipsa via pergit terminus ipse usque ad Axoniam, sicut fixae lapides
 docent; inde per summum Cananiolam usque ad Fontem Caballorum. Inde deducitur de
 Fonte Caballorum per loca designata leucam in longum de latere possessionis, quae appel-
 latur Mala Patria, et de alio latere est locus qui vocatur Saucitus, qui et ipse Saucitus in
 ipsa leuca condonatur usque ad Anisolam, sicut cruces in arbores factas et loca designata
 declarant, usque in Branhe valle. Inde modicum per ipsam vallem et rivolum vadit, usque
 fines Sinemurenses, et inde versus solis orientem pergit per alium rivolum, usque ubi
 ipse rivulus consurgit per loca designata, et a iam dicto fine Sinemurense extenditur
 usque in Anisolam, et est ibi in ipsis finibus arbor sita valde grandis, et sub ipsa arbore
 lapides grandes figere iussimus. Inde per ipsam Anisolam distenditur confinium donationis
 nostrae et Sinemurense contra solis orientem; et est, sicut volumus intimare, de latere
 uno pars Sinemurensis, et de alio latere pars Mattoiacensis, silva quae vocatur Burcitus,
 et pervenit ad locum ubi iunguntur fines Sinemurenses et Baliavenses et Maroialenses,
 ibique in arboribus cruces facere et sub ipsis lapides subterfigere iussimus. Inde distenditur
 terminus ipse per ipsam Anisolam, de uno latere est pars Baloacensis, et de alio latere
 pars Maroialensis, per loca designata, et per ipsam usque prope locum qui dicitur Tilius,
 ubi Anisola consurgit, et subiungit ad vetus viam quae venit de Sinemuro, et per ipsam
 viam et loca designata vadit usque ad locum, qui dicitur Fossa Colonorum. Inde pergit
 per ipsam viam et loca designata usque ad fossam antiquam, habentem aquam. Inde
 descendit ipse confinius Baliavensis et Maroialensis in Axona, quae vocatur Petrosa, et
 sic per Axonam et arbores vel lapides fixas vadit usque foras ad summos campos, ubi
 lapides fixas et sub ipsis lapides sunt signa posita, et est ibi lapis magnus, qui est fixus
 inter terminum Baliavensem et Maroialensem et Maddoalensem, qui venit de Verto Fonte
 iuxta culturam illam, habentem ex omni parte dextero. lx. Et de ipso lapide fixo in Axona
 pergit terminus Baliavensis et Maroialensis per vallem Axonae usque prope Berofacium;
 et inde vadit per ipsam vallem et rivolum, qui ibidem per aliquot tempus currit usque in
 Marcinariam antiquam. Inde consurgit ad montem per terminum veterem usque ad locum,
 qui appellatur Casa Wardo; et est ipse terminus inter Riwalcham et casam iam dicto

a) ad suis monachis edit.

b) ibi edit.

Wadardo; et inde descendit per ipsam Vallicellam et rivolum, qui ibi per aliquot tempus⁵²⁸ currit, usque ad terminum Raalensem et Baliavensem et Marofalensem; ubi ipsae tres^{Jan. 20.} partes iunguntur; suntque ibidem sisternae veteres duae. Omnia igitur, quae infra istis terminis continentur, ad excolendum plantandum aedificandum, et secundum monachorum regulam quicquid voluerit construendum, eidem sancto viro, speciali patroni nostro Charlepho, et monachis suis concessisse et per ipsius donationis titulum tradidisse omnium fidelium nostrorum comperiat magnitudo. Ipsum etiam domnum et venerabilem virum cum omnibus monachis suis, et res ad se pertinentes, in nostro mundeburde vel tuitione recepisse et tenere cognoscat. Quapropter per praesentem praeceptum iubemus, ut neque vos neque successores vestri, nec aliquis de fidelibus nostris, in causas aut in rebus ipsius sancti viri ingredi non praesumatis, aut aliquid de rebus aut de terminis minuere cogitetis, aut in aliquo molesti esso velitis; sed liceat eis per hanc auctoritatem a nobis firmatam sub immunitatis nostrae tuitione vel mundeburde quietos residere, et tam ipsi quam successores illorum pro stabilitate regni nostri Domini nostri misericordiam delectet¹⁵ implorare.

Et ut haec auctoritas firmiorem obtineat vigorem, manu propria confirmavimus et de anulo⁶ nostro subter sigillare iussimus.

Actum Maçdoallo, fisco dominico. Data XIII. Kalendas⁷ Februarii. Anno IV,⁸ regni nostri. In Domino feliciter. Ainen.

3.

Childeberthus I. rex pro eo, quod sanctus Germanus, Parisiensis episcopus, gravi⁵²⁸ aegritudine correptum regem in villa Cellas nominata, in pago Meliduninse, oratione sua et^{Januar.} manus impositione sanaverit, ecclesiae Parisiensi villam ipsam Cellam in pago Meliduninse et aliam villam aequivocam in pago Furiurinse ad luminaria ecclesiae facienda tradit.

1. *Copia saec. IX. In tabular. Paris. signata K, 1, n. 1. — 2. *Parvum Pastorale saec. XIII. ibid. — Ectypum in Série II, Tab. 1.
Ediderunt ex copia s. IX: Tardif p. 1, n. 1, ad n. 528; — ex Parvo Pastoralis: a) Labbeus, *Mélanges curieux* II, p. 398, mendose; b) Gerard, Dubois, *Hist. eccl. Paris.* I, p. 82, accuratius; — Bouquet IV, p. 621, n. 9; — Brequigny p. 52, n. 27; — Pardessus I, p. 115, n. 162; — hi omnes ad n. 558. — *Cartulaire de l'Église Notre-Dame de Paris.* I, p. 276, n. 33, ad n. 528. — De Foy ad n. 558; Brequigny ad n. 558.

De pago Melidunensi, de Cellas⁹.

† Childebertus, rex Francorum¹⁰, [vir inluster]¹¹. Maximum nobis generare praemium ad aeternae retributionis beatitudinem confidimus, si ad loca sanctorum opportuna beneficia concedimus. Igitur apostolicus vir domnus et pater noster Germanus, Parisiacae¹² urbis episcopus, nobis innotuit predicatione sua, quia dum in saeculo hoc habitamus, semper de futuro cogitare debemus, et admonuit nos, ut sanctorum ecclesiarum memoriam haberemus et semper bonis illorum potiora¹³ adderemus, ut in augmentum¹⁴ nobis proficeret; admonens etiam¹⁵ elemosinarum largitionem non omittere, ut consuetudo erat illius. Accidit etiam ut quodam tempore domnus pontifex invenisset nos in pago Meliduninse¹⁶, in villa Cellas nominata, gravi aegritudine correptum; unde multorum medicorum adhibita est corpori meo cura, sed nullatenus aliquot vestigium sanitatis inmittere potuerunt. Demum ipse domnus sacerdos tota nocte vigilans in oratione stetit, et crastina manuum suarum sanctorum impositione¹⁷ tetigit corpus graviter infirmatum, et continuo sumpsi sanitatis donum, quod a nullo percipere¹⁸ potui medicorum. Ideo nos, pro tam magna¹⁹ virtute²⁰, quam²¹ Dominus per manus sacerdotis pro stabilitate regni nostri et aeterna

a) Calendas edit. b) rubrica in marg. 1; deest 2. c) Childebertus r. Fr. desunt 1. d) vir inluster om. 1 et 2. e) potiora 2. f) augmentum 1. g) etiam 2. h) Meliduninse 2. i) impositione om. 1. k) percipit 1. l) iustitia 2. m) qua 1.

5) Anuli significatio, in chartis regum Francorum epl. 4, in annotatione) computandus est a morte Chlodomeri regis, scilicet ex quo Cenomannica regio et Anisolenae monasterium Childeberto cessere. Chlodomerus autem obiit a. 524.
6) Anni numerus monente Marteno (Ampl. coll. I.

528 retributione ministravit, donamus ad sanctam matrem^a ecclesiam^b Parisiacam, ubi ipse
 dominus Germanus praeesse videtur, hoc est ipsam villam Cellas nominatam, ubi sani-
 tatem recuperavimus, sitam in pago Miliduninse^c, super alveum Sequane, ubi Iona illam
 Ingreditur, cum basilicis^d, appendiciis, territoriis^e, mancipiis, vineis, silvis, pratis, cultis et
 incultis, omnia et ex omnibus, totum et ad integrum, quicquid ad ipsam villam aspicit et
 fiscus noster continet, cum integritate a die praesenti^f ad memoratam easam Dei sive ad
 domnum^g sacerdotem donamus et confirmamus. Sed et ipse dominus pontifex petivit nobis
 in Provincia locellum nostrum in pago Furiurinse, cui vocabulum est Cella, propter arbores
 oliviferas, ad luminaria facienda. Quod nos pro mercedis nostrae augmento concedimus
 et condonamus: hoc est memoratam Cellam cum basilica sancti Romani, una cum terminis
 suis et mancipiis, cum integritate seu et appendiciis suis; in alia villa^h super fluvio
 Caramio, a termino Broniolacinae usque ad Fontem Campinam, quicquid fiscus noster
 continet ibidem, totum cum integritate ad ipsam matrem ecclesiamⁱ Parisiacam con-
 cedimus et per strumentum firmamus^j. Condonamus etiam et salinas, et in Masilia.....^k
 cum aedificio, qui super est aedificatus, omnia et ex omnibus, sicut superius insertum est,
 a die praesenti, ut supra, matri ecclesiae^l Parisiacae, quae est dedicata in honore sanctae
 Mariae, matris domini nostri Iesu Christi, seu et ecclesiae^m sanctorum martyrumⁿ Stephani
 atque Vincentii, necnon et apostolorum 12 ac reliquorum sanctorum dominorum, quorum
 inibi pignorum continentur; sub manu domini pontificis ipse^o res per longitudinem dierum
 et multorum annorum spatium habeat teneat possideat, et quicquid exinde elegerit faciendi,
 liberam in omnibus habeat potestatem faciendi per praesentem auctoritatem nostram,
 quam perpetualiter mansuram esse decrevimus. Et ut haec auctoritas firmiter habeatur et
 per tempora conservetur, manu nostra eam firmamus et roboramus.

Actum anno XVII. regni nostri. In mense Ianuario. Childebertus, rex Francorum.

4.

546.
Apr. 26.

*Childeberthus I. rex secundum petitionem Daumeri abbatis monasterium Anisolense
 in pago Cenomannico in tuitionem regiam recipit.*

Ediderunt ex Chartular. Anisolensi, iam deperdito: Martens et Durand, Amplias. coll. 1, col. 5, ad a. 536;
 — Bouquet IV, p. 621, n. 8 ad a. 547; — Brequigny p. 51, n. 26; — Pardessus I, p. 109, n. 144. —
 De Foy ad a. 547; Brequigny ad a. 547.

Ch(ildebertus), rex Francorum, vir iuluster. Si petitionibus servorum Dei, quod^p pro
 eorum quietem vel iuvamen pertinet, libenter obaudimus, regiam consuetudinem exercemus
 et nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomen pertinere confidimus. Ideo
 venerabilis vir Daumerus, abba de monasterio Anisola, quod est in pago Cenomannico, et
 ubi ipse abba una cum turba monachorum sub sancto ordine conversare videtur, missa
 petitione clementiae regni nostri expetiit, ut eum et ipsum monasterium una cum omnibus
 rebus vel hominibus suis, gasindis, amicis, susceptis, vel qui per ipsum monasterium
 sperare videntur, vel unde legitimo redebit mitio, vel sermone tuitionis nostrae vel munda-
 burde recipere deberemus; quod et nos gratanti animo illi praestitisse cognoscite. Qua-
 propter per praesentem iubemus praeceptum, ut neque vos neque iuniores vestri aut
 successores, vel^q missi de palatio nostro discurrentes, ipsi Daumero abbate vel monachis
 ipsius vel qui per ipsum monasterium sperare videntur, nec condemnare nec inquietare
 nec inferendas sumere nec de res eorum aliquid minueri penitus non praesumatis. Sed
 liceat ipso abbate Daumero et successores eius atque congregatione eorum, quod ad prae-
 sens rationabiliter videntur habere aut adhuc a Deo timentibus hominibus ibi fuerit additum
 vel augmentatum, sub omni emunitate vel tuitionis nostrae sermone valeant tenere atque
 possidere, quatenus melius eis delectet pro stabilitate regni nostri misericordiam potius

a) matram 1. b) ecclesiam 1. c) Milidunense 2. d) appendiciis 2. e) territoriis 2. f) praesent 1.
 g) dominum 2. h) villa 1. 2. i) ecclesiam 1. l) A. 1. spatium 2 (sere litterarum parvum relictum est in 1, nihil
 tamen excedit. q) A. 1. 10 — 12 litteras excidisse videntur in a.; supplendum forsasse; manuum unum. m) eccle- 30
 sia 1. n) martirum 2. o) ipse 1. p) pro quod edidit. q) vel supplimus ex dipl. Charibert 1. pro eodem
 monast. a. 562.

deprecare. Et ut haec auctoritas firmiorem in Dei nomine vigorem obtineat, manu propria confirmavimus et de sigillo nostro subter sigillare decrevimus.

Actum Compendio palatio. Anno (X)XII.† regni nostri. Data quarto Kalendas Mali.

5.

8 *Childeberthus I. rex ecclesiae S. Vincentii martyris, prope muros Parisienses in loco 554.
Locotitie a se constructae, tradit fiscum regalem Isciacum in pago Parisiensi, prope alveum Dec. 4.
Sequanae, cum omnibus ad eum pertinentibus, cum insulis et piscatoriis, inde a ponte civitatis
usque ad locum, ubi Savara alveolus in Sequanam influit.*

10 * Copia saec. IX, in speciem autographi exarata, membran. in tabular. Paris. signata K, 1, n. 2. Copiam, non autogr.
esse primus vidit a. 1827, G. H. Pertz; cf. Archiv VII, 834. — Ecypon in Serie I, Tab. I. — Scriptarum
specimen in Nouveau Traité de Diplom. Tab. 67. — Sigillum depinxit Breuhus in editione Aimoini monachi
p. 86.

15 *Edictum* ex cop. saec. IX, quam ante Letronnium omnes pro autogr. habuerunt: Dubois, Hist. ecclies. Paris.
I, p. 85; — Felibien, Hist. de Paris III, p. 15; — Le Coigne I, p. 642; — Boullart, Probatt. p. 1; — Bou-
quet IV, p. 622, n. 10; — Brequigny p. 53, n. 28; — Pardessus I, p. 116, n. 183; — Letronne p. 1, n. 1; —
Tardif p. 2, n. 2. — ex historia Aimoini monachi saec. X; Breuhus in editione Aimoini, Paris, 1803, p. 86;
— Baronius, Annal. ecclies. VII, 509; — Gallia Christiana, Tom. VII, Instrum. col. 1, n. 1; — Le Maire,
Paris ancien et nouveau I, 261. — De Foy ad a. 558; Brequigny ad a. 558. — De charta eiusque scriptura
20 cf. Paris, Archiv VII, p. 834; Nouveau Traité, III, 656—663; vers. Germ. V, p. 219—226; de Wailly, Elem.
de Paléogr. univ. I, 376.

† Childebertus, rex Francorum, vir inluster. Recolendum nobis est
et perpensandum utilius, quod hic, qui templa domini Iesu Christi
reedificaverunt^a et pro regule animarum ibidem tribuerunt, vel in
alimonia pauperum aliquid dederunt et voluntatem Dei adimpleverunt,
25 in aeterna requie sine dubio apud Deum mercedem recipere meruerunt. Ego Childe-
bertus rex, una cum consensu et voluntate Francorum et Neustraslorum, et exortatione
sanctissimo Germano, Parisiorum urbis pontificis, vel consensu episcoporum, coepi con-
struere templum in urbe Parisiaca, prope muros civitatis, in terra quae aspicit ad fiscum
nostrum Isciacense, in loco qui appellatur Locotitie, in honore sancti Vincentii martyris,
30 cuius reliquias de Spania apportavimus, seu et sancto Crucis vel sancti Stephani et sancti
Ferreoli et sancti Iuliani et beatissimi sancti Georgii et sancti Gervasii, Protasii, pueri
Nazarii [et] Celsi, [quorum] reliquiae ibi sunt consecra[te]. Propterea in honore dominorum
sanctorum cedimus nos fiscum largitatis nostrae, qui vocatur Isciacus, qui est in pagis
Parisiorum prope alveum Sequanae, una cum omnia quae ibi sunt aspecta; cum mansis,
35 comanentis, agris, territoriis, vineis, sylvis, pratis, servis, inquilinis, libertis, ministerialis,
praeter illos, quos [nos] ingenuos esse precipimus; cum omnibus appenditiis suis qui ibi
aspiciunt; cum omnibus adiacentiis qui ibi adagunt; cum omnia quae nos deserviunt tam
in aquis vel insulis; cum molendinis inter portam civitatis et turrim positis; cum insulis
40 que ad ipsum fiscum adiacent; cum piscatoriis que appellantur banna^b; cum pisc[ate]riis
om[ni]bus que sunt in ipso alveo Sequanae, sumuntque initium a ponte civitatis et sortiuntur
finem, ubi alveolus veniens Savara precipitat se in flumine. Has omnes piscationes, quae
sunt et fieri possunt in utraque parte fluminis, sicut nos tenemus et nostra forestis est,
tradimus ad ipsam locum, ut habeant ibidem Deo servientes victum cotidianum per
succedentia^c tempora. Damus autem hanc potestatem ut, cuiuscumque potestatis littora
45 fuerint utriusque partis fluminis, teneant unam perticam terre legale, sicut mos est, ad
ducendas naves et reducendas, ad mittenda retia et retrahenda, absque ulla refragatione.
De argumentis vero, per quae aves possunt capi super aquam, precipimus ut nulla potens
persona inquietare audeat famulos Dei, sed omnia secure teneant possideant per infinitas
temporum successiones; [et] cum areis et castis [in] Parisiis [civitate, cum] terra,

50 a) reedificaverunt cop. b) vanae Pardessus et Letronne; banna Tardif; cf. Ecypon, id quod tenus, septum ad inter-
cipiendos pisces. c) succedentia cop.

7) Annus 12. regni Childeberti I, a morte Chlodo- ducta est. Hinc editores Scripturarum rerum Francie.
miris computatus, incidit in annum Christi 536. Sed pro anno 12. reponendum feliciter consulerunt annum 22,
tunc Daumerus nondum successerat Carlefo abbati id est Christi 540; quod temporibus Daumeri abbatis
55 Antiocheni, cuius vita ad annum usque 540. pro- congruit. BREQ.

cum vinea, et oratorio in honore sancti Andeoli martiris, que de Elario et Ceraunio dato precio comparavimus, omnia et ex omnibus, quicquid ea nos deservierunt, in postmodum pro requie anime mee, quando Deus de hac clarissima luce dederunt discessum, ipse fiscus qui vocatur Isciacus, cum omnia quae ibi sunt aspecta ipso die, ad ipsum templum Domini quod nos edificamus deserviat; et omnia quae ibi sunt opus, tam ad lumen quam in Dei nomine ad stipendia servis Dei, quos ibi instituimus, seu ad ipsos rectores qui ipsos regere habent, omnia et ex omnibus ibi transolvant, eiusque temporibus et per longum annorum spatia ad ipsum templum Domini absque contradictione vel refractione aut iudiciali contentione, inspecta ipsa precepto, omnique tempore proficiat in augmentum.

Et [ut] haec preceptio cessionis nostre futuris temporibus Deo auxiliante firmior habeatur, vel per tempora inviolabiliter conservetur, manibus propriis vel nostris signaculis subter infra decrevimus roborare.

Datum quod fecit mense Decembre, dies sex. Anno XLVI. postquam Childebertus rex regnare cepit. Ego Valentinianus notarius et ammannuensis recognovi et suscripsi.

Signum Childeberti, gloriosissimi regis. (L. S.)

CHLOTHACHARIUS I.

6.

c. n. 550. *Chlothacharius I. rex monasterio Glanafoliensi in pago Andegavensi, ubi Maurus 20 abba, beati Benedicti discipulus, praeesse videtur, dona confert. — Fragmentum.*

1^o. Chartular. S. Mauri saec. XII. in tabular. Andegavensi, fol. 26, col. 2; eius chartularii fol. 27—35 exciderunt. 1^o. Copia eiusdem chartularii in collectione Dom. Housseau, in Bibl. Paris. (Collection sur l'Anjou et la Touraine) Tom. I, n. 5.

Ediderunt ex copia collectionis Dom. Housseau: Bodin, Recherches sur Angers I, p. 530, n. 5; — ex chartul. 25 S. Mauri: Pardessus II, p. 422, n. 1.

[In nomine sancte et individue Trinitatis.] Chlothacharius^a, gratia Dei Francorum rex. Cum locis divino cultui mancipatis ob divinae servitutis amorem opem congruam ferimus, et regiam morem decenter inplemus et id nobis profuturum ad aeterno remunerationis premia capessenda veraciter credimus. Quapropter notum fieri volo omnibus sancte Dei ecclesiae fidelibus, tam presentibus quam futuris, accessisse me in Andegavensem pagum in monasterio quod dicitur Glanafolium, in quo venerabilis Maurus, patris Benedicti discipulus, abbatis more videtur potius prodesse quam praeesse, ibique orationibus eiusdem sanctissimi viri ac fratrum sub eo degentium me adtencius commendans, suggerente dom

(Cetera desunt.)

S. RADEGUNDIS REGINA.

7.

584-587. *S. Radegundis reginae, Deo sacratae, testamentum pro monasterio puellarum, a se in civitate Pictavensi condito.*

Autographum deperditum. — 1. Apographum apud Gregor. Turon. lib. IX, cap. 42. — 2. Copia saec. XII. in tabulario eccles. S. Radegundis Pictav. iam deperdita. — 3. Copia saec. XIII. in rotulo membrana. in tabular. S. Crucis Pictav. deperdita.

Ediderunt 1) ex Gregor. Turon. Baronius, Annal. VII, p. 716; Le Coigne II, p. 323; — Mabillon, Annal. I, p. 193; Collect. Concil. ed. Harduin. III, col. 369; — 2) ex copia saec. XIII. Filléau, de l'Université etc. 45 de . . . Poitiers (ad calcem libri Ioh. de la Hays Mémoires et Recherches de France et de la Gaule Aquitaine p. 36) eum versione Francogallica; — 3) ex copia saec. XII et XIII: Brequigny p. 86, n. 45; — Pardessus I, p. 151, n. 192. — De Foy ad n. 587; Brequigny ad n. 587.

a) Inecclia haec, aera Merovingica inusitata, a scriba indocto perperam addita videtur, ut assidet. b) Clotharius c.

Dominis^a sanctis et apostolica sede dignissimis, in Christo patribus, omnibus episcopis,
 Radegundis peccatrix. Congruae provisionis tunc roboraliter ad effectum tendit exordium,
 cum generalium patrum modicis a pastoribus ovilibus sibi commissi causa auribus traditur,
 eorumque sensibus commendatur, quorum participatione de caritate consilium, de potestate
 suffragium, de oratione ministrari poterit interventus. Et quoniam olim vinculis laicalibus
 absoluta, divina providente et inspirante clementia ad religionis normam visa sum volun-
 tarily duce Christo translata, ac prae mentis studio cogitans etiam de aliarum profectibus,
 ut annuente Domino mea desideria efficerentur reliquis^b profutura, instituite atque
 remunerante praecellentissimo^c domno rege Chlothario, monasterium puellarum Pictavis
 10 urbe constitui, conditumque, quantum mihi munificentia regalis est largita, facta dona-
 tione dotavi; insuper congregationi, per me Christo praestante collectae, regulam, sub
 qua sancta Caesaria deguit, quam sollicitudo beati Caesaris, antistitis Arelatensis, ex
 institutione sanctorum patrum convenienter collegit, adscivi^d. Cui, consentientibus beatis-
 15 simis vel huius civitatis vel reliquis pontificibus, electione etiam nostrae congregationis,
 domnam et sororem meam Agnetem, quam ab ineunte aetate loco filiae colui et educavi,
 abbatissam institui, ac me post Deum^e eius^f ordinationi regulariter obedituram commisi,
 cuique^g formam apostolicam observantes tam ego quam sorores de substantia terrena, quae
 possidere videbamur, factis chartis tradidimus, metu Ananiae et Sapphirae in monasterio
 20 positae nihil proprium reservantes^h. Sed quoniam incerta sunt humanae conditionis
 momenta vel tempora, quippe mundo in finem currente cum aliqui magis propriae quam
 divinae cupiant voluntati servire: zelo ducta Dei hanc suggestionis meae paginam manibusⁱ
 apostolatus vestri in Christi nomine superstes porrigo et devota. Et quae^j praesens non
 valui, quasi vestris provoluta vestigiis epistolae vicarietate prosternor, coniurans per
 Patrem et Filium et Spiritum sanctum ac diem tremendi iudicii, sic representatos vos
 25 non tyrannus oppugnet, sed^k legitimus rex coronet, ut si casu post meum obitum quae-
 cumque persona vel loci eiusdem pontifex, seu potestas principis vel alius aliquis^l, quod
 nec fieri credimus, congregationem vel suasu^m malivolo vel impulsu iudiciario perturbare
 temptaverit, aut regulam frangere seu abbatissam alteramⁿ, quam sororem meam Agnetem,
 quam beatissimi Germani praesentibus suis fratribus benedictio consecravit, aut ipsa con-
 30 gregatio, quod fieri non potest, habita inurmuratione mutare contenderit, vel quasdam
 dominationes in monasterio facere, vel de rebus monasterii quaecumque persona vel^o
 pontifex loci, praeter quas antecessores episcopi aut alii me superstiti habuerunt, novo
 privilegio quodcumque^p adfectare voluerit, aut extra regulam exinde egredi quis tempta-
 verit, seu de rebus, quas in me praecellentissimus domnus Chlotharius vel praecellen-
 35 tissimi domni reges, filii sui, contulerunt, et ego ex eius praeceptionis permissio monasterio
 tradidi possidendum, et per auctoritates praecellentissimorum domnorum regum, Char-
 lberti, Gunthramni, Chilperici et Sigiberti, cum sacramenti interpositione et suarum
 manuum subscriptionibus obtinui confirmari, aut ex his, quae alii pro animarum suarum
 remedio, vel sorores ibidem de rebus propriis contulerunt, aliquis princeps aut potens^q,
 40 aut de sororibus cuiuslibet persona^r, aut^s minuere aut sibimet ad proprietatem revocare
 sacrilego voto contenderit: iram^t vestrae sanctitatis successorumque vestrorum post Deum
 pro mea supplicatione et Christi voluntate offendens^u incurrat, ut sicut praedo^v et spo-
 liator^w pauperum extra gratiam vestram habeatur^x, et^y numquam de nostra regula vel de
 rebus monasterii obsistentibus vobis imminuere aliquid valeat^z aut mutare. Hoc etiam
 45 deprecans, ut cum Deus praedictam domnam sororem nostram Agnetem de saeculo migrare
 voluerit, illa in^{aa} loco eius abbatissa de nostra^{ab} congregatione debeat ordinari, quae Deo
 et ipsi congregationi^{ac} placuerit, custodiens regulam, et nihil de proposito sanctitatis

a) reliquis om. 3. b) domno om. 3. c) institui 3. d) Dominum 3. e) et 3. f) et 3. g) servantes 3.
 h) hereditibus 2; heres 3; vocem om. Gregor. i) quia Gregor. k) sic 3. l) aliquis om. 3. m) sub malivolo 2. 3.
 50 n) nisi ipsam, quam congregatio elegerit, sequentibus, usque ad verba vel quasdam dominationes omisso 2, 3; testem
 correctorem exhibet Gregor. Turon. o) vel pontifex — egredi q. t seu de rebus om. 3. p) quicumque Greg.
 q) pontifex Greg. r) personae Greg. s) aut Greg. t) in vestram sanctitatem Greg. et 2, 3. u) offendens om.
 Greg. v) praedatores Greg. w) spoliatores Greg. x) habeantur Greg. y) et om. Greg. z) valeat aliquid Greg.
 aa) iussit 3. ab) semper pro in loco eius 3. ac) ipsa 3. ad) congregationi om. Greg.

55 8) Radegundis hoc testamentum deficientibus iam didit, quod ex ipsa testamenti verbis apparet; obtulit
 viribus sub regno nepotum Chlothacharii I, sive post autem anno 587; cfr. Gregor. Turon. lib. IX, cap. 2.
 mortem Chilperici regis, filii sui, et post a. 584. con-

imminuat, et^a numquam propria^b aut^c cuiuscumque^d voluntas hoc^e praecipiat^f. Quodsi, quod absit, contra Dei mandatum et auctoritatem regum aliquis^g de suprascriptis conditionibus, coram^h Domino et sanctis eius placabiliterⁱ commendatis, agere aut de persona aut substantia^k minuere^l voluerit, aut memoratae^m sorori meae Agneti abbatisae molestias aliquisⁿ inferre temptaverit: Dei et sanctae Crucis et beatae virginis Mariae incurrat iudicium, et beatos confessores Hilarium et Martinum, quibus post Deum sorores meas tradidi defendendas, ipsos habeat contradictores et persecutores. Te quoque, beate pontifex, successoresque^o vestros coniuro^p et deprecor, ut vos, quos patronos in causa Dei diligenter adscisco, si quis^q — quod absit — exstiterit, qui contra haec aliquid moliri temptaverit, pro repellendo et confutando Dei hoste non pigeat ad regem, ad^r quem eo tempore locus^s iste aspexerit^t, vel ad Pictavos civitatem, pro re vobis ante Dominum commendata recurrere^u, et contra aliorum iniustitiam executores et defensores iustitiae laborare^v, ne^w tale nefas ullo^x modo suis admitti temporibus rex^y patiatur catholicus, nec convelli permittat, quod Dei et mea regumque^z ipsorum voluntate firmatum est. Simul etiam principes, quos Deus pro gubernatione populi post discessum^{aa} meum superesse praeceperit, coniuro per^{ab} Regem, cuius regni non erit finis, et ad cuius nutum regna consistunt, qui eis donavit ipsum vivere vel regnare: ut monasterium, quod ex permissio et solatio domnorum regum patris^{ac} vel avi eorum construxisse visa sum et ordinasse regulariter vel dotasse, sub sua tuitione et sermone una^{ad} cum Agnete abbatisa iubeant gubernari, et a nullo neque^{ae} saepedictam abbatisam nostram, neque aliquid ad nostrum monasterium pertinens, molestari^{af} aut inquietari vel exinde imminui aut aliquid mutari permittant. Sed magis pro Dei intuitu una cum domnis episcopis ipsi, me supplicante coram Redemptore gentium, sicut eis commendo, defensari iubeant et muniri, quatenus^{ag} ipsum monasterium sub regulae religionis conversatione iuxta nostram institutionem episcopali cura ac gubernatione taceatur, ne aliquis contra statuta canonum res et facultates ecclesiasticas devastare vel^{ah} inquietare praesumat. Quod si forte quisquam praesumpserit, secundum statuta canonum nostramque institutionem a communione religionis sanctae Dei ecclesiae et christianorum societate iudicio sancti Spiritus alienus existat, quousque recognoscat reum se fecisse contra hanc nostram constitutionem, ac satisfaciendo publicam poenitentiam percipiat: ut, in cuius honore Dei famulas protegunt^{ai}, cum^{aj} defensore pauperum et sponso virginum^{ak} perpetualiter aeterno^{al} societentur in regno. Illud quoque vos, sanctos pontifices et praecellentissimos domnos reges, et universum populum christianum coniuro per fidem catholicam, in qua baptizati estis, et ecclesias quas^{am} conservatis: ut in basilica, quam in sanctae Mariae, dominicae genitricis, honorem coepimus aedificare, ubi etiam multae sorores nostrae conditae sunt in requie^{an}, sive perfectae^{ao} sive imperfectae, cum me Deus de hac^{ap} luce migrare praeceperit, corpusculum meum ibi debeat sepeliri. Quod si quis aliud inde voluerit aut fieri temptaverit, obtinente^{aq} cruce Christi et beata Maria divinam ultionem incurrat, et vobis intercurrentibus in loco ipsius basilicae^{ar} mereat cum sororum congregatione obtinere locum sepulturae.

Et ut haec supplicatio mea, quam manu propria subscripsi, in universalis ecclesiae^{as} 40 archivo servetur, effusis cum lacrymis deprecor, quatinus, si contra Improbos aliqua^{at} necessitas exegerit^{au}, ut vestra defensione soror^{av} mea Agnes abbatisa vel congregatio eius succurri^{aw} sibi poposcerint, vestrae misericordiae^{ax} pia consolatio opem pastorali sollicitudine subministret, nec^{ay} destitutas se proclamant, quibus Deus praesidium vestrae gratiae praeparavit; illud^{az} vobis in omnibus ante oculos revocantes^{ba} per ipsum, qui de cruce^{bb} 45 gloriosa virginem, suam genitricem, beato Iohanni apostolo commendavit: ut, qualiter

a) non Greg. b) quod propria d. c) aut om. d. d) cuiuscumque d. e) hoc om. Greg. f) praecipiet Greg. g) aliquis Greg. h) h. l. pacem vobis addit d. i) placabiliter Greg. k) substantiam d. l) minuenda Greg. m) memoratae — Agneti abbatisae om. d. n) aliquis Greg. o) successoresque vestros om. d. p) coniuro q. d. ut vos om. Greg. q) quis om. Greg. r) ad om. Greg. s) respexerit Greg. t) percurrere Greg. u) elaborare d. 50 v) ut Greg. w) nullo Greg. x) res Greg. y) et regum Greg. z) accessum Greg. aa) patrum vel avorum falgo d. et d. ab) una e. A. abbatisa om. d. d. ac) neque e. n. n. neque. om. d. d. ad) quatenus — publicam poenitentiam percipiat deest apud Gregorium; essent in d. et d. ae) protegent d. af) cum eo defensore d. ag) aeterno om. d. ah) quas om. d. ai) requiem d. aj) perfecta sive imperfecta Greg. ak) cruce Christi migravit d.; cruce Christi ministerio d.; cruce Christi, omnia voce ministerio Greg. al) cum sororum mearum congregatione obtinere locum 55 sepulturae mereat d. am) aliquos Greg. an) exstiterit d. ao) soror in. Agnes om. d. ap) quae succurrit Greg. ar) parvo solatio o. p. s. subministratis d. as) illam d. et d. at) revocantibus, qui de cruce matrem suam virginem beati Iohannis apostoli tuitioni commendavit d. et d.

ab illo completum est Domini^a mandatum, sic sit apud vos, quod^b indigna et humilis dominis meis, ecclesiae patribus et viris apostolicis, commendo^c. Quod cum dignanter servaveritis depositum^d, meritis participes culus impletis mandatum apostolicum, digne reparetis exemplum.

5 [Ego^e Radegundis peccatrix huius institutioni, a me factae, manū propria subscripsi.
Maroveus, Pictavorum civitatis pontifex, praesentis domine meae Radegundi subscripsi,
Pascentius^f episcopus in Christi nomine subscripsi.
Gregorius, Turonicas sedis archiepiscopus^g, rogante domine Radegundi subscripsi.
Medardus^h, Indignus episcopus Suessionensis, subscripsi.
10 Germanusⁱ, Parisiorum civitatis episcopus, subscripsi.
Elegius subscripsi. Samsen archipresbyter subscripsi.
Eustrapius archipresbyter subscripsi. Leodoveus archidiaconus subscripsi.]

CHILPERICHUS I.

8.

15 *Chilperichus I. rex ob petitionem Dodonis episcopi, Ebrulfi abbatis aliorumque regni 561-594.
adelium, ecclesiam SS. Petri apostoli et Luciani martyris, prope muros Bellovacenses con- Mai. 8.
structam, et postea paganorum irruptione vastatam atque destructam, reaedificari iubet.*

1. Autogr. in tabular. abbatis S. Luciani Bellovae, iam deperditum. Cfr. descriptionem in Nouveaux Traités de
20 Diplom. III, p. 646; v. Ger. V, p. 306-312. — 2. Transsumptum in diplom. Philippi III. Augusti,
regis Franciae, d. d. Paris, a. 1263, m. Martii, in Bibl. Paris. MSS. S. Lecti de Beauvais, Supplément A, D.
Grégoire, n. 304 in fol. diplom. n. 1. — Scriptur. specim. in Nouveaux Traités tom. III, tab. 61 (versionis
german. tom. V, tab. 66, n. 1).

Ediderunt ex autogr. Bouquet IV, p. 624, n. 13; — Brequigny p. 71, n. 43; — Pardessus I, p. 148, n. 199; —
ex chartul. Louvet p. 236, ad n. 606; — L'Oisel p. 236, ad n. 606; — Le Coigne IV, p. 669 n. 3 ad n. 716
25 (sub nomine Chilperichi III); — Gallia Christ. X, Instrum. col. 239, n. 1. — De Foy ad n. 583; Brequigny
ad n. 606.

† Chilpericus rex Francorum, vir illuster. Cum et in hac vita brevi tempore
maneamus et ad mortem ineffugabiliter properemus, oportet ut voluntatem Domini facia-
mus et ecclesias vel sanctorum venerabilium loca devoto construamus, ut in perpetuum
30 cum ipsis gaudere valeamus: hec enim facientes, Deo vero sine dubio poterimus placere,
et cum sanctis in perpetuum regnare. Igitur notum sit praesentibus et futuris, omnibus
scilicet^a agentibus regni nostri^b, quod olim, pagani irruentibus in terras Francorum^c,
ecclesiae destructae et^d monasteria quam plurima depopulata atque vastata sunt; ad quae
reaedificanda cum nostro animus, si facultas adsit^e, promptus omnino fuerit, dominus Dodo,
35 Belvacensium^f venerabilis episcopus, atque charissimus^g noster Ebrulphus abbas, cum
aliis quam plurimis fidelibus nostri regni^h, adierunt serenitatem nostram obsecrantes, ut
quandam ecclesiam, quae ab antiquis in honore beati Petri, apostolorum principis, et sancti
Luciani martyris prope muros Bellovaeⁱ urbis fuerat constructa, sed postea quidem^j
paganorum irruptione vastata atque destructa, pro salute nostra atque^k totius^l regni nostri
40 conservatione, nostra munificentia et largitate reaedificare iuberemus et eam nostra ditione
nos et nostri successores in perpetuum tueremur: et ideo maxime, quoniam hanc eandem
ecclesiam genitores nostri datis quarundam^m suarum possessionum redditibus ad meliorem
statum quondam reducere voluerunt et huiusmodi negotii providentiam iam supra nomi-
natae urbis episcopis committentes crediderunt; sed illi alia cupientes, commissum hoc
45 neglectumⁿ reliquerunt. Nos itaque ad id peragendum invitat maxime, quod hiis diebus
nostris sanctus Lucianus, martyr Domini gloriosus, iam superius dicto Ebrulpho abbati per

a) dominicum 2. 3. b) quod om. 2. 3. c) quod commendo 2. 3. d) sequente ha habent 2 et 3: implendo man-
datum, apostolicum digno reparantes exemplum, eiusdem merentur esse participes remunerationum. Amen. e) sequente
apud Gregorium omisa et postea a fabario addita, videntur in 2 et 3. f) Chismoy om. 2. g) videlicet 2. h) nostri
50 regni 2. i) Frana. terras 2. j) et om. edit. k) suus 2. l) Belvacensis 2. m) carissimus 2. n) nostri regni
nostri autogr. o) Bellova 2. p) quidam 2. q) et 2. r) totus 2. s) quarundam 2. t) neglectum 2.

9) Pascentius huius diplomati nomen subscribere non subscriptionem spuriam esse probat. (1) Nullus
potuit, quum iam antea defunctus esset, et Maroveus h. t. Suessionensis episcopus eius nomine extitit.
successor eius chartam signaverit. 10) Titulus Gre- 12) Germanus episcopus, anno iam 576. mortuus, testa-
55 gorii archiepiscopi, hoc tempore nondum usitatus, mentam Radegundi nullo modo confirmare potuit.

visionem apparuit, et ut sanctum Maximianum^a, qui adhuc in monte Milio latebat, ex illius consorcio pro Christo caesum, de abdito sublevaret et secum in eadem ecclesia conderet, rogavit; ubi ex ea die, qua^b visio^c ista peracta est, multa et praeclara miracula per sanctos illos martyres in illo loco demonstrantur. Igitur quia petitio iusta et utilis extitit, nos nostram auctoritatem praestantes, per hanc decreti nostri paginam decernimus atque^d roboramus, ut ecclesia in honore beati Petri, apostolorum principis, et sancti Luciani martyris, ubi ipse sanctus in corpore quiescit, quae est prope muros Belloacae urbis, nostrae^e liberalitatis munificentia reaedificetur^f, et famulantibus omnipotentis Dei^g aptetur, atque coenobitae Deo famulantes ibi congregentur; ita tamen, ut in perpetuum sub nostra nostrorumque successorum, regum videlicet Francorum^h, ditione ipse locus et ecclesiaⁱ consistat, nec eam aliquis alicui, aliqua potestate saeculari praedito, tradat vel subdat. Si quis autem, quod minime credimus^j, contra hoc nostrae sanctionis decretum, aliter quam a nobis dictatum^k est, agere voluerit et hoc praeceptum nostrum temerarie^l temptaverit violare^m; iram summi iudicis, pro cuius nomine et amore nos ista roboravimus, incurrat, et quantamcunque possessionem habere videtur, legibusⁿ amittat, et insuper exul^o et profugus a potestate totius regni nostri fugiens recedat. Quod quidem nostrae serenitatis decretum, ut pleniorum vigorem oblineat, anuli nostri impressione astipulari^p fecimus, atque manu propria subsignantes roboravimus.

† Signum Chilperici, gloriosi regis.

Ego Eltricus^q, palatinus scriptor, recognovi.

[Data anno dominicae incarnationis DCVI[1], indictione VIII. Anno regni Chilperici regis XXII.]

Actum Rutomagi in generali conventu, III. Nunas Magii mensis.

9.

562. *Chilperichus I. rex petente Gallo abbate monasterium Anisolense in pago Cenomannico in 25 regiam tuitionem recipit.*

Ediderunt ex chartular. Anisolens. iam deperdito: Martens et Durand, Amplius collect. I, col. 6 ad n. 570; Bouquet IV, p. 623, n. 11 ad n. 562; Brequigny p. 59, n. 32; Pardessus I, p. 124, n. 188. -- De Foy ad n. 562; Brequigny ad n. 562.

Chilpericus, rex Francorum vir iustus. Si petitionibus servorum vel ancillarum Dei, quod pro eorum quietem vel iuvamen pertinet, libenter obaudimus vel effectui in Dei nomen mancipamus, regiam consuetudinem exercemus et nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomen pertinere confidimus. Ideo venerabilis vir Gallus, abbas de monasterio Anisolae, quod est in pago Cenomannico, ubi sanctus Carilephus in corpore requiescit, vel ubi ipse abba una cum turba monachorum sub sancto ordine conversare videtur, missa petitione clementiae regni nostri expetiit, ut eum et ipsum monasterium una cum omnibus rebus et hominibus suis, gasindis, amicis, susceptis, vel qui per ipsum monasterium sperare videntur, vel unde legitimo redebit mitio, vel sermone^r tuitionis nostrae vel mundeburdo nostro recipere deberemus. Quapropter per has praesentia^s iubemus praeceptiones ut neque vos^t neque iuniores vestri aut^u successores vel missi de palatio nostro discurrentes ipsum^v Gallum abbatem [cum fratribus] monasterii sui, amicis, susceptis vel qui per eundem sperare videntur, vel unde legitimo redebit^w mitio, inquietare, nec inferendas sumere, nec de res eorum in lege minuere audeatis^x. Sed liceat eis sub sermone nostrae tuitionis vel sub emunitate nostra quietos vivere ac residere; et si aliquas causas adversum ipsum monasterium ortas fuerint aut surrexerint, et^y a vobis aut iunioribus vestris absque eorum iniquo dispendio terminatas non fuerint, usque in praesentia nostra omnimodis servetur, et ibidem finitivam sententiam per legem et iustitiam debeant

a) Maximianum 1. 2. b) quo 2. c) iussio 2. d) nostra 2. e) edificetur 2. f) Dolinal 1. g) ditione om. 2. h) quod m. credimus om. 2. i) dictum 2. j) temeraria 2. k) violare om. 2. l) legibus om. edit. n) astipulari edit. o) Eltricus 2. p) Data -- regis 32, manu posteriore alioque atramento post addita sunt. q) Da 50 lacunam supplevimus ex charta Childeberti I, pro eodem monasterio, d. d. Compendio a. 546, April. 28. (supra n. 4) r) per has ... falso edit.; cf. dipl. Childeberti I, modo fudatum. s) eos edit. t) ut -- vestri aut ex dipl. Childeberti supplevimus. u) ipsam supplevimus. v) debet edit. w) audeat edit. x) et supplevimus.

accipere, vel unlicuique de reputatis conditionibus iustitiam reddant, et ab alio simili modo veritatem percipiant. Et ut auctoritas nostra firmior habeatur per tempora, manus nostrae subscriptionibus^a subter eam roborare decrevimus.

Chilpericus rex Francorum.

8 Data^b quod fecit mensis . . . Anno I. regni nostri.

CHLOTHACHARIUS II.

10.

Chlothacharius II. rex monasterio sancti Dionysii et abbati Dodoni aream infra muros⁶²⁵ Parisiensis civitatis, per epistolam donatoriam a viro quodam ex successione patris sui^{lunl} 10 Baddonis illi traditam, praeunte Dagoberto rege, qui donationem praedictam legalem censuerat, auctoritate sua confirmat.

^a Autographum in papyro conscriptum in tabular. Paris. signat. K. 1, n. 7. — Ectypon: Serie II, tab. IV. Edidit ex autogr. Tardif p. 4, n. 4. — De faitis chartae eiusque indagations anno 1845. cf. Bulletin de la Société de l'histoire de France, XII, p. 260, et Tardif l. c. in annotatione.

15 [Chlothacha]rius rex Francorum.

[.] vatis titolis, Christo auspice, credemus pertinere, si ea que cognoverimus partibus sancti domini Dionysii, peculiare patronis nostri [pertinere,] generaliter confirmamus adque stabili dignitate durare lobemus. Ideo vir venerabilis, pater noster Dodo abba, epistolam donaciones I [.] iam, in qua tenetur insertum: 20 area, quod est infra murus Parisius civitatis, quem ex successione genitoris suo Baddone, quondam I . . . [ad basilicam sancti domini Dionysii martheris, ubi Dodo abba deservire vedetur, nussetur contulisse. Qui viro petiit, ut hoc in ipsa basilica I [plenius confirmare deberimus; cui nos hunc beneficium pro divino intuitu vel referencia ipsius loci sancti libente animo praes [ente] ipso illustri viro Daobertcho, area ipsa ad supra- 25 dicta basilica per inspecta donacione legaliter fuisse condonatum, huius I] us cum Dei et nostra gracia ad ipsa basilica vel monachis ibidem deservientibus proficiat in perpetuo. Et ut hec auctoretas nostris et futuris temporibus firma permaneat.] manus nostre subscriptionibus subter eam decrevimus roborari.

Syggolenus optolit. (S. R. c. not. Tiron.) Chlothacharius (M.) in Christi nomine rex 30 hanc preceptionem subscripsi.

[Data . . .] Iulias. Anno XLI. regni nostri. Sterplniaco feliciter.

11.

Chlothacharius II. rex petente Dodone abbate donationes, a Iohanne negotiatore c. a. 627, basilicae S. Dionysii oblatas, auctoritate sua confirmat.

35 ^a Autogr. in tabul. Paris. signat. K. 1, n. 4, in papyro scriptum, palimpsestum; cf. de Wailly, Elem. Paléogr. 370 et Pardessus edit. I, p. 230 annotat.

Ectypon apud Mabillon Dipl. Supplem. tab. I; — Nouveau Traité V, tab. 90 — vers. german. tom. VIII, tab. 90; — Serie I, tab. 3.

40 Edidit ex autogr. Felibien, Pièces Justific. p. 3, n. 1, ad a. c. 620; — Mabillon Annal. I, Appendix p. 685, col. 1; — Ideus, Diple. Supplem. Appendix p. 92; — Nouveau Traité de Dipl. tom. V, p. 668 et 669, annotat. (vers. Germ. VIII, p. 324, annot. H); — Bouquet IV, p. 627, n. 16; — Ruinart, Appendix ad Gregor. Turon. col. 1383; — Brequigny p. 128, n. 66; — Pardessus I, p. 229, n. 243; — Letronne p. 6, n. 3; — Tardif p. 5, n. 5. — De Foy ad a. 620; Brequigny ad a. 620.

45 [Chlothacharius, rex Francorum.]

[Viris illustri]bus Chrodegario^d I
 e sana mente per basilicabus de suis propriis facultatibus per testamenti
 pagenam voluerit legaliter delegari, per nostris auctoretatibus testamentum I
 [vir venerabilis pater noster Dodo, abba de basilica sancti domini Dionysio martheris,

a) nostrae subscriptionibus supplevimus. b) rex F. Data supplevimus. c) Chlothacharius r. F. tam absctus sunt.
 50 d) [Viris illustri]bus Chrodegario] littera paulo minoribus exarata sunt in autographo.

peculiares patroni nostri, testamenti pagenam a Iohanne quondam negociante, filius Hid . . . se l (aliquid de suis facultatibus ad basilica ipsius sancti Dioninsio vel relequa loca sancta infra oppedum Parisiorum civetatis, eiam et ad alecus de suis propinquis, per ipso l generaliter confirmari deberimus. Quod nos magnetudo vestra, sicut unlicue iusta petentes, vel pro nostre mercedes compendium, hunc beneficium non negasse l (sepe dictus Iohannis ad antedicta basilica sancti domni Dioninsio, vel relequa sancta loca, aut suis propinquis, iuste nuscetur delegasse: hoc est, in terris, domebus, mancipiis l entis vel relequo beneficio, huius auctoretatis nostre vigore et generale beneficium confirmatum ad ipsas basilicas vel suis propinquis proficiat in perpetuo l mentum similiter per hanc preceptione firmati valeant permanere securi. Et ut hec auctoretas ampliatis titolis, nostris et futuris temporibus inconcusso iure l

† Ursinus optulit. (S. R.) † Chlothacharius, (M.) in Christi nomine rex, hanc preceptionem subscripsit. l (Anno . . . regni) nostri. Stirpiniaco, feliciter in Domino, ad vetus is palatium. (L. S.) Bene valete.

DAGOBERCTUS I.

12.

e. a. 629.

Dagoberctus I. rex, petente V. ill. Ursino, partitionem hereditatis, a patre eius Chrodoleno fratreque Chalmede relictae, inter Ursinum et Beppolenum fratres confirmat. 20

* Autogr. in papyro script. in tabular, Paris, signat. K, l, n. 9. — Ectypa apud Mabillon, Diplom. Supplem. tab. II, p. 70; — Silvestre, Paléogr. III, tab. 71; — Serie I, tab. IV; — Scripturae specimen in Nouveau Traité de Diplom. tab. LXVI, n. 5 (ex Mabill.).

Et cetera ut autogr. Mabillon, Annal. I, Appendix 2, p. 685, n. 13, ad a. 628; Idem Diplom. Supplem. p. 92; — Bouquet IV, p. 631, n. 23, ad a. 629/30; — Marini p. 96, n. 60, ad a. 628; — Brequigny p. 129, n. 67; 25 — Schoenemann, Cod. I. d. prakt. Diplom. I, p. 9 n. 4; — Pardessus II, p. 2, n. 245; — Letronne p. 7, n. 4; — Terdil p. 6, n. 6, ad a. 628. — De Foy ad a. 628; Brequigny ad a. 628.

† Dagoberctus, rex Francorum, vir iuluster.

Quotienscumque petitionibus fedilium personarum in quo nostris fuerint patefacti, eas per singola libenter volumus obaudire et effectui in Dei nomen mancipari. Adque ideo 30 vir iuluster et fedelis Deo propicio noster Ursinus climenciae regni nostri petiit, ut de id quod una cum germano suo Beppoleno in divisionis paginam, tam ex successione geneturi suo Chrodoleno quam germano suo Chalmedes quondam, loca quorum vocabola sunt Ferrarias, Leubaredovillare et Eudoneovilla^a, seu reliqua, facultatem vel villas illas, quod in Roteneco de alode materna per pactionis tetulum ad eodem nuscuntur pervenisse, hoc est 35 cum terris, aedificiis, mancipiis, viniis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursebus, movilebus et immovilebus, vel reliquis rebus seu adiacenciis ad [ipsa] pertinentibus, ut dictum est, ad parte sua pervenisset, et hoc ad presens ricto ordeye assent domenari. Unde et pactione de morata^b loca vel de reliquis res, mano prefato germano suo Beppoleno suscripta, vel honorum roboracione firmata, se pro manibus habere affirmat; Idemque 40 et vindicionis, quod ab aliquibus homenebus in suprascripta loca porciones alequas visus est comparasse, prae manebus habere affirmat; petiit predictus vir, ut nostram ex hoc circa ipsum plinius deberit confirmari praeceptio. Cuius postolacione pro rei tucius firmitatem noluemus denegari; precipientis enim, ut quicquid ei constat aequo ordine [de] iam dicta loca vel reliquis res ad parte sua per inspecta pactione econtra supradicto germano suo 45 iusti in divisione percipisse, et quod per ipsas vindicionis in prefata loca possidere dinuscetur, ut ad presens ricto trainete possidere videtur, nostram in Dei nomen generaliter auctoretatem firmatur, et ipsi hoc teneat . . . ndat et suisque posteris perpetualiter ad possedendum relinquat. Et ut haec auctoretas perpetuis temporibus firma stabeletate debeat perdurare, manus nostre suscriptionibus subter eam decrevimus roborari. 50

† Burgundofaro optulit. Dagoberctus rex subscripsit.

a) res Eudoneo villa, ut ectypa habet apud Letronne. b) l. e. memorata.

13.

Dagobertus I. rex Desiderium, thesaurarium suum, poscentibus civibus abbatibusque 629.
Cadurensibus ecclesiae Cadurcensis episcopum constituit. April. 8.

- 1 Vita S. Desiderii, ab autore coaevae, ut videtur, conscripta (cf. Mabillon, Annal. I, p. 358 in.) in Cod. Herou-
valliaco. — 2. eiusdem vitae cod. Bibl. Paris. latin. n. 17,002, olim Moissiacensis, tum V. Cl. Jolly, deinde
3 Notre-Dame n. 67.
Ediderunt 1) ex cod. Herouvall. Labbe Bibl. MSS. I, p. 703; — Le Cointe II, p. 808; — Ruigart, Append. ad
Gregor. Turon. col. 1354; — Bouquet III, p. 529 (in Vita S. Desiderii cap. VII); — 2) ex cod. Bibl. Paris.
antes Moissiacensi: Labbe, Meslanges curieux II, p. 420; — Baluze, Capitul. I, col. 141; — Brequigny p. 130,
10 n. 68; — Pardessus II, p. 2, n. 246. — De Foy ad n. 630; Brequigny ad n. 629.

Dagobertus, rex Francorum, episcopis et ducibus cunctoque populo Galliarum finibus^a
constituto. Concedet clementiae principatus nostri^b sagaci indagazione proseguere et per-
vigili cura tractare, ut electio vel dispositio nostra Dei in omnibus^c voluntati debeant
concordare, et dum nobis regiones et regna in potestate ad regendum largiente Domino
15 noscuntur esse conlatae, illis committantur^d privilegia dignitatum^e, quos vita laudabilis et
morum probitas vel generositatis nobilitas attollat^f. Et quoniam virum illustrem Desi-
derium, thesaurarium^g nostrum cognovimus religionis observantiam ab ipso pueritiae suae
tempore in omnibus custodire, et sub habitu saeculari^h Christi militem gerere ac mores
angelicos et sacerdotalem conversationem habere, ut non solum in contiguis sed etiam in
20 longinquis regionibusⁱ fama bonitatis eius evulgata^j crebrescat, ideo credimus eum merito
ad sacerdotium provehere, quem sicut diximus ornatis moribus videmus iugiter ad
caelestem patriam anhelare; et dum civium abbatumque Cadurcorum consensus hoc
omnimodis exposcit, ut eum episcopum habeant, et nostra devotio similiter consentit,
absque dubio credimus nutu Dei^k id fieri, ut dum satis nobis est in palatio nostro
25 necessarius, ipsi nobis quodammodo violentiam inferamus et eum ab edibus^l propriis^m
profectui publicoⁿ procuremus. Sed dum nobis sicut diximus eum ab edibus^o nostris
auferimus^p, quibus^q regiones et regna a Deo sunt commissa, quamvis nobis inferamus
dispendium, tales debemus procurare pastores, qui secundum Deum et iuxta^r apostolica
dicta plebes^s sibi a^t nobis commissas debeant regere; unde nobis merces amplior possit
30 adcrecere. Quamobrem iuxta civium petitionem nostram quoque concordantem in omnibus
voluntatem decernimus ac^u iubemus, ut adiuvante Domino, adclamante laudem ipsius
clero vel populo, vir illustris et verus Dei cultor Desiderius pontifex in urbe^v Cadurca^w
debeat consecrari, et nostra^x civiumque^y voluntas, quod decrevit in omnibus, in Dei
nomine perficiatur, et pontificali benedictione sublimetur^z, dummodo^{aa} Christo propitio
35 vera^{ab} hac religione profiteatur, quod vita et conversatio eius digna et probata ab universis
habetur, in tantum ut^{ac} pro nobis et pro universis ordinibus^{ad} ecclesiae debeat exorare, et
acceptabiles Deo hostias studeat offerre; quia ex hoc vitam nobis longiori aevo auctore
Domino credimus propagandam, si ille in sacerdotio elegitur et sublimatur, qui pro nobis
vel pro vobis sibi que^{ae} commissis securus ante tribunal Christi preces offeret^{af}, et in futuro
40 iudicio, ut culpas excuset, precator^{ag} assistet^{ah}. Qua de re praesenti auctoritate decernimus,
ut sepedictus^{ai} Desiderius episcopatum in Cadurca^{aj} urbe presentaliter suscipiat, et Christo
propitio eius temporibus teneat. Et ut haec deliberatio nostrae voluntatis^{ak} firmiter
habeatur, manus nostrae subscriptione subter eam decrevimus roborare.

Chrodobertus obtulit.

45 Dagobertus rex subscripsit.

Data sub die VI Idus Aprilis. Anno octavo^{al} Dagoberti^{am} regis.

- a) senibus 2. a) nostri om. Labbeus. b) in omnibus n. recentior 2. c) comitantur 2. d) dignitate, corr. dignitatum 2.
e) actula 2. f) thesaurarium 2. g) secum, corr. seculari 2. h) regionibus om. 2. i) vulgata 2. j) Dei nutu 2.
l) edibus 2; aedibus nostris Labbeus. m) proprio 2. n) profectui vestro Labbeus. o) edibus 1. p) auferamus 2.
50 q) quibus om. 2. r) iuxta 2. s) plebis 2. t) hac 2; a Labbeus. u) urbe 2. v) Cadurci 2. w) nostram 2.
x) civiumque 2. y) sublimatus 2. z) dum 2. aa) vere 2. ab) in tantum ut om. 2. ac) hordinibus 2. ad) sibi 2.
ae) offeret 2; offeret p. dicit. af) peccator 2; peccatorum Labbeus. ag) assistat edd. ah) se 2. ai) Cadurcena 2.
aj) voluntatis nostrae 2. al) sub die Idus April. Labbeus. am) VIII. 2. an) Dagoberti 2.

14.

631. 632.
... die 15.

Dagobertus I. rex villam Iticinascoam in pago Parisiaco, quae antea Landerici et Gangnerici fratrum fuit, basilicae sancti Dionysii martyris concedit.

* Autographum, in papyro scriptum, in tabular. Paris. signat. K, 1, n. 5. — Ectypon ex parte apud Mabillon, Diplom. p. 374 minus accuratum; integrum in Serie I, tab. 5.

Ediderunt ex autogr. 1) Mabillon, Diplom. p. 465, n. 5 ad a. 632; = Annal. Ord. S. Bened. Tom. I, Append. p. 685, col. 2; = Germon I, p. 275; = Bouquet IV, p. 628, n. 19; = Marini p. 98, n. 62; = Brequigny p. 167, n. 97 ad a. 637. April. 15; = Pardessus II, 45, n. 279 ad a. 637. — 2) Felibien, Probatt. p. 8, n. 3 ad a. 631; — 3) Letronne p. 9, n. 5 ad a. 637; — 4) Tardif p. 6, n. 7 ad a. 631-632. — De Foy ad a. 632, Januar. 15; Brequigny ad a. 632. — Diplomatica sinceritatem impugnat Germon I, p. 116 (edit. a. 1706, tom. II, p. 173 sq.), quam defendunt Mabillonius, Dipl. Supplement. p. 7 et Nouveau Traité de Diplomat. III, 654.

† [Dagobertus] rex Francorum. Viris illustribus Vuand[elberto] duci, Gaganrico domeshico, et omnibus agentibus, praesentibus et futuris, [...] promerere aeterna ac de caduca substantia erogandam loqrari [i] gaudia sempiterna. Igetur nos, re ipsa considerantis [p]rout in aeternum vel aequantulum mereamur iustorum esse [consortis, villa cognomenante Iticinascoam, in pago [Parisi]aco, qui fuit Landerico et Gangnerico germanis, et addicionebus . . .] . . . e [vel meretum, ad baseleca domni Diunensi [m]artheris, [pec]uliaris pat[er]ni nostri, ubi ipse* preciosus dominus in corpore requiescere] vedetur, . . . ibidem devoti sumus per tempora bona propiciante Domino, impertire, [praesencialiter] plena devocio[ne] visi suemus [concessisse. I]ubentis [etenim] vol . . . [a]reis, [silvis, 20] pratis, pascuis, [a]quis [a]quaru[m]v[e] decursebus,] a die [praesenti, qualiter] ab ipsis . . . [dominetur] vel ab [fisco nostro] praesente [nunc] tempore, in Dei nomine possedetur, ex indulgencia nostra ad ipsa sancta baseleca concessa, qua[m] ut actore . . .] ius . . . a [d]icione percipiant specialius . . .] [ti pauperis inibi consistentebus,] p[ro] regni stabilitate vel r[em]edium anim[ae] nostrae, absque ullius in postmodum refragatione, 25 cum [temp]oribus debeat profec[er]e, et ut fiat ut dum nos ad clero [vel pauperes] a[d] ipso [loco] sancto co[n]sistentebus . . . cia . . . [vel aequantulum . . .] b om[ni]no [in futurum] [ex ea re] inco[n]m[od]a generentur*. Et ut [haec] auctoretas [per succedentia] tempo[ra] inviolabilem calpeat] firmitatem, inanus nos[trae] subscriptionibus infra . . . [firmavimus.] . . .

[Dagobertus rex subscripsit]

[Dado optolit]

..... [dies XV*] quindecim. Anno [X.*] decimo [regni] nostri. [In] Dei [nomine] [Cl]ipiaci feliciter.

15.

635.
Oct. 1.

Dagobertus I. rex monasterio Resbacensi, a Vadone referendario et fratribus eius Adone et Radone in fisco Meldensi constructo, privilegium libertatis atque immunitatis concedit.

* Chartular. S. Germaini saec. XIII. in tab. Paris. cod. n. 860, fol. 216. fragmentum tantum exhibens.

Ediderunt ex autographo in tabulario Resbacensi 1) Mabillon Annal. I, Append. p. 687, n. 16; = Bouquet IV, p. 630, n. 22 ad a. 636; = Brequigny p. 158, n. 89; = Pardessus II, p. 33, n. 270; — 2) Toussaint Du Pleissis, 40 Hist. de l'Eglise de Meaux, tom. II, p. 3. (aliqua ex parte truncatum). — De Foy ad a. 635; Brequigny ad a. 635.

Dagobertus, rex Francorum vir iuluster. Apostolicis patribus nostris, domnis episcopis et illustribus viris ducibus, itemque magnifico Chanulfo comiti, vel omnibus agentibus, tam praesentibus quam et futuris temporibus ubique in Dei nomine in regno nostro 45 constitutis. Oportet clementia principali inter ceteras petitiones illud, quod pro salute adscribitur vel pro timore divini nominis postulatur, placabili auditu suscipere et procul dubio ad effectum perducere, ut fiat in mercede commutatio, cum pro quiete servorum Dei

a) hucusque ectypon Mabillonii. b - b) lucuna 12 litterarum. c) quae sequuntur rursus existunt apud Mabillonium, 50 d - d) lucuna 43 circa litterarum. e) sic autogr.

14) Asserit quidem Mabillonius l. c. pag. 364 in: scripserit, in quo certe scriptum invenire non poterat. Exstat in eius monasterii tabulario diploma Dagoberti Dalun s. d. Kal. Octobris 13. regni eius, scilicet regis, inscriptum Apostolicis patribus etc., sed omi[s]sa voce Anno, et vitiose scriptum regni eius, dubium num hoc autographum Mabillonius trans-

congrua impertitur petitio. Quia fides perfecta non dubitat ad Altissimi gratiam pertinere, si aliquid secundum eum eloquium, praecipue domesticis fidei, mente devota impenditur; quia scriptum est: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum*. Ergo dum illustris vir Dado, referendarius noster, eiusque germani Ado et Rado, monasterium in Jerusalem¹⁵ in honore sancti Petri et Pauli et sancti Antonii, quod vulgo appellatur Resbacis, in Meldensi territorio situm, ad monachos vel peregrinos inhabitandum ac in Dei nomine solitaria vita fruendum, quod ex nostra etiam largitate meruerunt, devoti Deo iuvante construxerunt¹⁶; ideo nos iuxta eorum petitionem pro quiete servorum Dei praecipue vigorem nostrum placuit propalare, per quam, dum super fiscum nostrum quod pro remedio animae nostrae indulsumus videtur esse constructum atque ex parte ditatum, sub quiete tranquillitatis Domino protegente ipsi monachi iuxta religionis normam perpetim valeant residere, eligimus, ut haec series debeat plenius declarare: quia nihil de canonica auctoritate convellitur, si aliquid ut diximus domesticis fidei pro tranquillitate pacis conceditur; nec nobis aliquis detrahendo aestimet in id nova decernere, dum ab antiquis iuxta constitutiones pontificum per regalem sanctionem monasteria sanctorum Agau-
 15 nensium, Lirinensium, Luxoviensium, immoque et monachi¹⁷ domni Marcelli, sub libertatis privilegio videntur consistere. Ergo si qua inibi in villis, mancipiis, vel reliquis quibuscumque rebus atque pecoribus, aut regio munere aut suprascriptorum virorum vel cuiuslibet est delegatum aut deinceps fuerit additum, dum super nostra est, ut diximus, largitate
 20 constructum, nullus episcoporum, nec praesentes nec qui fuerint successores, aut eorum ordinatores, vel quaelibet persona, possit quoquo ordine de loco ipso auferre aut aliquam potestatem sibi in ipso monasterio adoptare, vel aliquid quasi per commutationis titulum innuere, aut de mysterii ornamentis vel de oblatione in altario illata abstollere; nec ad ipsum monasterium vel cellulas eius nisi pro lucranda oratione, et episcopus, nisi fuerit
 25 cum voluntate ipsius abbatis vel suae congregationis, absque gravi dispendio eorum accedere praesumat: quo facilius liceat monachis ipsius, in Dei nomine regulariter consistentibus, rectam delegationem sub quiete per tempora possidere. Et cum abbas ille fuerit de saeculo evocatus, quem ex semetipsis ipsa congregatio elegerit sibi, secundum sanctam regulam seniore instituat per omnia et ex omnibus, secundum delegationis votum vel
 30 huius serie auctoritatis suffultum, cui absque ulla inquietudine ibidem cuncta proficiant in augmentum. Adicientes, ut nulli penitus iudicium vel cuiuslibet hominum licentia sit, de rebus praefati monasterii absque servorum Dei voluntate aliquid defraudare, aut temerario spiritu quidquam exinde suis usibus usurpare, ne, quod primitus est, divinam incurrat et nostram offensam [et] a fisco grave damnum sustineat. Illud etiam nobis pro integra
 35 mercede nostra, vel suprascriptorum virorum pensantes merita, placuit addendum, ut tam quae ex nostra largitate, quam quae ex delegatione ipsorum Dadonis vel germanorum suorum, seu genitorum eorum vel quorumlibet, ibidem est aut fuerit devoluta possessio quoquo tempore, nulla publica iudicialia potestas, nec praesens nec succidua, ad causas
 40 audiendum aut aliquid exactandum ibidem non praesumat ingredi. Sed sub omni emunitate hoc ipsum monasterium vel congregatio sua sibiinet omnes fregos concessos debeat possidere, vel quicquid exinde fisco forsitan de eorum hominibus aut de ingenis aut de servientibus aut in eorum agris commanentibus vel undecumque poterat sperare, ex
 indulgentia nostra in luminaribus ipsius sancti loci vel stipendiis servorum Dei, tam nobis, in Dei nomine viventibus, quam per tempora succedentibus, pro mercedis compendio
 45 debeant cuncta proficere, ut pro aeterna salute vel felicitate perenni seu regni con-

a) hic incipit textus chartul. S. Germani. b) usurpare e. c) nec e. d) et Dei iram incurrat e. e) nostram gratiam offensam a fisco e. f) gravi e. g) damno e. h) A. I. lacunam edit. indicant, quae non extat in chart. i) Illud nobis e. k) quod e. l) quae ex om. e. m) Chadone e. n) germanis suis e. o) genitorum edit. p) quibuslibet e. q) iudicialia e. r) ingredi e. s) ipsum sanctum monasterium e. t) fregos e. u) debeant e. 50 v) ut e. w) aut servientes e. x) aut om. e. y) undique e. z) potuerat e. a) stipendia e. b) compendium e. b) pertinet Mab.; felix. patriae seu e. c) regis e.

sua pietate et potentia tenet principatum, erga solium regni nostri, quod ipse nobis ad regendum comisit, credimus esse cultorem, si oportuna beneficia ad loca sanctorum devota mente praestamus vel nostris oraculis confirmamus. Igitur venerabilis vir Waldalenus abba ad praesentiam nostram veniens, gloriae regni nostri subgessit, quod genitor suus Amalgarius et genitrix sua Aquilina quondam pro Dei amore monasterium, nuncupatum Fontem Besuam, in pago Attoariarum suo opere in honore sancti Petri et Pauli aedificassent et monachos ibidem sub regula beati Columbani seu beati Benedicti adnassent, et maximam partem de facultate sua ipsi monasterio delegassent; sed postea insidiante parte adversa ipsum monasterium a malis hominibus irruptum et expoliatum fuerit, et omnes cartae, quas de supradicto loco vel de reliquis locis memoratus Amalgarius vel coniunx sua ibi delegaverant, cum multis aliis rebus ablatae. Unde memoratus Waldalenus relatione vestra pro firmitatis studio petiit celsitudinem nostram, ut quascumque res ipsius monasterii seu praescripti loci in Dei nomine per praeccepti nostri auctoritatem deberemus confirmare. Cuius petitione mercedem aeternam et divinam nobis in omnibus acquirere cupientes, nos id praestitisse et confirmasse cognoscite. Praecipimus igitur, ut quicquid constiterit a praefato Amalgario et eius matrona Aquilina, vel ab aliis Deum timentibus hominibus, ipsi monasterio collatum, ad integrum hoc habeat, teneat et possideat, et nostris et futuris Deo auxiliante temporibus ipsam scilicet Besuam cum omnibus appenditiis suis, cum terris et aedificiis, cum silvis et accessibus omnibus, cum mancipiis et colonis et servientibus, totum liberrime et integerrime; Vetus Vineas cum omnibus appenditiis suis et silvis; Tilerias, Beriam, Tregias, Cypetum, Bruxatellum, Vendoveram, Auxiliacum cum appenditiis suis et silvis et colonicis; Blandiacum, Berlarium, Baymam, Viriacum, Attiniacum, Noviliacum, villam Calatunnam, cutem Molinensem, Mercennacum cum vineis duodecim et vinitoribus et colonicis, qui excolere videntur, apud Cocheiacum vineas non minimae quantitatis; in pago Belnensi vineas octo, cum vinitoribus et colonicis; in villa quae Vaona dicitur, vineas et terras, cum servis et ancillis excolentibus eas; terras, quas habebat in Divione, et in fine domni Petri, et Longovico, et in Canavis, et in Arzillas et Tremoldo et Proviso et Disto; in Gibraco vinearum non modicam quantitatem cum vinitoribus et colonicis et silvis et pratis, et omnibus adiacentibus suis, cum servis et ancillis, et omnia omnino liberrime; in Villa et in Chaciaco quicquid habebat ipse Amalgarius; in villa, quae Patriciniacus dicitur, mansum unum optimum, cum omnibus appenditiis suis; villam Malescum cum adiacentibus suis, villam Alteriacum et villam Boensem, similiter cum omnibus appenditiis suis, villam Talarum, et villam Ginceniacum; omnia haec integerrime ac liberrime, cum omnibus ad ea pertinentibus.

Ut autem haec scriptio firma et stabilis in aevum permaneat et a nullo nostrorum successorum sit permutanda, nostro nomine insigniri et anuli impressione iussimus sigillari. Signum (M.) Chlothacharii regis.

Data mense Augusto, Anno VIII. regni Chlothacharii, Actum Neimauso feliciter.

666.
Aug. 18.

Chlothacharius III. rex petente Waldaleno abbate monasterio sancti Petri Besuensi, a malis hominibus spoliato, utrum illustrem Genulfum procuratorem ad causas monasterii prosequendum concedit.

*Chronicon Besuense In Cod. Bibl. Paris. Latin. n. 4997 saec. XII, fol. 27.

- a) sanctum pro al. 2. b) ad loca om. 2. c) ultra pro vel 2. d) Waldalenus 1; Waldenus 2. e) suggestit 2. 45
 f) Abhoreverum 2. g) corruptum 2. h) expoliatum 1. 2. i) ultra coniunx 2. k) coniunx 1. l) ablegaverant 2.
 m) Waldalenus 2. n) Domini 2. o) aeternam et divinam om. 2. 3. p) nobis om. 2. q) acquirere 2. r) constat 2.
 s) ultra pro vel 2. t) Dominum 2. u) hominibus om. 2. v) Domino 2. w) cum om. 2. x) Buxatellum 2.
 y) Vendoveram 2. z) cum omnibus app. 2. A) Berlarium 2. B) Ursacum 2. C) Athniacum 2.
 D) Mercennacum 2. E) Choeriacum 2. F) colonica 2. G) villam 2. H) et om. 1. I) et omnino 2. 50
 J) Chaciaco 2. K) Patriciniacus 2. L) Marscum 2. M) Talarum 2. N) Ginceniacum 2. O) haec 1.
 P) Chlotharii 1; nomen decet in 2. Q) quas h. f. codd. 1 et 2. addunt; Anno ab incarnatione Domini 658. indictione prima, vltipole interpolata delendo sunt; annus Chlothacharii octavus annus est ab Inc. Dom. 664. R) Chlotharii 1; Chlotarii 2.

Ediderunt ex chron. Besuensi: D'Achery, Spicileg. I, p. 500; — Edit. II, tom. II, p. 402; — Le Cointe III, p. 566; — Bouquet IV, p. 649, n. 46; — Brequigny p. 252, n. 163; — Pardessus II, p. 141, n. 356. — De Foy ad a. 665; Brequigny ad a. 665.

[Chlothacharius rex Francorum, vir inluster.]

Venerabilis vir Waldalenus^a, abba de monasterio sancti Petri Fontis Besuae, quod suus genitor Amalgarius eiusque matrona Aquilina quondam suo opere visi fuerunt aedificasse; clementiae regni nostri subgessit eo quod ipsum monasterium a malis hominibus fuisset vastatum, et instrumenta cartarum una cum reliquis rebus quam plurimis exinde fuissent deportata. Ob hoc petit a nobis, ut inluster vir Gengulfus omnes causas ipsius monasterii ad prosequendum^b et redintegrandum deberet recipere; cui nos hoc beneficium praestitisse cognoscite. Quapropter per praesens hoc praecceptum iubemus, ut memoratas omnes causas ipsius monasterii ex nostro permissu licentiam habeat prosequi, et unum quodque, ut iustum est, restituat: sic tamen, quandiu eorum pariter fuerit voluntas,

Data XV. Kalendas Septembris. Anno X. regni nostri [domni^c Clotharii regis.]

DAGOBERCTUS II.

44.

Dagobertus II. rex, suggerente Ratfrido abbate monasterio sancti Petri Weissen-⁶⁷⁵burgensi thermas trans Rhenum, ab Antonino et Adriano Imperatoribus constructas, in pago Auclacensi sitas, cum marca ad ipsas pertinente concedit. ^{Aug. 1.}

1. Copia membranacea vetus in tabulario Weissenburgensi. — 2. Transsumptum in diplomate Rudolphi II. Imp. a. 1584, Viennae. — 3. Copia recens in tabular. Weissenburgensi.

Ediderunt 1) ex copia veteri; Schoepflin, Alsat. dipl. I, p. 4, ad a. 675, Aug. 1. et Historia Faringo-Podensis tom. IV, p. 1; — Schocarmann, Cod. L. J. prakt. Dipl. I, p. 15, n. 7; — Brequigny p. 273, n. 181, ad Aug. 11; — Pardessus II, p. 167, n. 377, ad Aug. 11. — 2) ex transumpto a. 1584; Monus, Boica, tom. XXXI, pars I, p. 5, n. 2, ad a. 676, Aug. 1. — 3) ex copia recenti; Coccius, Dagobertus, p. 175, ad a. 675, Aug. 11; — Heda, Hist. episc. Ultraiecin. edit. anni 1612, pag. 208; edit. a. 1643, pag. 18 (fragmentum); — Henschenius, de tribus Dagobertis, pag. 122, ad a. 675, Aug. 11; — Le Cointe III, p. 746, n. 15; — Vorburg VIII, p. 242; — Schannat, Vindem. literar. I, p. 5, ad a. 675, Aug. 11; — Laguille Preuves p. 2; — Bouquet IV, p. 654, n. 55, ad a. 675, Aug. 11. — De Foy ad a. 675; Brequigny ad a. 675.

Dagobertus rex Francorum. Viris inlustribus ducibus, comitibus, domesticis, vel omnibus agentibus tam praesentibus quam futuris. Illud ad stabilitatem regni vel remedium animae nostrae perdurare credimus, si petitiones sacerdotum, quas auribus nostris patefecerint, ad effectum perducimus. Ideo cognoscat magnitudo seu nobilitas vestra, quia nos ad suggestionem viri venerabilis Ratfridi abbatis de monasterio Weissenburgo balneas illas trans Rhenum, in pago Auclacensi sitas, quas Antoninus et Adrianus quondam Imperatores suo opere aedificaverunt, ad monasterium quod dicitur Weissenburg, et est constructum in honorem sancti Petri, in pago Spirensi, visi fuimus concessisse, cum omnibus et cum ipsa marcha, ad ipsas balneas pertinente, quae venit de duobus lateribus usque in fluvium Murga, et de una fronte ad partem occidentalem rasta una, de alia fronte ad partem orientalem leucas sex, quas homines loci istius dicunt rastas tres esse. Propterea hoc praecceptum cessionis fieri iussimus, ut hac die memoratus Ratfredus abba vel patres ipsius monasterii Weissenburgensis suiisque successores, vel monachi ibidem commorantes, de suprascriptis balneis, quas dicunt Aquas calidas, vel marcha ad ipsas balneas pertinente, faciant quod maluerint: hoc est habendi, tenendi suisque successoribus relinquendi firmissimam habeant in omnibus potestatem.

Et ut haec praesens auctoritas firmiter sit, manu nostra vel anulo nostro subter eam decrevimus roborari.

Data sub die Kalendas^d Augusti. Anno secundo regni nostri. In Christi nomine Dagobertus rex.

50 a) Waldalenus cod. b) prosequendum edit.; prosequendum cod. c) verba domini Clotharii regis perperam a scriba addita videntur. d) XI. Aug. Coccius, et qui eum sequuntur sunt.

677
Aug. 1.

Dagobertus II. rex potente Godoino abbate monasterio Stabulensi et Malmundariensi villam Germiniacum, a patre suo Sigiberto II. eidem ecclesiae concessam, cum omnibus ad eam pertinentibus concedit.

1. *Chartular. Stabul. et Malmund. saec. XIII. in tabular. Düsseldorf. sigdat. B, 52, fol. 4. — 1^b *Chartular. 5 alterum in Bibl. Bruxell. saec. XIV. signat. 116 B, fol. 3. — 2. Chartular. tertium ibid. saec. XIV. sign. 116 C. Ediderunt 1) ex membranis Stabulens. Henrichs, de tribus Dagob. p. 96; — Le Coigne III, 778, n. 9; — Bronerius, Annal. Trev. I, p. 620, col. 1; — Miraeus, Opp. dipl. III, p. 282, ad a. 684. — 2) ex chartular. Stabul. saec. XIII. iam Düsseldorf. Martene, ampliss. coll. II, p. 13; — Bertholet II, Preuves p. 20; — Bouquet IV, p. 657, n. 59; — Brequigny p. 281, n. 187, ad a. 677, Aug. 1; — Pardessus II, p. 176, 10 n. 385. — De Foy ad a. 677, Aug. 1; Brequigny ad a. 677, Aug. 1; Wauters ad a. 677, Aug. 1.

Exemplar precepti Dagoberti regis iunioris de villa Germiniaco, dati domno Godowino abbati.

Dagobertus rex Francorum, vir iuluster. Illud nobis ad stabilitatem regni in Dei nomine provenire confidimus, si facta domni^a et genitoris nostri Sigiberti^b quondam regis 15 pro nostris oraculis in Dei nomine firmare deliberamus. Atque ideo vir venerabilis Godoinus abba de monasterio Stabulaus et Malmundario clementiae^c regni nostri suggestit, eo quod dominus et genitor noster Sigibertus^d rex sancto Remaglo ex villa cognominante Germiniaco in pago Remense ad suprascripta monasteria, quae sunt in Arduenna, quae ipse princeps suo opere construxit, ipsam^e villam Germiniacum cum omni integritate, appen- 20 ditiis suis, pertinentibus ad se, id sunt molendini duo sub uno tecto, cum aria super fluvio. Suppia, vinea in Beterio cum vineatione^f; hoc totum vel ad integrum ad ipsa monasteria, quae sunt in honore patroni^g nostri, sancti Petri et Pauli et sancti Martini vel ceterorum sanctorum, qui ibidem ad ipsa loca venerari noscuntur, per suam preceptionem concessisset. Unde et ipsam preceptionem memoratus vir venerabilis Godoinus abba suis etiam manibus 25 roboratam nobis in presenti protulit relegendam, et asserit quod pars ipsius monasterii ipsam rem superius intimatam tempore presenti possidere vel dominari videtur^h. Sed obⁱ rei totius firmitatem nostram serenitatem^j petiit^k, ut^l plenius ex hoc ad suprascripta monasteria per nostram preceptionem in Dei nomine confirmare deberemus. Cuius petitionem, sicut unicuique iusta petenti^m, prestitisse et in omnibus confirmasse cognoscite. 30 Precipientes enim, ut sicut constat per inspectam preceptionem iam dictiⁿ principis, ut^o ipsam^p villam superius intimatam^q cum omni integritate et soliditate sua, cum^r terminis^s ad eandem pertinentibus^t, vel ipsa farina, seu vinea cum vineatore, taliter per suam preceptionem^u ad ipsa loca sanctorum visus est concessisse, et hoc ad presens pars ipsius monasterii^v possidere vel dominari videtur^w; ita deinceps per hanc preceptionem 35 nostram tam terris, casis, mansis, mancipiis, edifiis, cum vineis, campis, pratis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, plenius in Dei nomine confirmatum, ita ut pars predicti monasterii hoc habeat^x, teneat atque possideat, et ipse Godoinus successoresque sui perhennis temporibus^y hoc valeant possidere vel dominari; quin^z potius monachos^{aa}, qui ibidem ad ipsa monasteria deservire videntur, vel pauperes, qui ad 40 ipsa loca sanctorum alimoniam^{ab} expectant^{ac}, melius delectet^{ad}, pro stabilitate regni nostri Domini misericordiam adtentius exorare.

Et ut hec preceptio pleniorē obtineat in^{ae} Dei nomine^{af} nostris et futuris auxiliante Deo temporibus vigorem, manus nostrae^{ag} subscriptionibus subter^{ah} eam decrevimus adfirmare^{ai}.

a) domini 1^b. b) Sigiberti 1^b. c) clementia 1. 1^b. d) ipsa villa 1. 1^b. e) vineatorum 1^b. f) patroni 1. 1^b. g) videntur 1. 1^b. h) ob om. 1. 1^b. i) et 1. 1^b. j) petiit 1. 1^b. k) et 1. 1^b. l) plenius 1. 1^b. m) dicto principe 1. 1^b. n) totum ut suppletimus. o) ipsa villa 1. 1^b. p) intima 1. 1^b. q) cum decet in 1. 1^b. r) terminum 1. 1^b. s) pertinentibus om. 1. 1^b. t) preceptionem 1. 1^b. u) monasteria 1. 1^b. v) videntur 1. 1^b. x) habeant, teneant, possideant 1. 1^b. y) temporis 1. 1^b. z) qui 1. 1^b. aa) monachis 1. 1^b. b) alimonie 1. 1^b. 50 c) expectantur 1. 1^b. d) delectorum 1. 1^b. e) in om. 1. 1^b. f) nomen 1. 1^b. g) nostras 1. 1^b. h) super 1. 2.

68) Diploma Sigiberti II. iam deperditum, exstat in membranis Bambergensibus et Stabulensibus notamen confirmatio Childerici II. regis, data circa 664; cf. supra dipl. 27. — 69) Desunt notae chronicae, sed annus, quo Sigiberti diploma regi Dagoberto ad impetrandam confirmationem a Godoino abbate exhibitum est, his verbis, teste Henschenlo, 45 tatur: *Facta exemplaria sub die Kalendis Augusta mense, 4. regni domini nostri Dagoberti regis; id est anno 677, Aug. 1.* Cf. Ludov. Du Four de Loqueguerue Annales, apud Bouquet III, p. 693, col. 2 in.

THEUDERICUS III.

46.

*Theudericus III. rex Adalrici ducis, qui se contra regem Austrasili sociaverat, pro-^{677.}
prietatem, scilicet Fiscaselinum cum adiacentiis suis, monasterio Fontis Besuae et Waldaleno^{Sept. 4.}
s abbati concedit.*

* Chronicon Beuense in Cod. Bibl. Paris. 4997, saec. XII, fol. 28.

Ediderunt ex hoc codice: D'Achery, Spicileg. I, p. 501; — Edit. II, tom. II, p. 403, col. 2; — Le Cointe III, p. 175, n. 3; — Bertholet II, p. 20; — Bouquet IV, p. 657, n. 58; — Brequigny p. 282, n. 198; — Pardessus II, p. 177, n. 386. — De Foy ad a. 676; Brequigny ad a. 677.

10 [Theudericus rex Francorum, vir inluster.]

Merito beneficia quae possident amittere videntur, qui non solum largitoribus ipsorum beneficiorum ingrati existunt, verum etiam infideles eis esse comprobantur. Ad huiusmodi igitur exemplum postquam omnibus patefactum est, qualiter Adalricus dux Deo sibi contrario nobis infidelis apparuit et se Austrasili consociavit, ut adversum nos et nostros fideles 15 scelera sua, si dominus Deus permisisset, exercisset, nos propter ipsum facinus omnes res suas ad nostrum fiscum iussimus revocari. Cognoscat itaque utilitatis vestrae magnitudo, quod res nominatas Fiscaselinis una cum appenditiis suis et adiacentiis^a et cum colonica Trevario, et quicquid supradictus Adalricus de quolibet adtracto ibidem tenuit vel possedit, et monasterio quod appellatur Fons Besuae, quod est in honore sancti Petri et 20 Pauli ac ceterorum sanctorum constructum, ubi venerabilis vir Waldalenus^b praeesse dignoscitur, plena et integra gratia totum nos concessisse. Quapropter per hoc nostrum praeceptum decernimus ordinandum et in perpetuum volumus esse mansurum, ut memoratus abba Waldalenus praedicto monasterio Fontis Besuae res iam dictas una cum aedificiis, mancipiis, accolabus, terris, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, 25 accessibusque omnibus vel reliquis quibuscumque beneficiis, cum omni usu fructuario, ex nostrae largitatis munere perpetualiter recipiat possidendas.

Et ut haec praeceptio firmiter habeatur et futuris temporibus inconvulse teneatur, manus nostrae subscriptionibus [subter] eam decrevimus roborare.

Signum (M) TheudERICI regis. Glybertus notarius^c subscripsi.

30 Data mense Septembri, dies IIII. Anno quarto¹⁰ regnante Theudericus rege.

47.

*Theudericus III. rex Chainoni diacono, postea abbati Sancti Dionysii, mansos aliquos^{677.}
in locis Saocitho, Muntecellis, Alniti vocatis concedit.*^{Sept. 12.}

* Autographum membran. in tabular. Paris. signal. K, 2, n. 12. — Ectypon in Silvestro, Palaeogr. univers. III, tab. 65; Serie I, tab. XVI.

35 Ediderunt ex autogr. Mabillon, Dipl. p. 469, n. 9; — Felibien Pieces Justificat. p. 8, n. 10; — Germon I, p. 79; — Bouquet IV, p. 658, n. 60; — Brequigny p. 283, n. 189; — Pardessus II, p. 178, n. 367; — Letronne p. 26, n. 16; — Tardif p. 17, n. 20, ad a. 677—678. — De Foy ad a. 678; Brequigny ad a. 677. — Diploma impugnatum Germon I. c. et vol. II, 56; defendunt Mabillon, Dipl. Supplem. p. 13, et Fontanini, Vindictive diplom. p. 116.

40 † Theudericus rex Francorum, vir inluster.

Merito illi nostri ioyamen vel consolacione percipiunt, qui erga nostris partibus fedilis esse inventiuntur. Idioque I cognoscat magnetudo seu utilitas vestra, quod nus mansellus alicui in loca noncopantis Saocitho, Muntecellis, I seu et Alniti, ubi Saxo servos 45 commanire vlditur, quem Delta, relicta Chrodoberecho quondam, in concambio de homene nomine Eligio nussetur recipisse vel de comparato ibidem habuit, venerabile viro Chalnone diacono plina et integra gracia visi fuemus concessisse. Quapropter per hunc praeceptum

a) adiacentiis suis eod. b) Waldalenus eod. c) notarius eod.

10) Dies 4. Sept. anni quarti Theudericus regis incidit in a. 677, quippe qui ante diem 12. Sept. anni 673. 30 Childerico fratri successerit.

specialius decernemus ordenandum, quod in perpetuum volemus esse mansurum, ut antedictus Chaino absque vestra aut cuiuslibet contrarietate ex nostra indulgentia ipsus mansellus in suprascripta loca, sicut superius est insertum, quicquid ipsa Ditta de concambio vel de comparato aut de qualibet contracto nuscetur habuisse vel possedissae, hoc ad integrum cum quibuslibet beneficiis habiat concessum adque indultum vel in sua dominatione hoc dicit recipere ad possedendum, et quicquid exinde facere voluerit, liberam in omnibus cum Dei et nostra gratia habiat potestatem. Et ut haec auctoritas firmiorem obtineatur vigorem, manus nostri subscriptionibus eam subter decrivimus roborare.

† In Christi nomine. Theudericus rex subscripsi. † Droctoaldus russus optulit. (S. R. c. nos. Tiron.) (L. S.) Bene valete. 10

Data quod ficit minis September dies XII. Anno V. rigni nostri. Maslaco. In Dei nomine feliciter.

48.

67
S. p. 15. *Theudericus III. rex Chramling, Ebredunensis ecclesiae episcopo, qui in concilio episcoporum Neustriae et Burgundiae, Maslaco habito, depositus et perpetuo exilio damnatus fuerat, res suas proprias retinere seque in monasterium sancti Dionysii recipere permittit.* 15

1. *Autographum membran. in tabular. Paris. signat. K. 2, n. 1. — 2. *Copia saec. XVIII. in Cod. Bibl. Lugdun. n. 608. — Ectypon Serie I, tab. XVII.

Ediderunt ex autographo: Mabillon, Dipl. p. 469, n. 10, ad a. 678; — Germon I, p. 306; — Bouquet IV, p. 658, n. 61, ad a. 677; — Brequigny p. 284, n. 190, ad a. 677; — Pardessus II, p. 178, n. 388; — Felibien 20 Pièces Justif. p. 8, n. 11; — Letronné p. 27, n. 17; — Tardif p. 17, n. 21, ad a. 677-678; — De Foy ad a. 678; Brequigny ad a. 677. — Diploma spurium esse contendit Germon I, 182 et II, 256; auctoritatem eius defendunt Mabillon Dipl. Supplem. p. 25, et Fontanini p. 189.

† Theudericus rex Francorum. Viris illustribus Audobertho et Rocconi patriciis et omnibus ducibus seu comitebus vel actorebus publicis. Dum et episcopos de rigna nostra, tam de Niuster quam et de Burgundia, pro statu aeclislae vel confirmatione pacis ad nostro palacio Maslaco villa iussemus adventre, et aliqui ex ipsis, qui in infidilitate nostro fuerant inventi, per eorum cannonis fuerunt iudicati, inter quos adfuit Chramlinus, filius Miecio quondam, qui aeepiscopatum^a Aebreduno civitate habuit: inventum est, quod sua praesumcione vel per falsa carta seu per 30 revellacionis audacia, sed non per nostra ordenacione, ipsum aeepiscopatum reciperat, eiam nec, sicut eorum cannonis continent, ad ipsum benedicendum solemneter episcopi non adfuerunt; unde Genesisio, Chadune, Blidramno, Landobertho et Ternisco, qui matropoli esse videntur, vel reliqui quampluris episcopi ipsius iudicantis, in nostri praesencia fuit conscius adque de suprascripto episcopato aeiectus. Ideo nos una cum consilio 35 suprascriptorum pontefecum vel procerum nostrorum complacuit, quatenus, dum secundum cannonis in ipso senodale concilium fuerat degradatus, res suas proprias pertractavimus, pro mercidis causa perdere non dicitur; sed quod exinde facere voluerit, una cum suprascriptis patribus nostris taliter praecipimus, ut hoc licenciam habiat faciendi. Et postea peticio sua fuit, ut ipsum in monasthyrio sancti domni Dionisiae, peculiaris patrum nostri, 40 ubi ipsi praeciosus in corpore requiescit, vel ubi Chardericus abba praesesse viditur, ut sub opidiencia vel sub regulari ordine diebus vite sui conversare dicitur; et dum perpetuo exsilio fuerat iudicatus, misericordia muti, una cum consilio suprascriptorum pontefecum petitionem suam vise fuimus pristestisse. Proinde per praesente praeeptum specialiter decernemus ordenandum, ut res suas neque vos neque iunioris seu successoris vestri nec 45 quislibet contradicere nec minuare nec contangere nec infiscare non praesummatis, nisi per hanc auctoritati plinius in Dei nomine confirmatus liciat ei per nostro permissio res suas ubi et ubi voluerit donare aut delegare, vel quicquid exinde facere voluerit liberam et firmissemam in omnibus habiat potestatem. Et ut haec auctoritas^c firmior habiatur, manus nostri subscriptionibus eam subter decrivimus roborare. 50

† In Christi nomine. Theudericus rex subscripsi. † Aghliberthus recognovit. (S. R. c. nos. Tiron.) (L. S.) Bene valete.

Data medio minse September. Annum V. rigni nostri. Maslaco. In Dei nomine feliciter.

a) qui aeepiscopatum his scriptum in autographo. b) haec dipl. c) auctoritas dipl.

49.

Theudericus III. regis placitum, quo Amalgario, Gaeltramni filio, portionem eius in villa Bactilione Valle, a femina quadam Acchilde ex hereditate matris suae Bertanae adpetitam, iudicio confirmat. 679.
Ann. 30.

1. * Autogr. membran. in tabular. Paris. signat. K. 2. n. 13. — 2. * Copia saec. XVIII. in Cod. Bibl. Lugdun. n. 604. — Ecypon in Serie I. tab. XVIII.
Ediderunt ex autogr. Mabillon, Dipl. p. 470, n. 11; — Bouquet IV, p. 656, n. 62; — Brequigny p. 260, n. 161; — Pardessus II, p. 183, n. 394; — Letronne p. 28, n. 19; — Tardif p. 18, n. 32; omnes sub dato anno 7. regni, ad a. 680. — De Foy ad a. 680; Brequigny ad a. 680.

10 † Theudericus rex Francorum, vir inluster.

Cum ante dies^a in nostri vel procerum nostrorum presencia Compendio in palacio nostro (resideremus) ibique veniens femina, nomen Acchildis, Amalgario interpellavit dum dicerit, I eo quod porcione sua in villa noncobanti Bactilione Valle, quem de parti generitrici sua, Bertane quondam, libebus obvenire debuerat, post se malo ordine retenerit. Qui ipse Amalgarius taliter dedit in respunsis, eo quod ipsa terra in predicto loco Bactilione Valle de annis triginta et uno inter ipso Amalgario vel genetore suo, Gaeltramno quondam, semper tenerant et possiderant. Sic eidem nunc a nostris proceribus ipsius Amalgario fuisset iudicatum, ut de novo denominatus apud sex, sua mano septima, dies duos ante istas^b Kalendas Iulias, in oratorio nostro super cappella domni Martine, ubi reliqua sacramenta percurrabant, hoc dicitur coniurare, quod antedicta terra in predicto loco Bactilione Valle inter ipso Amalgario vel genetore suo Gaeltramno de annis triginta et uno semper tenuissent et possedissent, nec eis digere numquam fuisset, nec aliud exinde non rededebit nisi edonio sacramento. Sed veniens antedictus Amalgarius ad ipso placito Lusareca, in palacio nostro una cum hamedius suos ipso sacramento, iusta quod eidem fuit iudicatum et nostras equalis precepconis locuntur, in quantum inluster vir Drucioaldus, comes palati noster, testimoniavit, libibus visus fuit adimplissit, et tam ipse quam et hamediae suae diligens eorum derexsissint. Propterea iobimus ut ipsa porcione in predicto loco Bactilione Valle, unde inter eis orta fuit intencio, memoratus Amalgarius contra ipsa Acchilde vel suis heridibus omne tempore abiat evindecata.

- 30 † Erchinperthus recognovit. (S. R. c. notis Tiron.) (L. S.) Bene valete.
† Data sub die segundo Kalendas Iulias. Annum VI. regni nostri. Lusareca. In Dei nomine feliciter.

50.

Theudericus III. rex petente Siviardo abbate monasterium Anisolense, in pago Cenomannico, in tuitionem regiam recipit. [673
681.]
Ann. 11.

Edidit ex chartul. Anisolens. iam deperdito; Martene et Durand, Ampliss. Coll. I, col. 7, ad a. a. 673; — Bouquet IV, p. 654, n. 54, ad a. a. 674; — Brequigny p. 268, n. 176, ad a. a. 674; — Pardessus II, p. 181, n. 373. — De Foy ad p. 674.

Theudericus rex Francorum. Si petitionibus servorum vel ancillarum Dei, per quod eorum quietem ac iuvamen pertinet, libenter obaudimus ac effectui in Dei nomine mancipamus, regiam consuetudinem exercemus et nobis ad mercedem pertinere confidimus. Ideoque venerabilis vir Siviardus abba de monasterio Anisola, quod est in pago Cenomannico, ubi sanctus Carilephus corpore requiescit, vel ubi ipse abba una cum sancta congregatione degit, supplex clementiae regni nostri expetit, ut eum ad ipsum monasterium una cum fratribus vel hominibus suis, gasindis, amicis, susceptis, vel qui per ipsum monasterium sperare videntur, vel unde legitimo redebet initio, vel sermone tuitionis nostrae vel mundeburdo nostro recipere deberemus, et sub ipso inlusteri viro causas ipsius monasterii vel abbatis debeat habere receptas. Cui nos gratanti animo (assensum) praestitisse cognoscite. Quapropter per praeceptum praesens decrevimus ac iubemus, ut neque vos neque iuniores vestri neque successores, vel missi de palatio nostro discurrentes, vel quislibet, ipso domno Siviardo abbate vel homines ipsius monasterii, amictis, gasindis,

a) pocius ante dies n. 1. superscriptas sunt. b) istas superscr. c) VII. editi.; VI. autographum et cod. Lugd. d) ut editi.

susceptis, vel qui per ipsum monasterium sperare videntur, condemnare vel inquietare, vel inferendas sumere, nec de rebus eorum in lege eorum minuere non praesumant, ut liceat eis sub sermone tuitionis nostrae vel sub emunitatis nostrae quietos vivere ac residere. Et si aliquas causas adversum ipsum monasterium aut initio ipsius abbatis ortas fuerint aut surrexerint, quas a vobis aut a junioribus vestris absque eorum iniquo dispendio terminatas non fuerint, manu eorum . . . vestra, quousque in praesentiam nostram omnimodis servetur, et ibidem finitivam sententiam per legem et iustitiam debeant accipere, et unicuique de rebus conditionibus iustitiam reddant, et ab alio simili modo veritatem percipiant.

Et ut haec auctoritas nostra firmior habeatur, per tempora etiam melius conservetur, in manu nostra subter signaculis decrevimus roborare.

Signum Theoderici.

Data⁷³ [quod] fecit mense Iunio, dies XI. Anno regni nostri

51.

c. a. 681. *Theodericus III, rex monasterii S. Dionysii currus et navigia, res ad utilitatem ecclesiae illius apportantes, ab omni teloneo carrali et navigali per universum regnum suum exemptos esse concedit.*

* Autographum membran. in tabular. Paris. signat. K. 2, n. 14. — Etymon in Série I, tab. XIX.

Ediderunt ex vatogr. Mabillon, Dipl. p. 476, n. 12, ad a. c. 688; — Felibien Pièces Justific. p. 9, n. 12; — Bouquet IV, p. 666, n. 63; — Brequigny p. 292, n. 197; — Pardessus II, p. 187, n. 397; — Letronne 20 p. 30, n. 18, ad a. 681; — Tardif p. 18, n. 23, ad a. c. 681. — Brequigny ad a. 688; Waitors ad a. c. 681.

† Theodericus rex Francorum. Viris illustribus omnibus agentibus, tam presentibus quam et futulres. Decet regale clemencie ea, quae pro profectum aedificiarum pertinet, libenter prestare et effectum in Dei nomine mancipare. Ideo cognoscat magnitudo vobis utilitas vestra, quod nus ad monasterio peculiaris patroni nostri, 25 domni Dionysii, ubi ipse preciosus in corpore requiescit, ubi venerabilis vir Chardericus abba custos praesens videtur, tale beneficium vobis fuimus concessisse: de quantacumque carra, ubi pro oportunitate ipsius basilice vel necessitate fratrum tam in Niustreco quam in Austrea vel in Borgundia ambolare aut discurrere videntur, tam carrale quam de navigale, nullus quislibet de iudicibus nostris vel de tolloneariis nullo tolloneo de ipsa 30 carra exigere nec requirere non praesumatur. Quapropter per presentem decernimus hac sobimus preceptum et perpetualiter volumus esse mansurum, ut neque vos neque iuniores vobis successores vestre, neque quislibet de iudiciaria potestate acinctus, ipso tolloneo de omnia carra ipsius monastirii domni Dionysii, tam carrale quam navigale, per regna Deo propicio nostra, tam in Niustreco quam Austrea vel in Burgundia, ubi et ubi de ipso 35 monastirio vel de eius villas tam ambulandum quam revertendum perrexerint, nec per civitates, nec per castella, nec per portus, nec per trexitus, nec ubi et ubi tolloneos exigatur; nec pontatico, nec portatico, nec pulviratico, nec rodaco, nec salutatico, nec clispetatico, nec qualibet redevicione quod exinde fiscus noster sperare potest, nullatenus quoque tempore requiratur nec exigatur, nisi omnia ex omnibus ad ipsa basilica domni Dionysii 40 in eius luinenarebus nostre mercides compendio valiat esse concessum adque indultum, et ibidem perpetualiter valiat proficere in augmentes.

† Rigulfus recognovit. (S. R. c. notis Tiron.)

(L. S.)

52.

c. a. 681. *Theodericus III, rex monachis monasterii Corbeletensis petentibus electionem Eremberti 45 abbatis confirmat.*

* Codex olim Corbeletensis, tum Clarmontanus n. 571, tum Meermann n. 627. tam Y, Cl. Sir Thomas Phillips, Baronetti c. 1776, saec. X, membran. in 4, fol. 34^v sq.

a) ad dipl.

73) Siviardus abba quem a. 681, inditus est, diploma nostrum intra annos 673, scilicet Theoderici regis 50 primum, et a. 681, editum fuisse constat.

Reliquorum Concil. antiq. Galliae ed. Sirmond. I, p. 505, ad a. 670; — Le Cointe IV, p. 249, n. 23, ad a. 681; — Gallia Christ. X, instrum. col. 281, n. 3; — Proverbes des Libertés de l'Église Gallicane II, p. 47, ad a. 670; — Bouquet IV, p. 666, n. 64; — Brequigny p. 293, n. 196; — Pardessus II, p. 188, n. 398. — De Foy ad a. 681; Brequigny ad a. 691.

Theudericus rex Francorum episcopis et viris illustribus^a. Decet regalem clementiam, ut non solum gubernacula regalis culminis provideat, sed et regimina ecclesiarum et monasteriorum pro Dei intuitu et mercedis nostrae augmento sollerti cura providere, ut pax ecclesiarum et secunda libertas monachorum, Domino omnipotenti militantium, per omnia conservetur. Et de sacrosancto monasterio, nuncupato Corbeis, in pago Ambianense
 10 constructo, ad regalem nostram praesentiam monachi et viri Dei venientes, serenitatis nostrae clementiae auribus suggererunt, ut dum et venerabilis vir Chrodegarius abba secundum consuetudinem humanae fragilitatis de hac luce ad Dominum migrasse dignoscitur, quem apostolicus vir, dominus et pater noster Theudfredus episcopus, dum ei ille onus pontificale meruit accipere, per nostram voluntatem et praecceptionem^b ad regen-
 15 dum ac dominandum monasterio suprascripto constituit: cum relatione et consensu totius congregationis ipsius monasterii petierunt, ut liceat eis secundum eorum electionem et secundum sanctum privilegium, quod supra loco sancto ex regali munificentia et sacerdotum concessione indultum est, de semetipsis eligere^c rectorem. Et dum eorum^d petitio nostrae serenitati congrua esse et rationabilis in omnibus videretur^e, venerabilem virum
 20 Erembertum^f, qui in ipso monasterio fuit nutritus, quem^g ipsi homines cum voluntate suprascripti pontificis domni Theudfredi episcopi elegerunt, nostra clementia ipsis monachis concessisse comperite^h, sicut suggererunt. Praecipientes ergo per hanc praecceptionem serenitatis nostrae et auctoritatis regalis concessimus et omnino iubemus, ut suprascriptus venerabilis vir Erembertusⁱ abba et rector monasterii Corbeiensis in omni-
 25 bus sit constitutus, et sicut bonus pastor ea, quae utilia sunt ad opus monasterii et ad regimina monachorum, provideat^j et regat et erudiat; et mereatur audire vocem Domini, dicentis: *Euge, pastor bone et fidelis, quia super pauca fustis fidelis, super multa te constituam^k; intra in gaudium domini tui.* Et ut taliter agat, ideo nostra clementia ei indulgit, ut habeat potestatem de tota congregatione ipsius monasterii, vel^l de eorum hominibus in
 30 eorum terris conmanentibus, vel de eorum rebus et possessionibus mobilibus et immobilibus, sicut sancta regula docet et sanctus ordo monachorum dinoscitur esse conservandus; ita ut de die praesenti omnibus temporibus vitae suae secundum Dei voluntatem et secundum sanctum ordinem dominatum accipiat, et ipsa sancta congregatio, sub illo constituta, preces^m assiduas ad aures reverentissimas maiestatis Domini pro nobis et pro stabilitate
 35 regni nostri iugiter fundat. Et ut hoc praecceptum firmiter habeatur, quod pro Dei timore indulsimus auctoritate praecelsa, manus nostrae subscriptionibus subter decrevimus roborare.

53.

Theudericus III. rex, petente Godoino abbate monasterio Stabulensi et Malmundariensi a. 681. dona, a Sigiberto rege aliisque hominibus christianis concessa confirmat.

40 1. * Cod. Bamberg. R, III, 1, saec. IX, fol. 126; — 1^b. * Cod. Bruxell. 2767, saec. XI; — 1^c. * Cod. Bruxell. 6577, saec. XVII. (copis Wilhemii ex cod. Bamberg.). — 2. * Chartular. Stabul. et Malmund. in tabular. Düsseldorf. saec. XIII, sign. B, 52, fol. 4, p. 9; — 2^b. Cod. Bruxell. 116 B, saec. XIV.

Ediderunt a) ex cod. Bamberg. Hehachen, de trib. Dagob. p. 141, ad a. 681; — Le Cointe IV, p. 26, n. 66, ad a. 681. — b) ex chartular. Stabul. saec. XIII; Mariens et Durand, Ampliss. Collect. II, col. 12, c. a. 673; — Bouquet IV, p. 663, n. 53, ad a. 674; — Lühig, Reichsarchiv XVIII, p. 782, n. 3; — Brequigny p. 294, n. 196, c. a. 681; — Pardessus II, p. 188, n. 398; — Villers, Cod. Stabulens-Malmund. p. 620. — c) ex chartul. Bruxell. 116 B; Polain, Recueil des Ordonnances, p. 4. — De Foy ad a. 681; Brequigny ad a. 681; Waiters ad a. 681.

Exemplar^a precepti Theudericij^b regis abbati^c Godoino dati de confirmatione omnium rerum monasteriorum.

50 Theudericus^d rex Francorum, vir iuluster. Si petitiones^e sacerdotum aut^f ecclesiarum^g prolatas, in quo nostris auribus recte^h poposcerintⁱ, perducimus ad effectum,

a) illustris cod. b) perceptionem cod. c) elegere cod. d) dum et eorum cod. e) videtur cod. f) Erembertum cod. g) dum pro qui cod. h) quem om. edit. i) comperitur edit. j) Erembertus cod. k) provideat cod. l) serve edit. m) dicit dominus A. l. addit cod. n) vel eorum hominum — conmanentibus cod. o) preibus antequam cod.
 55 q) Exemplar — monasteriorum rubrica 1. 1^b. 1^c; Exemplar precepti regis Theoderici, filii Dagoberti junioris, dati Godoino Godoino abbati de confirmatione omnium rerum monasteriorum 2. r) Theoderici 1^b. s) dati abbati Godoino 1^b. t) Theodericus 2. u) petitionibus 2. v) aut om. 2. w) ecclesiarum Dei in quibus 2. x) recte om. 2. y) prolatis perducimus 2.

regiam consuetudinem exercemus et in aeternum Dominum retributorem ex hoc habere confidimus. Ideo notum sit fidelibus nostris, quia venerabilis vir Godoinus abba de monasterio Stablaui et Malmunderio, quae sunt in honore sanctae Mariae et sanctorum apostolorum Petri et Pauli vel ceterorum sanctorum a bonae memoriae avunculo nostro Sigiberto quondam rege ob amorem Christi de foreste fiscibus nostris super fluvium Amblavam constructa, clementiam nostram exposcit, eo quod ipse princeps pro mercedis suae compendio et retributione aeterna villas aliquas de fiscis, tam ultra Ligera res proprias, quas domnus Remagus legitime possedit, quam ceteras per praecepta sua manu roborata, sub integra emunitate absque introitus iudicum concessit: unde et ipsa praecepta seu et confirmationes decedentium regum memoratus abba se prae manibus 10 habere adfirmat. Sed petiit celsitudinem nostram, ut tam id quod ipse princeps, domnus Sigibertus, de fisco suo seu de reliquis locis ad ipsa monasteria per suas auctoritates noscitur concessisse, quam etiam quod ad suprascripta monasteria a christianis hominibus inibi videtur fuisse conlatum, et praesentis temporis aevo eorum manet possessio vel dominatio: ut hoc in id ipsum pro nostris oraculis confirmare deberemus. 15 Cuius petitioni pro reverentia ipsorum monasteriorum, seu et considerantes sacerdotium ipsius viri Godoini vel fidei suae respectum, quo erga regimen nostrum fideliter videtur famulari, non solum confirmasse, sed etiam pro mercede nostra a novo concessisse vestra comperiat magnitudo. Praecipientes enim ut, sicut constat a suprascripto principe, domno Sigiberto, vel germano nostro Childerico quondam rege, seu 20 caeteris christianis hominibus, ad ipsa monasteria tam villabus, domibus, mancipiis, acolabus, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, cum reliquis beneficiis, mobilibus et immobilibus, recte fuisse conlatum vel condonatum, et ex hoc praesenti tempore quieto ordine pars ipsorum monasteriorum cernitur dominari, ita deinceps pro nostra auctoritate plenius in Dei nomine confirmamus, tam suprascripta loca, quam circa supradictum Godoinum abbatem et successores suos, vel monachos ibidem consistentes, tam nostris quam futuris temporibus, inspectas ipsas auctoritates ante electos principes vel reliqua instrumenta, quod ibidem fuit firmatum vel condonatum, seu et inantea iuste et rationabiliter fuerit conlatum, sub emunitatis nomen absque introitu iudicum ibidem maneat inconvulsum. Quo fiat, ut et nobis ad 30 mercedem pertineat, et ipsos servos Dei melius delectet pro regni nostri constantia attentius Domini misericordiam deprecari.

Et ut haec praeceptio firmior habeatur et per tempora conservetur, manus nostrae subscriptionibus subter eam decrevimus roborari.

In Christi nomine. Theudericus (M.) rex subscripsit.

33

54.

697. Theudericus III. rex abbati Bertino et monasterio Sithiensi emunitatem de ea proprietate concedit, quam ex fisco regio Attinidensis comparatam habent aut comparare in postmodum poterunt, exceptis mansis illis, ex quibus opera carraria procedunt.

1. Chartular. Folquinii pasc. X. med. in tabulario abbatis S. Bertini, iam deperditum, fol. 25. — 2. Copia chartular. 40 Folquinii in eod. Bibl. Boloniensi. n. 148, saec. XII, diploma n. 9. — 3. Copia altera saec. XVI, ind. (a. 1509 — 1512) manu Alardi monachi conscripta, in Bibl. S. Audomari. — 4. Copia eod. Boloniensis, anno 1782, conscripta, in schedis F. de Brequigny. — 5. Copia recens in Bibl. Paris. (Chartularia n. 158).

a) Ideoque via venerabilis Godoinus 2. b) Godoinus 1^b; Godoinus 2. c) monasterii Malmundario et Stablaui manu saec. XII. correct. ex monasterio 1^b. d) Stablauius 2. e) Malmundario 2. f) hoc loco verba ac u. Martini addit 1^b, 45 g) quondam om. 2. h) foreste nostra et fisco super 2. i) ecclesias constructas 2. k) clementis nostre 2. l) expetit 2. m) ipse om. 2. n) et rex addit 2. o) impendio 2. p) fisco suis supradictus princeps tam 2. q) Ligera, quam alias res 2. r) seu pro quam 2. s) praeceptiones 2. t) roboratas 2. u) ipsas praeceptiones 2. v) sed et petiit 2. w) Sybertus 2. x) quod ad 2. y) donatio 2. z) h. l. supradictis monasteriis addit 2. a) considerato sacerdotio 2. b) eius 2. c) respectu 2. d) regnum 2. e) nostra socianda concessisse 2. f) nostra 2. 50 g) enim om. 2. h) Childerico regibus 2. i) a ceteris 2. k) superius nominata addit 2. l) tam in villa 2. m) acollis 2. n) vel pro eum 2. o) ibidem addit 2. p) et in present 2. q) tempore om. 2. r) pacis inhabitantes ipsorum 2. s) videntur 2. t) per nostram ductoritatem 2. u) monasteria 2. v) ut 2. w) sui 2. x) monachi 2. y) inspectis ipsis auctoritatibus 2. z) reliquis instrumentis 2. a) sicut ibidem 2. b) a christianis hominibus addit 2. c) ibidem addit 2. d) nomine 2. e) introitus 2. f) Quod ut fiat et nobis 2. g) perveniat 2. 55 h) ipsis servis 2. i) per longa tempora 2. k) Theodericus I. 1^b. 1^c. 2. l) h. l. cod. 2 addit: Signum domni Theoderici, regis gloriosi. Data feliciter.

Ediderunt 1) ex chartul. Folquin. saec. X; Mabillon, Dipl. p. 606, n. 190, ad a. 676; — Miraeus, Opera dipl. II, p. 926, ad a. 678; — Bouquet IV, p. 661, n. 65, ad a. 683. — 2) ex copia cod. Boloniensis n. 1782; Brequigny p. 305, n. 306, ad a. 683; — Pardessus II, p. 196, n. 400. — 3) ex cod. Boloniensi saec. XII, inc.: Cartulaire de l'abbaye de Saint-Bertin par Guérard p. 27, n. 9, ad a. 682. — De Foy ad a. 676; Brequigny ad a. 682; Wanters ad a. 682. — Cf. La Glay, Revue des Opera diplom. de Miraeus p. 90.

(Theudericus rex Francorum, vir iustus.) Si aliquid ad loca sanctorum pro adiuvamen-
servorum Dei concedimus, hoc nobis ad laudem vel aeternae retributionis [praemium] per-
tinere confidimus. Igitur cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, quod nos venerabili viro
Bertino, abbati de monasterio Sithiu, tale beneficium concessimus, ut quod infra mero Attinia-
cense de fisco nostro comparatum habebat, aut inantea ad comparandum invenire poterit,
praeter illos mansos unde operas carrarjas exeunt, hoc habeat concessum; et nullos^a redditus
terrae, nec nullas functiones publicas, eisdem ob hoc exigere nec requirere non debeatis.
Quapropter per hoc praeceptum specialius decernimus ordinandum, quod in perpetuo
volumus esse mansurum: ut neque vos, neque iuniores seu successores vestri, nec quislibet
de iudicialia potestate adinctus, de ipsis terris, quod infra mero Attinacense infra ipso
fisco nostro memoratus abba comparatum habet, aut deinceps ipse vel successores sui aut
pars ipsius monasterii comparare potuerint, praeter illos mansos unde carpentas exeunt,
nullos redditus terrae nec nullas functiones eisdem non requiratis nec exactetis, nisi qui-
cuid exinde ipse abba vel pars monasterii sui Sithiu, aut successores sui, quod fisco
noster percipere potuerat^b, ex nostro munere largitatis hoc habeat concessum atque
indultum. Et ut haec praeceptio firmior habeatur et per tempora melius conservetur,
manus nostrae subscriptionibus eam decrevimus roborare.

Signum gloriosi regis TheudERICI^c.

Data sub die X. Kalendas Novembris. Anno X. regni nostri. Compendio palatio.

In Dei nomine feliciter.

55.

Theudericus III. rex potente Berchario abbate, monasterio Dervensi, in pago Wasclaciensi super fluvium Vigoram a Childerico rege fratre suo constructo, emunitates a fratre concessas confirmat. ^{683. Mal. 23.}

³⁰ Chartular. Dervense saec. XIII, in la tabular. Calmoniensis, vol. I, fol. 2, n. 2.
Ediderunt ex eodem chartulario: D'Achery, Spicilieg. X, p. 636, ad a. 687; — Le Coigne V, p. 151, n. 131;
— Bouquet IV, p. 661, n. 67, ad a. 683; — Brequigny p. 301, n. 303, ad a. 683; — Pardessus II, p. 196,
n. 403. — De Foy ad a. 683, Febr. 23; Brequigny ad a. 683.

(Theudericus rex Francorum, vir iustus.) Principalis serenitas semper in cuncto
debet prospicere, praecipue petitionibus sacerdotum, quae rite poposcerint^d, benigno animo
suscipere et ad effectum perducere, ut de obtento beneficio valeant gratulari, et eos melius
delectet pro quiete regni nostri et constantia adtentius Domini misericordiam deprecari.
Ideoque venerabilis vir Bercharius, abba de monasterio Putiolos, quod bonae memoriae
germanus noster Childericus^e quondam rex ob amorem Dei in foreste Dervo et sine
Wasclacense supra fluvium Vigore in honore beati Petri et Pauli vel ceterorum sanctorum
Domino cognoscitur edificasse, clementiae regni nostri suggessit, eo quod ipse princeps
integram emunitatem ad ipsum monasterium fecisset^f, unde et ipsam emunitatem nobis in
praesenti protulit relegendam. Sed pro rei totius firmitate petiit celsitudinem nostram, ut
hoc circa ipsum monasterium confirmare deberemus; cuius petitionem non abnegasse, sed
in omnibus praestitisse cognoscite. Et ideo iubemus, ut de omni facultate ipsius mona-
sterii, tam quod ipse princeps ibidem noscitur delegasse, quam etiam quod a reliquis
christianis hominibus noscitur fuisse condonatum, quodque ad praesens in quibuslibet locis
ac territoriis et ex eius hereditate vel studio tam ultra Ligerim, in Herla scilicet et Saturiaco
vel Domnofronte^g cum appenditiis suis, et Diseio cum appenditiis suis, quam etiam citra
Ligerim possidere videntur, seu quod ibidem adhuc inantea in Dei nomine a christianis

a) nullo reddito cod. b) potuerit cod; potuerit edit. c) Theodericus chart. d) poposcerunt chart. e) Childericus cod. f) Donofronte cod.

72) non vero saec. VII, ut asserit Brequigny p. 301, annot. 1. 73) Cf. supra diplomata n. 31.

hominibus iuste et rationabiliter fuerit additum vel condonatum, pro quiete ipsius regni nostri integram emunitatem pro reverentia ipsius sancti loci concedimus, ut nullus iudex publicus quolibet modo, iudiciaria accinctus potestate, in curtes ipsius monasterii, ubi-cumque ad praesens eorum maneat possessio vel dominatio, aut quod inantea fuerat additum vel condonatum, nec ad causas audiendum, nec fideiussores tollendum, nec frēda exigendum, nec mansiones faciendum, nec rotaticum infra urbes vel in mercatis extorquendum, nec ulla paratas aut quaslibet redibutiones exactare praesumatur; sed in omni facultate ipsius monasterii, ut praefatum est, in omnibus locis et territoriis, ubi aliquid possidere videntur et dominari, absque interdictu iudicum, remotis et resecatis omnibus petitionibus de partibus fisci, usque super ripam fluvioli Magnentis, progrediēte in 10 directum termino ad locum qui Vallis Profunda nuncupatur, sub emunitatis nomine inconcusse tam nostris quam futuris temporibus valeant dominari vel possidere. Quo fiat, ut et nos pro praestito beneficio mercedem optineamus, et ipsos servos Dei in ipso monasterio consistentes melius delectet pro stabilitate regni nostri adtentius Domini misericordiam deprecari. Et ut haec emunitas firmiter habeatur et per tempora conservetur, manus 15 nostrae subscriptionibus eam decrevimus corroborari.

Data X. Kal. Iunii. Anno decimo regni eius. Actum Compendio palatio.

56.

^{CS7.}
^{April.} *Theudericus III. rex, Bertino abbate et Analfrido illustri viro una cum uxore Childebertane et filia eorum petentibus, monasterium S. Mariae et S. Paulinae, in loco Hunulfo 20 Curte super fluvium Scaldim ab Analfrido et uxore eius constructum rebusque ditatum, monasterii Sithiensis dominationi tradit.*

1. Chartular. Folquini saec. X. med. in tabular. abbatiae S. Bertini, iam deperditum. — 2. *Copia chartular. Folquini in cod. Bibl. Boloniensis saec. XII. n. 146, fol. 9, dipl. n. 12. — 3. Copia tertia saec. XVI. in e. manu Alardi monachi conscripta, in Bibl. S. Audomari. — 4. Copia cod. Boloniensis, n. 1782, conscripta, in scheda F. de Brequigny.

Ediderunt 1) ex chartul. Folquini saec. X: Mabillon, Dipl. p. 607, n. 192, fragment.; — Miraeus, Opera dipl. II, p. 927, col. 2 med. — 2) ex scheda Huni Curtis: Gallia Christiana III, Instrum. col. 28 (integrum); — Bouquet IV, p. 655, n. 70. — 3) ex copia chartular. Folquini Boloniensis, anno 1782, conscripta: Bre- 30 quigny p. 307, n. 207; — Pardessus II, p. 202, n. 408. — 4) ex chartular. Folquini saec. XII: Cartulaire de l'abbaye de Saint-Bertin, par Guérard p. 32, n. 12. — De Foy ad n. 687; Brequigny ad n. 687; Wauters ad n. 687.

(Theudericus rex Francorum, vir iuluster.) Quotiens recta postulatio sacerdotum vel monachorum, quod pro eorum quiete vel ad animae salutem pertinet, (ad aures nostras pervenerit,) libenter in Dei nomine obaudire vel ad effectum Christo propitio perducere cogimur; et hoc ideo, ut eos melius delectet pro stabilitate regni iugiter exorare vel Deum pro nobis deprecare. Igitur veniens vir venerabilis Bertinus, abba de monasterio Sithiu, quod est constructum in pago Taruanense in honorem sancti Petri vel caeterorum sanctorum, per consensum et voluntatem illustris viri Analfridi vel matronae ipsius Childebertanae, seu et filiae eorum Aurianae abbatissae, Cariciaco villa in palatio nostro in nostram venientes praesentiam, clementiae regni nostri intulerunt, eo quod ipse Analfridus et matrona sua Childebertana in honore sanctae Mariae, genitricis domini nostri Iesu, vel sanctae Pollinae, in loco nuncupante Hunulfo Curte, super fluvio Scald, monasterium visi fuerunt aedificasse; et res eorum ibidem delegassent, vel quicquid eorum legitimum esset, ad ipso sancto loco 45 firmaverunt. Etiam et alii homines plures devotione plenissima, in quantum eis possibilitas fuit, de rebus eorum ibidem ad ipsum locum firmaverunt, et ipsum monasterium Hunulfo Curtem ad opus sancti Petri seu Sithiu monasterii vel domni Bertini abbatis, cum omni integritate sua in se habente vel pertinente, per eorum instrumenta a die praesente delegaverunt. Inspecta ipsa instrumenta, una cum terris, mansis, casticis ibidem aedificatis, 50 mancipiis, campis, silvis, pratis, pasuis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, cummunis, omnia et ex omnibus, rem inaequisitam, sicut superius intimavimus vel denominatum est, ad integrum suprascripto monasterio Sithiu transfirmaaverunt. Cuius hoc beneficium praedicto monasterio Sithiu vel domino Bertino abbati gratanti animo, vel pro mercedis

a) ad om. cod. b) sic corr. ex nostrum cod. c) vocem ad supra bn. add. cod. d) fuit superius. in cod.

720
151
8
152
115
153

Quia in hunc mundum venit
 ut in seipsum non perdat
 vitam sed ut vitam
 suam ponat in redemtionem
 mundi. Quia in hunc
 mundum venit ut in seipsum
 non perdat vitam sed ut
 vitam suam ponat in
 redemtionem mundi. Quia
 in hunc mundum venit ut
 in seipsum non perdat
 vitam sed ut vitam suam
 ponat in redemtionem
 mundi. Quia in hunc
 mundum venit ut in seipsum
 non perdat vitam sed ut
 vitam suam ponat in
 redemtionem mundi.

In nomine Domini Amen
 Amen Amen Amen Amen

154
155
annum 14

Handwritten text in a medieval script, possibly Latin or Gothic, covering the upper two-thirds of the page. The text is dense and appears to be a continuous passage, though some words are difficult to decipher due to the cursive style and ink bleed-through.

Handwritten signature or name, possibly "Johannes" or similar, written in a cursive hand.



Handwritten text at the bottom left, possibly a date or a reference number.

Handwritten text at the bottom center, possibly a name or a title.

Handwritten text at the bottom right, possibly a name or a title.

nostrae augmentum, ita praestitisse vel in omnibus confirmasse [cognoscite, Praeceptum enim, ut], vel ad petitionem ipsius Amalfridi et per hunc praecceptum nostrum, plenius in Dei nomine confirmatum, ut, sicut constant, qui per talem, ut ipse, beneficium ad tempora nostra vel successorum, parentum nostrorum regum, ipso monasterio Sijthiu sit conservatum, ut hoc ipse habeat, vel successores sui habeant, teneant atque possideant, vel quod exinde pro utilitate monasterii sancti Petri facere voluerint, iure firmissimo habeant potestatem. Et ut haec praecceptio firmiter habeatur, manu nostra subter firmavimus.

Data Kalendis Aprilis. Anno XIII. regni nostri. Crisciaco palatio.

57.

Theudericus III. rex ad instantiam Chrodechildis reginae et Bercharii maioris domus monasterio S. Dionysii villam regiam Latiniaco in pago Meldequo — excepta tamen ea proprietate, quam in villa Siliacos dicta Arulfus quidam antea possederat, et quam postea Godino episcopo rex concessit — pro remedio animae suae ad luminaria basilicae condonat. 688.
Oct. 30.

¹⁵ *Autographum membran. in tabular. Paris. signat. k, 3, n. 2. — Ectypus in Serie I, tab. XX; scripturae specimen apud Mabillon, Dipl. tab. XIX, n. 2.
Edidit unq. ex autogr. Mabillon, Dipl. p. 471, n. 12, ad n. 690; — Gernon I. 301; — Bouquet IV. p. 664, n. 69, ad n. 686; — Brequigny p. 309, n. 209, ad n. 688; — Pardessus II, p. 204, n. 410; — Felibien Pieces Justific. p. 9, ad n. 690; — Letronne p. 31, n. 20, ad n. 690; — Tardif p. 20, n. 25, ad n. 688-690. —
²⁰ De Foy ad n. 686; Brequigny ad n. 690.

† Theudericus⁷⁴ rex Francorum, vir inluster.

Dum et nobis divina pietas ad legitima etate fecit pervenire et in solium regni parentum nostrorum succedere, oportuit nobis et concedit pro salute anime nostre cogitare debimus. Ideoque vestra cognoscat industria, quod nos pro salute anime nostre una cum consilio pontificum vel obitatum nostrorum villa noncopanti Latiniaco, que ponitur in pago Meldequo, qui fuit inlusteribus viris Aebroino, Warattune et Ghislemaro, quondam maioresdomos nostros, et post discessum ipsius Warattune in fisco nostro fuerat revocata, nos ipsa villa de fisco nostro ad suggestionem precelae regine nostre Chrodochilde seo et inlustri viro Berchario, maiorem domos nostre, ad monastirio sancti domni Dionisiae, ubi ipsi^a preciosus in corpore requiescit, et venerabilis vir Chaeno abba cum norma plurema monachorum, ad laudis Christi canendas in ordine sancto ibidem adunata, preesse viditur, pro remedium anime nostri plena et integra gracia, prepter rem illa in loco qui dicitur Siliacos, qui fuit Arulfo quondam et ibidem usque nunc ad ipso Latiniaco aspexit, quem apostholico viro domno^b Godino episcopo per alia nostra preceptione concessimus; in reliquo viro ad integrum ipsa villa Latiniaco ad ipso monastirio domni Dionisiae ad die presenti visi fulmus concessissae. Quapropter per hunc preceptum nostrum decernemus ordenandum et perpetualiter volumus esse mansurum, ut ipsa villa superius nomenata Latiniaco, cum terris, domebus, mancipiis, scolabus, vitiis, silvis, campis, pratis, pascuis, farinariis, aquis aquerumve decursebus, peculis utriusque genere sexsus, cum adiecentis adpendiciis, vel reliquis quibuscumque beneficiis, omnia et ex omnibus, rem exquisita, sicut ad super-
⁴⁰ scriptas personas^c fuit possessa vel postea in fisco nostro revocata, cum omne integritate vel soledetate sua ad se pertinentis vel aspicientis, prepter suprascripta rem in^d Siliaco, qui fuit ipsius Arulfo vel iam dicto pontifici, per nostra preceptione concessimus; in reliquo viro predicta villa Latiniaco ad integrum sub emunetatis nomine, absque introitus iudicium, memoratus Chagno abba ad parte predicti monastiriae suae sancti Dionisiae per hanc nostram cessione in lumenarebus ipsius basilici habiat concessa adque indulta. Et deinceps in postmodum nec de parte de fisci nostri, nec ad quemcumque libet persona, nec per strumenta cartarum, nec per quolibet ingenium, ipsa villa de ipso monastirio nullatenus abstraatur nec auferatur; sed, sicut superius diximus, pro nostra mercede ibidem in
⁵⁰ perpetuo in Dei nomine proficiat in augmentis; quo fiat ut et nobis ad mercedem pertineat,

a) ipsi superscr. b) domno superscr. c) personas superscr. d) in superscr.

⁷⁴ Diploma spurium esse immerito contendit Gernon I. p. 114 sq. 301; auctoritatem defendunt Mabillon I. c., Fontanel, p. 182 sqq., Brequigny et Pardessus in notis editionis.

et ipsis servis Dei, qui ibidem deservire vidintur, delectit pro anime salutem vel rigui nostri constancia adtencius Domini misericordia deprecare. Et ut hec preceptio cessio nostra firmiter habeatur et melius per tempora conservetur, manus nostri subscriptionibus subter eam decrivemus roborare. † Vulfoleucus iussus optolit. (S. R. e. not. Tiron.)

† In Christi nomine Theudericus rex subscripsit. . . .

(L. S.) Bene valete.

Data sub die tercio Kalendas Novembris. Annum XVI. regni nostri. Conpendio. In Dei nomine feliciter.

CHLODOVEUS III.

58.

Chlodoveus III. rex, petente Bertino abbate, emunitates monasterio Sithiensi ab antecessoribus suis concessas confirmat.

1. Chartular. Folquinii saec. X. med. in tabular. abbatiae S. Bertini, iam deperditum. — 2. * Copia chartul. Folquinii saec. XII. in cod. Bibl. Boloniensis n. 148, fol. 9^o, diploma n. 14. — 3. Copia saec. XVI. linc. (n. 1509—1512) manu Alardi monachi conscripta, in Bibl. S. Audomari. — 4. Copia codicis Boloniensis, anno 1762 exarata, in schedis P. de Brequigny. — 5. Copia recens eiusdem codicis in Bibl. Paris. (Chartular. n. 158.)
Ediderunt 1) ex chartul. Folquinii saec. X: Mabillon, Dipl. p. 807, n. 193; — Miraeus, Opera dipl. II, p. 928, ad a. r. 636; — Bouquet, IV, p. 667, n. 73, ad a. 691; — 2) ex copia cod. Bolon. a. 1762: Brequigny p. 321, n. 218, ad a. 691; — Pardessus II, p. 215, a. 417; — 3) ex cod. Boloniensi saec. XII: Cartulaire de l'abbaye de St. Bertin par Guérard, p. 34, n. 14, ad a. 691. — Cfr. Le Glay, Revue des Opéra dipl. de Miraeus, p. 91. — De Foy ad a. 636, n. nomine Chlodovei II; Brequigny ad a. 691; Waiters ad a. 691.

Chlodoveus rex Francorum, vir iustus. Si illa beneficia, quae parentes nostri ad loca sanctorum praestiterunt vel concesserunt, pro nostris oraculis confirmamus, et regiam consuetudinem exercemus, et nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur venerabilis vir Bertinus, abba de monasterio Sithiu, quod est in pago Tarvanense, in honore sanctae Mariae, genitricis domini nostri Iesu Christi, necnon et sancti Petri et Pauli apostolorum vel caeterorum dominorum sanctorum, ad nostram accedens praesentiam, clementiae regni nostri suggestit, eo quod avus noster Chlodoveus quondam rex de omnibus curticellis vel villis ipsius monasterii, quicquid praesenti tempore possidebant aut adhuc inantea ex munere regum vel collato populi seu comparato aut de quolibet recto adtracto in quibuslibet pagis atque territoriis inibi erat additum vel collatum, integra emunitate antecessore suo Mummolino quondam vel praedicto monasterio concessit: ut nullus iudex publicus ibidem ad causas audiendas, [nec] freta exigenda, [nec] fidelissores tollendos, nec mansiones aut paratum faciendos, nec homines ipsius monasterii, tam ingenuos quam et servientes, super terras suas commanentes, distinguendos, nec ullas redibitiones requirendas nec exactandas, nec iudicaria potestas ibidem ingredi quocumque tempore non deberet, nisi sub emunitatis nomine omni tempore, cum omni fretis concessis, pars ipsius monasterii debeat possidere. Unde et praecceptionem principum, seu confirmationem avunculi nostri Chlothacharii et Childerici, seu et genitoris nostri Theudericus quondam regis, qualiter haec vel illa locella, quae postea ipse Bertinus abba ad partes ipsius monasterii pro commutationis titulo vel instrumenta accipere confirmaverunt, nobis in praesente ostendit relegendas, et ipsis beneficiis concessis de tempore usque nunc asservit conservatas. Sed pro firmitatis studium petiit memoratus abba celsitudini nostrae, ut iccirco ipsum locum pro nostra auctoritate plenius confirmare deberemus; cuius petitioni pro mercedis nostrae munere vel reverentia ipsius sancti loci ita praestitisse et in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes enim, ut quicquid constat superscriptos avos nostros, Chlodoveus quondam rex, de ipsa emunitate, sicut superius est comprehensum, praephato Mummolino, vel postea ipsi avunculi nostri Chlothacharius seu Childericus, seu et genitoris nostri Theudericus quondam regis, iuste et rationabiliter consenserunt vel confirmaverunt, et de eo tempore usque nunc recto tramite fuit conservatum;

a) accessit e. b) Clotarii falso e. c) legendum collatione. d) quando e. e) non e.

75) Chlothacharii III; cfr. supra diploma n. 39. 76) Childerici II. 77) Chlodoveus II.

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is densely packed and spans several lines across the top half of the page. It appears to be a formal record or a set of instructions, with some words being more prominent than others. The script is somewhat difficult to decipher due to its cursive nature and the high contrast of the image.

Handwritten text in a cursive script, located in the middle-left section of the page. It consists of several lines of text, some of which are crossed out or written over other lines. The text is less legible than the main body of text above it.

Handwritten text in a cursive script, located at the bottom of the page. It consists of a single line of text, which appears to be a signature or a concluding statement. The text is written in a similar cursive style to the rest of the document.

ita et inante pro nostro praecepto, plenius in Dei nomine confirmato, inspectas ipsas praeceptiones suprascriptorum principum, sicut per easdem declaratur, circa ipso abbati Bertino vel successoribus suis aut ipso monasterio Sithiu omni tempore ipsis beneficiis concessis in omnibus valeat esse conservatum, et nulla refragatione vel nullo impedimento a iudicibus publicis exinde quo tempore habere non pertimescant: unde ut ipsa confirmatio pro stabilitate regni nostri vel salute patriae Domini misericordiam iugiter debeant exorare. Et ut haec auctoritas firmiter habeatur et in omnibus conservetur, nos et praecelsa genitrix nostra, Chrothchildis regina, manus nostrae signaculis subter eam decrevimus confirmare.

Signum (M.) gloriosi Chlodovei^a.

10 Signum praecelsae [genitricis nostrae]^b (M.) Chrodechildis reginae.
Actum sub die I. Kalendas Iunias. Anno I. regni nostri.

59.

Chlodovei III. regis placitum in lite inter Chrotcharium diaconum et Chuneberthum, 691. Aug. 12. de locis quibusdam, nomine Nialcha, Childulfo villa, Buxsito, Bacio superiore et inferiore.

15 1. *Autograph, membranac. in tabular. Paris, signat. K, 3, n. 3. — 2. *Copia in eod. Bibl. Lugdun. n. 804. — Ectypum in serie I, tab. XXIV.
Ediderunt ex autogr. Mabillon, Dipl. p. 472, n. 15; — Bouquet IV, p. 668, n. 74; — Acta SS. ord. S. Bened. saec. III, pars II, pag. 616, n. 4; — Brequigny p. 322, n. 217; — Pardessus II, p. 217, n. 418; — Felibien Pièces Justific. pag. 11, n. 13; — Letronne p. 38, n. 24; — Tardif p. 22, n. 28. — De Foy ad a. 691; Brequigny ad a. 691.

† Chlodovius rex Francorum, vir inluster.

Cum in nostri vel procerum nostrorum praesentiam venerabilis vir Chrotcharius diaconus Chunebercto interpellavit dum dicerit, quod loca noncobantis Nialcha, Childulfovilla, Buxsito, Bacio superiore et Bacio superiore, quem antecessur suos Boso quondam eidem 25 per vindicionis titulum firmaverat, vel per sua precaria possidet, malo ordine contradicerit vel post se retenerit. Qui ipsi Chuneberctus dedit in respunctis, ut cum ipso Chrotchario de ipsa loca in rationis fuisset et ei exinde postea precium dedisset et sua voluntati exinde satisfecisset, et tali extromento memoratus Chrotcharius ei ob hoc ficisset vel firmasset, quod nulla repetitione de ipsa loca contra eisdem facere non deberit, sed omne tempore 30 contra ipso Chrotchario exinde ductus et securus resederit. Sic et a proceribus nostris, in quantum inluster vir Ansoaldus, comis palati noster, testimoniavit, fuit iudicatum: ut memoratus Chuneberctus ipso extromento in noctis quadraginta, quod evinit ubi ficerit proximus minis September dies viginti, in nostri praesentiam dicitur presentari, quod et ita per fistuca visus est achrammisae. Se hoc facere potuerit, eorum inter se in antea ligalis 35 deducant rationis; sin autem non potuerit, quod lex de tali causa edocit, exinde susteniat. Unde et talis praecipiones eis ex hoc ficere et accipere iusserimus.

† Abthadus recognovit. (S. R. c. notis Tiron.) (L. S.) Bene valete.

Data quod ficit mensis Augustus dies XII. Anno primo regni nostri. Captunnao feliciter.

60.

Chlodovei III. regis placitum contra Ermenoaldum abbatem, qui etsi vadius exstiterat 692. Mai. 6. pro 1500 libris olei et 100 modis vini, a Chainone abbate S. Dionysii ad Anseberthum episcopum Augustodunensem missis, tamen postea debitum adimplere recusaverat.

45 *Autographum membranac. in tabular. Paris, signat. K, 3, n. 4, sigillo cerreo munitum. — Ectypum apud Silvestro, Palaeogr. III, tab. LXV; — Serie I, tab. XXV. — Sigilli effigiem dedit de Wailly II, p. 377 et tab. A, n. 9. Ediderunt ex autogr. Mabillon, Acta SS. saec. III, pars 2, p. 617, n. 6, et Dipl. p. 473, n. 16; — Le Cointe V, p. 275, n. 79; — Bouquet IV, p. 668, n. 75; — Brequigny p. 328, n. 222; — Pardessus II, p. 223, n. 424; — Schoenemanns Cod. für die recht. Dipl. I, p. 18, n. 8; — Felibien Pièces Justificat. p. 12, n. 16; — Letronne p. 39, n. 25; — Tardif p. 24, n. 30. — De Foy ad a. 692; Brequigny ad a. 692.

60 † Chlodovius rex Francorum, vir inluster.

Venientis agentis basilice domni Dionysii, ubi ipsi preciosus dominus in corpore requisivit et venerabilis vir Chaino abba praeesse videtur, Noviento in palacio nostro, nobis

a) Chlodovei c. b) verba genitricis nostrae praeparata a scriba chartularii addita sunt.

suggererunt eo quod I itemque venerabili viro Ermenoaldo abbati ante hus annus waddio pro olio milli quingentas liberas, et vino bono modios cento, pro Anseberctho episcopo ipsi Chaino abba ei commendassit; et taliter ipsi Ermenoaldus spondedisset ut hoc ei dare et adimplire debirit, et hoc menime ficisset. Unde et ante dies per eorum noticias paricolas ante domno Sygofrido pontefeci placita inter se habuerunt, ut medio minse Aprile iam preterito ipsi Ermenoaldus abba apud tris homenis, sua mano quarta, ante ipso pontefeci aut hoc coniurare debirit, quod ipso waddio de mano memorato Chainone abbati numquam adchramissit, nec hōc ei dare et adimplire spondedisset; quod se menime faciebat, argento liberas dece ad ipso diae ei dare debirit. Quod se hoc non faciebat, postia, istas Kalendas Madias iam preteritas, ante nus debirint coniungere et, inspectas eorum noticias, eorum inter se de ac causa debirint deducire racionis; unde et per ipsas eorum noticias paricolas taliter inter se placitum habuerunt initum. Sed venientis ad eo placitum ipsi agentis iam dicto abbati Noviento, in ipso palacio nostro, per triduo seo per pluris dies, ut lex habuit, placitum eorum vise sunt custudissent, et ipso Ermenoaldo abbati abiectissent vel solsadissent; ipsi nec vinissit ad placitum, nec misso in vice sua derixissit, nec nulla sonia nunciassit adfirmat. Proinde nus taliter una cum nostris procerebus constetit decrivisse, ut se evidenter per eorum noticias paricolas taliter inter se pro ac causa placitum habuerunt initum, et inluster vir Warno, comis palacii nostri, testimonjavit quod memorati agentis iam dicto Chainone abbati placitum eorum ligebus custudierunt, et suprascriptus Ermenoaldus abba placitum suum custudire neclixit: iobemmus, ut quicquid lex loci vestri de tale causa edocit, memoratus Ermenoaldus abba partibus ipsius agentibus ad parte suprascripti Chainone abbati vel basilice sui domni Dionisii, omnemodis vobis distringentibus, componire et satisfacire non recusat.

† Aghilus recognovit. (S. R. c. notis Tiron.) (L. S.) Bene valet.

Data quod sicut minsis Madius, dies quinque. Anno secundo regni nostri. Noviento. In Dei nomine feliciter.

61.

⁶⁹² *Chlodoveus III. rex ecclesiae S. Dionysii secundum privilegia antecessorum suorum*
^{Jun. 5.} *Sigiberti, Chlothacharii III, Childerici II. et Theudericus III. regum, solidos centum de Massilia civitate, ad fiscum regum pertinentes, concedit, missosque eiusdem basilicae ab omni thesoneo omnibusque redhibitionibus in regno suo liberat.*

* Autogr. membranac. in tabular. Paris. signat. K, 3, n. 5. — Ectypon in serie I, tab. XXVI.

Ediderunt et autogr. Mabillon, Acta SS. saec. III, pars 2, p. 618, n. 7 et Dipl. p. 474, n. 17; — Le Gointe V, p. 278, n. 80; — Bouquet IV, p. 669, n. 76; — Brequigny p. 329, n. 223; — Pardessus II, p. 224, n. 425; — Letronne p. 40, n. 98; — Tardif p. 24, n. 31. — De Foy ad a. 692; Brequigny ad a. 692. 35

† Chlodoveus rex Francorum, vir inluster.

Dum ante hus annus proavus noster Dagobertus condam rex I solidus cento eximtis de Massilia civitati, sicut ad cellario fisci potulerant esse exactati, ad basilica peculiaris patroni nostri domni Dionisii, ubi ipsi preciosus in corpore requiescit, et venerabilis vir Chaino abba preesse viditur, per sua precepcone concessissit, et parens noster Sygobertus, seo et habuncoli nostri Chlotharius et Chyldericus, eciam et genetur noster Theudericus, condam regis, per eorum precepconis hoc ibidem dinuo concesserunt vel confirmaverunt; et taliter in ipsas precepconis videtur habire insertum, ut tam in ipsa Massilia quam et per reliqua loca in rigna nostra, ubicumque telleneus, portaticus, pontatecus, rotatecus, vel aliquas reddebucconis a iudicebus publicis exigebatur de carradeci, qui hoc inferrire viditur, ad missus ipsius basilice nullatenus requereritur nec exegiritur, nisi hoc in omnebus annis syngolis habirent concessum. Ideo per presenti urdenacione vobis omnino iobemmus adque super omnia demandamus, ut quomodo missi ipsius basilice domni Dionisii vel memorato Chainone abbati ad vos vinerint, ipsus solidus cento eximtis, secundum consuetudinem in cellario, absque ulla mora vel delacione, iuxta quod urdo cadaboli fuerit, eis omnemodis dare et adimplire faciatis; et de ipsa carradeci, qui hoc inferrire veduntur, nec in ipsa Masallia nec per reliqua loca in rigna Deo propicio nostra,

nullo telleneo nec portatico nec pontatico, nec nullas reddebucionis, nec vos nec iunioris vestri nec quislibet de parte fisce nostri, requerire nec exactare penitus non presumat. Vidite ut aliud ob hoc non faciatis, se gratia nostra optatis habere propicia.

† Aghilus iussus recognovit. (S. R. c. not. Tiron.) (L. S.) Bene valete.

5 Data quod fecit mensis Iunius dies quinque. Anno secundo regni nostri. Noviento, feliciter.

62.

Chlodoveus III. rex, petente Papoleno episcopo, commutationem ab antecessore suo, 692.
Childerico rege, cum Remaelo abbate monasterii Stabulensis et Malmundariensis factam de lun. 25.
10 locis Athetasis et Maipa confirmat.

1. * Cod. Bamberg. F. III, 1, saec. IX, fol. 122; == 1^b. * Cod. Bruxell. 2757, saec. XI; == 1^c. * Cod. Bruxell. 8577, saec. XVII. (copia Wilthemii ex cod. Bamberg.) — 2. * Chptul. Stabul. et Malmund. in tabul. Dusseldorp. saec. XIII, sign. B, 52, fol. 3, n. 6; == 2^b. * Cod. Bruxell. 116 B, saec. XIV, fol. 4, n. 6.
Ediderunt 1) ex tabular. Stabulensi: Henschen, de tribus Dagobertis p. 149; == Le Coigne IV, p. 286. — 2) ex chartular. saec. XIII: Martene et Durand, Ampliss. coll. II, col. 14; == Bertholet Preuves, p. 22; == Bouquet IV, pt 669, n. 77; == Brequigny p. 330, n. 221; == Pardessus II, p. 224, n. 428. — 3) ex cod. Bruxell. 116 B; Villers, Codes Stabuleto-Malmund. p. 867. — De Foy ad a. 692; Brequigny ad b. 693; Wauters ad a. 692.

Exemplar^a praecepti Chlodovei regis, dati Papoleno abbati de quadam commutatione.

20 Chlodoveus rex Francorum^b, illustri^c Aerico^d duci^e et Charievio^f comiti. Quoties^g inter anteriorum regum celsitudinem et congregationem sanctam^h monachorum pro instrumentaⁱ cartarum^k de qualibet re facta fuerit commutatio, oportet scripturarum seriem inter partes per nostram praeceptionem^l confirmare. Ideo vir apostolicus, dominus et pater noster Papolenus episcopus, clementiam regni nostri suggessit, eo quod dominus
25 noster et avunculus Childericus quondam rex una cum antecessore suo, domno Remaglo^m episcopo quondam, vel suis monachis, ubi ipse ad monasteria Malmunderioⁿ et Stabelaco^o custos^p esse videtur, locella aliqua commutassent^q. Unde^r accepit pars domini et avunculi nostri Childerici quondam regis locellum, cui nomen Athetasis^s, cum hominibus ibidem commanentibus, et omne peculiare eorum vel terras eorum quas excolere videntur, his
30 nominibus: Radefrido cum nepotibus suis Berthramno^t, Gisloberto^u, Aganulfo; item^v Radefrido, Sigofrido^w, Rigoberto. Pro ipsa re in commutatione^x ipse pontifex accepit de fisco nostro locellum^y, qui dicitur Maipa, cum hominibus ibidem commanentibus his nominibus: Adelino^z, Albode et Winegario^{aa}, cum terris quas excolere videntur, et omne peculiare eorum, ut haec pars^{ab} ipsi pontifici et suis monachis im^{ac} perpetuo tempore debeat^{ad} permanere. Unde et commutationem ipsius principis etiam suis manibus roboratam nobis in
35 praesenti ostendit^{ae} relegendam^{af}, quod pro firmitate studimus (ad) petitiones eorum plenius circa ipsa monasteria vel congregationem sanctam confirmari praeceptum. Cui nos hoc beneficium praestitisse vel confirmasse et in omnibus concessisse cognoscite. Praecipientes enim (iubemus,) ut quicquid constat per inspectam ipsam^{ag} commutationem ipsius
40 principis iuste et rationabiliter inter ipsum et gloriosum dominum Remaglum^{ah}, iam dictum pontificem, fuisse^{ai} commutatam aut concambiatam^{aj}, tam terris, curtilibus, casis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, mancipiis, aedificiis, vel reliquis rebus adiacentibus^{ak}, dominus et pater noster Papolenus^{al} ad partem iam dicta^{am} monasteria Malmunderio^{an} et Stabelaco per nostrum praeceptum, plenius confirmatum^{ao}, perennis^{ap} temporibus
45 habeat confirmatum atque^{aq} indultum.

a) rubrica in margine. b) Francorum 2. c) illustri codd. d) Aerico 1. 1^b. 1^c. 2^b; Heinrico 2. e) duci 1. f) Charievio 1; Charievio 1^b. 1^c. 2^b; Carievio 2. g) quotiens 2. h) congregatione sancta 1; sanctorum 2. i) instrumentis 2. k) cartarum 2. l) praeceptione 1; praeceptionem 1^b. 1^c. 2. m) Remaelo 2. n) Malmundario 1^b. o) Stabulaco 1^b. 1^c; Stabulaco et Malmundario 2; Malmundario et Stabulaco 2^b. p) custos 2^b. q) Unde et accepit 2. r) Athetasis 2. s) Berthramno 2. 2^b. t) Gisloberto 2. u) item om. 2. v) Sygofrido 2. w) commutationem 2. x) locum 2. y) Athelino 2. z) Winegario 1. 1^b. 2^b; Winegatio 1^c; Winegario 2. aa) pars haec ipsi 2. ab) in 2^b. ac) debeat 1; debeat 2. ad) ostendit codd. ae) relegenda 1. 1^b; relegendam 1^c. 2. af) suam 2. ag) Remaglum 2. 2^b. ah) fuit codd. ai) sic 1 et 1^c; concambiatum 2. 2^b. aj) atque corporibus pro adiacentibus codd. al) Papolenus episcopus 2^b. am) dictam 2; legendam dictorum monasteriorum. an) Malmundario 1. 2^b; Stabulaco et Malmundario 2. ao) confirmato codd. ap) perennis 2^b. aq) et 2.

78) Haec Childerici II. commutatio hodie non existat.

Et ut haec praecipio nostris et futuris temporibus firmiorem obtineat vigorem^a, manus nostri signaculis^b subter eam decrevimus adfirmare.

Signum (M.) Chlodovei^c, gloriosi regis.

Namucho^d recognovi.

Data quod fecit^e mensis Iunius^f dies^g XXV. Anno II. regni^h nostri.

63.

⁶⁹² *Chlodoveus III. rex, petente Ibboleno abbate, monasterio Anisolensi in pago Cenomannico immunitates ab antecessoribus suis Chlothachario II, Dagoberto I, Chlodoveo II. et Chlothachario III. eidem coenobio concessas confirmat.*

Ediderunt ex chartul. Anisolensi iam deperdito: Martens et Durand, Amplias collect. I, col. 8; = Bouquet IV, p. 670, n. 78; = Brequigny p. 332, n. 226; = Pardessus II, p. 226, n. 428. — De Foy ad n. 692; Brequigny ad n. 692.

Chlodoveus rex Francorum, vjr Inluster, omnibus agentibus praesentibus et futuris. Si petitionibus sacerdotum, in quo pro opportunitatibus ecclesiarum vel monasteriis nostris patefecerint auritus, libenter audimus, regiam consuetudinem exercemus et nobis ad mercedem vel stabilitatem regni nostri pertinere confidimus. Ideoque venerabilis Ibbolenus abba de monasterio Anisola, quae est in pago Cenomannico, in honore peculiaris patroniⁱ nostri pii Carilephi confessoris constructus, per missos clementiae regni nostri detulit in notitiam, eo quod consobrinus noster, Guntramnus quondam rex, ad ipsum monasterium sub omni immunitate per suam auctoritatem concessisset, et hoc postea avi nostri Chlothacharius et Dagobertus, seu et Chlodoveus, nec non item Chlothacharius, quondam reges, vel dominus et genitor noster Theudericus⁹ quondam rex, per eorum auctoritates ipsorum manibus^k roboratas ipsi monasterio hoc confirmassent; unde et ipsas praecipiones se ex hoc prae manibus habere affirmat^l, et hoc circa ipsum monasterium nullo inquietante^m adseritⁿ conservari. Sed pro totius rei munimine postulat, ut hoc per^o nostram²⁵ auctoritatem in ipso monasterio plenius debeat observari; quod nos praestitisse et generaliter confirmasse vestra non dubitet magnitudo. Quapropter per praesentem praecipium iubemus ut, sicut per auctoritates suprascriptorum principum legitur^p et usque nunc fuit observatum, neque vos neque iuniores vestri neque successores vestri in curtes ipsius monasterii neque ad causas audiendum, neque ad freda exigenda, nec mansiones requirendo, penitus ingredi non praesumatis, nisi per hanc auctoritatem firmatam ipse abba successoresque eius in causis ipsius monasterii fratrumque^q ibi Deo famulantium^r quod ad praesens rationabiliter habere videntur, aut a Deo timentibus hominibus ibi fuerit additum vel augmentatum, sub omni immunitate, inspectas ipsas praecipiones supra memoratorum principum, quas se prae manibus habere adfirmant, valeant habere, tenere, possidere, et ibidem ad ipsum locum sanctum per hanc auctoritatem nostram hoc quod est firmatum perenniter proficiat ad augmentum, ut potius delectet eis melius, pro stabilitate regni nostri Domini misericordiam exorare.

Et ut haec petitio nostra firmiorem obtineat vigorem, manus nostrae signaculis subter decrevimus adfirmare.

† Chlodoveus rex.

Data Kalendis Septembris. Anno II. regni nostri. Compendio.

64.

⁶⁹² *Chlodovei III. regis placitum, per quod villam Notito in pago Camiliacense, quam illustris Deo sacra Agantrudis, filia Ebrulsi, Ingoberti quondam relicta, una cum marito ex sua proprietate in ius basilicae S. Dionysii per precariam transtulerant, eidem monasterio in perpetuum adjudicat.*

a) vigorem l. 2^a. b) signaculi l. 2^a; signacula 2. c) Signum gloriosissimi regis Chlodovei 2; post subscriptionem monogramma addunt l. 1^a, 1^a, 2^a, haec litterae compositum: Chlodoveus rex Francorum; eod. 2. hanc inscriptionem post verba Data quod fecit inserunt. d) Namucho recognovi in fine chartae exhibent l. 1^a, 1^a, om. 2. e) fecit l. 1^a; fecit 2. f) mense 50 Iunio 2. 2^a. g) die rodd. h) regni nostri om. 2. i) peculiaris nostri patronique M. k) manus M. l) affirmant M. m) adserunt M. n) per om. M. o) nostra auctoritas M. p) leguntur edit. q) fratrumque om. M. r) famulantes M.

79) Cfr. supra dipl. n. 50.

* Autographum membran. in tabular. Paris. sign. K, 3, n. 6. — Ectypon in *Série I*, tab. XXVII.
 Ediderunt et autogr. Mabillon, *Acta SS. saec. III*, pars 2, p. 617, n. 5, et *Diplom.* p. 474, n. 18; — *Le Cointe*
 V, p. 274, n. 78; — *Bouquet IV*, p. 671, n. 79; — *Felibien Pieces Justificat.* p. 13, n. 18; — *Brequisny*
 p. 333, n. 227; — *Pardessus II*, p. 227, n. 429; — *Letronne* p. 41, n. 27; — *Tardif* p. 25, n. 32. — *De Foy*
 ad a. 692; *Brequisny* ad a. 692.

† **Chlodovius rex Francorum, vir inluster.**

Cum nus in Dei nomine Lusarca in palacio nostro una cum apostolecis viris, in Christo
 patrebus nostris, I Sygofrido, Constantino, Gribone et Ursiniano episcopis; necnon et
 inlustris viris Ragnaldo, Nordebertho, Ermenfrildo optimatis; Madelulfo, Erconaldo
 10 gravionebus; necnon et Benedicto et Chardoino seniscalcis; seu et Marsone comite palati
 nostro, ad universorum causas audiendum vel recto iudicio termenandum resederimus:
 ibique veniens venerabilis vir Chaino abba de basilica peculiaris patroni nostri domni Dio-
 nisii, ubi ipse preciosus in corpore requiescit, adversus inlustris Deo sacrata Angantrude,
 filia Ebrulfo, relicta Ingobertho quondam, suggeribat dum dicit, eo quod villa nunco-
 15 panti Nocito, sitam in pago Camiliacinge, cum omni merito vel adieciencias suas ad se
 pertenentis vel aspicientis, quicquid ipse Ingobertho vel memorata Angantrudis tam de
 alote parentum quam de comparato vel de qualibet adtractum ibidem tenuerunt vel possi-
 derunt, per suum strumentum ipsius abbati in integritatem firmassit. Unde et ipso stru-
 mentum seu et precariam, per quod ipsa Angantrudis per beneficium ipsius abbati hoc
 20 possedibat, in presentem ostendedit religendas. Eas relictas, sed dum memorata Angan-
 trudis ad presens aderat, interrogatum ei fuit: se ipsa villa Nocito memorato Chainone
 abbati vel ad parti basilici sui sancti Dionisii firmassit, aut se autur exinde adesse volibat.
 Sed ipsa Angantrudis in presenti taliter fuit professa: quod memorata villa Nocito una
 cum omne merito vel adieciencias suas ad se aspicientis vel pertenentis, quantumcumque
 25 ipsa vel localis suos Ingobertho de qualibet adtractum ibidem tenuerunt vel possiderunt,
 memorato Chainoni abbati vel basilici sui sancti Dionisii per ipso strumentum firmasset,
 et ipso strumentum vel precariam ob hoc fieri rogassit; et autur contra quemlibet exinde
 aderat et inantia adesse disponibat. Proinde nus taliter una cum nostris procerebus con-
 stitit decessisse, ut dum inluster vir Marso, comis palati nostri, testimoniavit quod ac
 30 causa taliter acta fuisset denuscitur, lobemmus ut memoratus Chaino abba vel pars basilici
 sui sancti Dionisii ipsa villa Nocito una cum omnem merito vel integritati sua, inspecta
 ipsa strumenta, sicut per ipsas declaratur, absque repetitione memorata Angantrude vel
 suis heridebus, omne tempore habiant evindegatas; et se ipsius Chainone abbati vel suc-
 cessorebus suis seu agentis basilici inantia fuerit necessitas, memorata Angantrudis vel
 35 heridis sui in auturicio eum exinde contra quemlibet studiant definsare. (*Notae Tiron.*)

† Chlodovius recognovit. (*S. R. c. not. Tiron.*) (*L. S.*) Bene valete.

† Data sub die Kalendas Novembrii. Anno secundo regni nostri. Lusarca. In Dei
 nomine feliciter.

65.

40 *Chlodovei III. diplomatis fragmentum, per quod monasterio Grasellensi privilegia, (c. 692.)*
ab Aredio Vasonensi episcopo et fundatore eiusdem coenobii concessa, confirmat.

1. * Liber magnus chartarum S. Victoris Massiliensis, membranæ. in fol. saec. XI, ex. vel XII, inc. in tabular.
 Massiliens, vol. 138. — 2. Copia I. A. de Ruff.
 Ediderunt 1) ex copia Ludov. Antonii de Ruff: Mabillon, *Agnal. I*, p. 700, col. 2; — *Boyer, Hist. de l'église*
 45 *de Vaison, Preuves* p. 13; — *Bouquet IV*, p. 673, n. 81; — *Brequisny* p. 334, n. 228; — *Pardessus II*,
 p. 228, n. 436. — 2) ex libro magno chart. S. Victoris: *Cartulaire de l'abbaye de S. Victor de Marseille* par
 Guérard, tom. II, p. 504. — *De Foy* ad a. 692; *Brequisny* ad a. 692.

Chlodoveus^a rex Francorum, [vir inluster.]

Si facta sacerdotum, quae pro quiete servorum Dei ad loca sanctorum praestiterunt,
 50 per^b nostris oraculis confirmamus, nostra perenni stabilitate esse confidimus. Ideoque apo-
 stolicus vir domnus Aredius, Vasensis urbis episcopus, missa petitione clementiae regiae^c
 nostrae innotuit, eo quod monasterium in loco nuncupato Grasello in honore sancti Victoris
 martyris et sancti Petri in sua proprietate pro amore Christi aedificasset, et partem maximam
 de facultatibus suis ipsi loco per sua instrumenta delegasset; etiam et privilegium cum

55 a) Chlodoveus I; Chlodoveus 2. b) pro I. c) re, un I.

DD. T. I.

8

pluribus pontificum inibi firmasset, vel concessisset, ut quidquid ibi^a ab ipso domno Arcadio, vel pro Deo a quocumque homine, seu de collecta populi, vel de quolibet recto attractu, erit collatum^b, absque ullo impedimento pontificum vel archidiaconorum aut clericorum Vasensis, vel cuiuslibet alius ecclesiae, perenniter congregatio inibi^c consistentium quiete^d deberet possidere, et sub regula sancta per instituta patrum ibidem deberet regi vel con-⁵versari^e. Et si abbas de ipso sancto loco migraverit ab hoc saeculo, non aliunde sed, sicut decet et dignitas et ordo postulat, de ipsa congregatione, quae in eo habetur monasterio, eligeretur alius abbas, absque ullo praemio, absque rixa, a tota eadem congregatione vel a meliori et sanctiori parte eius; et cum consilio Vasensis urbis episcopi et voluntate et benedictione suscipere deberet dignitatem. Et quod eiusdem civitatis episcopus, si ali-¹⁰quando opus esset, propter desidiam negligentiamque ab eadem congregatione propellendam, adiunctis sibi sacerdotibus abbatibusque spiritualibus, ipsum monasterium deberet adire et paterno affectu fratres, qui ibi essent, ad consultum regulae tramitem admonendo revocare; et quod idem episcopus sine praemio nihilque ipse pontifex, neque maioris potestatis aliquis ipsius civitatis, vel alius loci cuiuscumque ordinis persona contra¹⁵ tenorem decreti ipsius deberet venire, aut quicquam attemptare vel contingere.

Audita itaque eius petitione preceque suscepta,

(Desunt reliqua.)

66.

693
Febr. 28.

Chlodovei III. regis placitum, per quod locum Baddane-curtem super fluvium Marso, 20 proprietatem Chaldedramni quondam, quam filio eius Ingramno homo quidam nomine Amalbercthus iniuste abstulerat, petente Chrotchario diacono, qui iussu illustris viri Nordebercthi comitis causam pueri orbatu egit, Amalberctho ipso in iudicio non praesente, Ingramno puero restitui iubet.

* Autogr. membran. in tabular. Paris. signat. K. 9, n. 7. — Ectypon in Serie I, tab. XXVIII. — Scripturae specimen apud Mabillon, Dipl. tab. XX, n. 9.

Ediderunt ex autogr. Mabillon, Acta SS. saec. III, pars 2, p. 619, n. 9 (ad d. prid. Non. Mart.); — Le Coigne V, p. 277, n. 81; — Mabillon, Dipl. p. 475, n. 19 (ad d. prid. Kal. Mart.); — Bouquet IV, p. 672, n. 80; — Felibien Pièces Justific. p. 13, n. 19; — Brequigny p. 335, n. 229; — Pardessus II, p. 229, n. 431; — Letronne p. 43, n. 28; — Tardif p. 26, n. 33, ad a. 693—694, Febr. 28; — De Foy ad a. 693; Brequigny 30 ad a. 693; Wauters ad a. 693.

† Chlodovius rex Francorum, vir illustris.

Cum nos in Dei nomine Valencianis in palacio nostro una cum apostolicis viris in Christo patribus nostris Ansoaldo, Godino, Ansobertio, Protadio, Savarico, Vulfochromno, Chadujno, Turnoaldo, Constantino, Abbone, Stefano, Gribone episcopis; seu et illustribus³⁵ viris Godino, Nordeberctio, Sarroardo, Ragnoaldo, Gunduino, Blidegario, Magnèchario, Waldramno, Ermechario, Chagnerico, Bucceleno, Sigoleno optematis; Angliberctio, Ogmire, Etherio, Chillone, Adreberctio, Adalrico, Ghislemaro, Jonathan, Modeghiselo comitibus; Chrodundo, Godino, Sigofrido, Ghiboino, Ermenteo, Madulfo, Arigio, Auriliano grafionibus; Raganfredo, Maurilione, Ermenrico, Leudoberctio domesticis; Vulfo-⁴⁰laco, Aiglo, Chrodberctio, Waldramno referendariis; Chugoberctio, Landrico seniscalcis; necnon et illustri viro Audramno, comite palati nostro, vel reliquis quampluribus nostris fedilibus, ad universorum causas audiendas vel recta iudicia terminanda resediremus; ibique veniens venerabilis vir Chrotcharius diaconus in causa Ingramno orfanolo, filio Chaldedramno quondam, ordenante illustri viro Nordeberctio, qui causas ipsius orfanolo⁴⁵ per nostro verbo et praeepto videtur habere receptas, adversus hominem nomine Amalberctio repetibat, dum dicerit, eo quod locello noncupanti Baddanecurti super fluvium Marso, qui fuit ipsius Chaldedramno genitore praedicto Ingramno, malo ordine post se retenuit. Unde et per nostras equalis praeeptionis pluri placeta inter se pro ac causa habuerunt initas, aetiam et ad praesens, ad dies quinque ante istas Kalendas Marcias, per⁵⁰ alias nostras equalis praeeptionis memoratus Chrotcharius apud ipso Amalberctio de ac causa placitum habuit initum. Sed veniens ad eo placetum praedictus Chrotcharius Valencianis in ipso palacio nostro, et dum placetum suum libere custodibat vel ipso Amalberctio suscipiebat, sic veniens ex parte filius ipsius Amalberctio, nomine Amalricus,

a) inibi f. b) collectum edit. c) inibi f; ibi edit. d) quieti f. e) conversari f; conservari edit.

sulsadina sua contradixisset; et dum exinde in nostri vel suprascriptis viris praesentia in
 rationis adstant, interrogatum fuit ipsius Amalrico: dum ipsi genitur suos per nostra
 requalis praeceptionis placitum apud ipso Chrotchario habibat initum, quo ordine in ac
 causa introire volibat. Sed ipsi Amalricus nulla evidentem potuit tradire rationem qualiter
 5 in ac causa structus advenisset, nisi inventum fuit quod contra rationis ordinem ipsa sulsadina
 contradixisset vel in ac causa introisset. Sic ei fuit iudicatum, ut in exfido et fredo
 solidos quindecim pro ac causa fidem facere debiret; quod ita et in praesenti per fistuga visus
 est ficisse. Et postea memoratus Chrotcharius per triduum aut fer amplius placitum suum,
 ut lex habuit, custodisset, et ipso Amalbertho abiectisset vel sulsadisset, ipsi Amalberthus
 10 nec venisset ad placitum, nec ipso mundeborone suo, illustri viro Ermechario, quem per
 ipsas praeceptionis habuit achrimitum, nullatenus praesentasset, nec nulla sunnia nonciasset
 adfirmat. Proinde nos taliter una cum nostris proceribus constetit decrevisse: ut dum supra-
 scripti viri renociaverunt, aeciam et praedictus vir Audramnus suum praebuit testimonium
 quod ac causa taliter acta vel iudicata seu definita fuisset denuscitur, iubimus ut antedictus
 15 Amalberthus ipso locello Baddanecurte, quicquid ibidem ipsi Chaldedramnus visus fuit
 tenuisse vel moriens dereliquisse, cum omni integritate sua vel aieciencias, sicut ab ipso
 Chaldedramno fuit possessum cum legis beneficium, memorato Chrotchario ad partem
 suprascripti Ingotamno omnimodis reddere et satisfacere non recusit, ita ut praesentiter
 ipso locello praedictus Chrotcharius ad partem ipsius Ingramno omni tempore habiat evinde-
 20 catum adque elidiatum. Et quicquid de fructa aut paecunia vel reliqua rem, quod dici aut
 nomenare potest, de ipso locello ipsi Amalberthus aut mithius suos exinde abstraxit vel
 minuavit, de quod Chaldedramnus moriens dereliquit, hoc cum legis beneficium semiliter
 reddere studiat, et sit inter ipsis ex ac re in postmodo subita causacio; et ipsos solidos
 dece, quod antedictus Amalricus ad partem ipsius Chrotchario fidem ficit, hoc ei omnimodis
 25 componere et satisfacere non recusit.

† Walderamnus recognovit. (S. R. c. not. Tiron.) (L. S.) Bene valete.

Data pridiae Kalendas Marcias. Annum terció regni nostri. Valencianis. In Dei
 nomine feliciter.

CHILDEBERTHUS III.

67.

30 *Childeberthi III. regis charta commutatoria, qua villam Napsinlacum in pago Bitu-^{695.}
 ricensi, quam Godinus, Lugdunensis episcopus, tempore Chlodovi III. pro alia villa, Orbana
 nomine, cum fisco commutaverat, basilicae S. Dionysii concedit. Econtra dicta ecclesia
 ducentos solidos, quos in alimoniam et pro luminaribus quotannis a palatio recipere solebat,
 35 necnon alios solidos centum exemptos, quos de Massilia civitate iudices publici ecclesiae missis
 solvere debebant, fisco regio concedere consentit.*

* Autogr. membrae in tabular. Paris. signat. K. 3, n. 8. — Ectypon in Serie I, tab. XXIX. — Scripturae spe-
 cimen apud Mabillon, Dipl. tab. XXI, n. 1.

40 Ediderunt ex autogr. Mabillon, Dipl. p. 478, n. 20, ad n. 694; — Germon I, p. 319; — Bouquet IV, p. 673, n. 82; —
 Felibien Pieces Justific. p. 14, n. 20, ad n. 694; — Brequigny p. 337, n. 231, ad p. 695; — Pardessus II,
 p. 231, n. 433; — Letronne p. 45, n. 29; — Tardif p. 27, n. 34, ad n. 695. — De Foy ad n. 694; Bre-
 quigny ad n. 694.

† Childeberthus rex Francorum, vir inluster.

Creatur omnium Deus delectatur oblatione fedilium, licet ipsi cunctis domenatur; sed
 45 vult ut quod dedit in omnem potestatem, eius clemencia dibeat [custo]dire, precipui saecoli
 divetia: ut, quantum amplius vidintur | possidere, tantum magis oportit inpendire. Idioque
 cognoscat magnitudo seu hutilitas vestra, quod nos villa noncopanti Napsinlaco, in pago
 Bitorico, cum omni merito vel adieciencias suas, quem apostholicus vir dominus Godinus,
 Lugdunensis | urbis episcopus, de parti aeclisiae suae pro alia villa, nuncopanti villa Orbana,
 50 tempora bone memoriae germano nostro Chlodovio condam rige ad parti fisci in commuta-
 cionis titulum visus fuit dedisse, et postea de fisco illustri viro Pannichio fuit concessum, et
 post dicessum predicto Pannichio ad parti fisci nostri fuit revocatum, hoc ad basilica

pecoliaris patroni nostri domni Dionisii, ubi ipsi praeciosus dominus in corpore requiescit, vel ubi venerabilis vir Chaino abba preesse veditur, plena et integra gracia pro mercidis nostre augmentum visi fuimus concessisse; et congregacio ibidem consistencium soledus docentus, quod de saccello publico annis singolis ibidem fuit consuetudo in almunia vel in lumenarebus ipsius sancti loci de palacio dandi, seu et solidus cento eximtis, quod de Massilia civetati iudecis publice ad missus ipsius basilici consuetudinem habuerint dandi, pro eo quod ipsa villa firmissimo iure pars ipsius domni Dionisii perenniter debrent possidere, ad parti fisci nostri relaxassint. Idio per presentem precepconem decernimus urdenandum, quod in perpetuo volumus esse mansurum, ut neque vos neque iunioris seu successoris vestri, nec quislibet, ipsa villa Napsiniaco cum adieciencias suas, vel quod ibidem aspiciere vedintur, de quocquid pars ecclesiae Lugdunensis civetati ibidem possidet, vel in conmutacionis titulum pro ipsa villa Orbana fuit ad parti fisci conlatum et ipsius Pannichio fuit concessum, vel hoc moriens dereliquit et ad fisco nostro fuit revocatum, nihil exinde contradicere, nec de parti ipsius domni Dionisii minuare nec abstrahire, nec nulla calomnia ob hoc generare, penitus non praesumatur; nisi predicta villa Napsiniaco cum omni merito vel integritate sua, hoc est terris, domnebus, edificiis, accolabus, mancipiis, viniis, silvis, campis, pratis, pascuis et paecoliis, praesidiis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, vel reliquis quibuslibet beneficiis utriusque genere sexsus, rem exquisita, quicquid dice aut nomenare potest, memoratus Chaino abba aut successoris sui, vel pars predicti basilici domni Dionisii aut congregacio ibidem consistencium, ex nostro munere largetatis omni tempore sub einunetatis nomine valiat esse concessum adque indulthum; ita ut, dum ipsa congregacio volomtario urdine ipse solidus docentus quod de saccello publico, seu et ipse solidus cento eximtis quod de ipsa Massilia, annis singolis in lumenarebus vel in alimonia consuetudinem, iuxta quod anterioris rigis hoc ibidem cinsiverunt, habuerunt recipendi; pars fisci nostri ipse solidus trecentus in saccello nostro perennis temporebus debiant recipere, et ubi fuerit iussum debiant dispendere; et nulla reclamacio nullo umquam tempore de parti ipse basilici domni Dionisii ad fisco nostro nec ad successoris nostrus non perveniat, et predicta villa Napsiniaco ad ipso sancto loco perenniter proficiat in augmentis, unde ipsa congregacio pro stabelitati regni vel salute patriae Domini misericordiae iugiter debiant exorare. Et taliter precipemus, ut pro mercidis nostri augmentum, vel stabelitati circa ipsa basilica domni Dionisii vel nostro palacio pertenenti, duas precepconis uno tenure conscriptas exinde fuisse iussimus: una in arce basilice sancti Dionisii resediat, et alia in tessaure nostra. Et ut hec preceptio firmiter habiatur, vel per tempora conservintur, manus nostri subscripcionebus subter eam decrivemus roborare. Amen.

† Childeberthus rex subscripsit. † Vulfoaecus iussus optolit. (S. R. c. not. Tiron.) (L. S.)

Data quod fecit mensis Decembris dies XIII. Anno primo regni nostri. Compendio, villa nostra. In Dei nomine feliciter.

68.

695. *Childeberthus III. rex proprietatem Ibbonis quondam, in loco nuncupato Hosdintio, in pago Bellovacensi, una cum ecclesiis ibidem constructis et omnibus ad eam pertinentibus — quae res antea ab Ibbone pro solidis sexcentis, quos Haino abbas fisco regio pro illo solverat, ad basilicam S. Dionysii, teste Bothario clerico Ibbonis filio, delegatae fuerant — ecclesiae S. Dionysii per placitum regale in perpetuum adiudicat.* Dec. 23.

* Autogr. membran. in tabular. Paris. signat. K. 3, n. 5. — Ectypon in Serie I, tab. XXX. Ediderunt ex autogr. Mabillon, Dipl. p. 477, n. 21, ad a. 694; — Bouquet IV, p. 674, n. 63, ad a. 695; — Felibien Pieces Justificat. p. 15, n. 21, ad a. 694; — Brequigny p. 339, n. 232, ad a. 695; — Pardessus II, p. 233, n. 434; — Letronne p. 47, n. 20, ad a. 695; — Tardif p. 28, n. 35, ad a. 695. — De Foy ad a. 695; Brequigny ad a. 694.

† Childeberthus rex Francorum, vir iuluster.

Cum nos in Dei nomine Compendium in palacio nostro una cum nostris fedelebus resederemus, I ibique veniens iuluster vir Aigobertus, menesterialis noster, in causa

a) littera in superscriptis in autogr.

venerabile viro Hainolne⁸² abbate de basilica domni Diunense, ubi ipse⁸³ precibus in corpore
 requisivit, suggerebat eo quod ante os annus, quando genetur noster Theudericus quondam
 rex partibus Austre hostiliter visus fuit ambolasse⁸⁴, homo nomine Ibbō quondam nulla-
 5 tenuis ibidem ambolasset [et⁸⁵ ob hoc solidos sexcentos fidem fecisset], et pro ipso Ibbone
 ipsi Haino abba [ipsus] solidos sexcentos eum roganti pro ipso composuisset, et pro ipso
 solidos sexcentos porcione sua in loco noncopanti Hosdinio, in pago Belloacense, ad inte-
 10 grum, [una cum illas ecclesias ibidem constructas], quicquid ibidem sua fuit possessio, ei
 per suo estrumentum delegasset vel firmasset. Sed dum filius suus Boctharius clirecus
 ibidem ad presens aderat, interrogatum fuit ei: se ipsi genetur suos Ibbō quondam ipsa
 15 porcione sua in suprascripto loco Hosdinio ipsius Hainoni abbati per suo estrumentum
 delegasset vel firmasset. Sed ipsi Boctharius clirecus in presenti taliter fuit professus,
 quod ipsi genetur suos Ibbō ipsa porcione in suprascripto loco Hosdinio se predicto abbati
 Haino per suo estrumentum delegasset vel firmasset, et auctor ei exinde aderat; et ipsa
 estrumenta in presenti ostendit relegenda, [et, visa eis, ipsas esse cognovit.] Proinde
 20 nos taliter una cum nostris procerebus constetit decessisse, ut dum inluster vir Ermenricus,
 optimatus noster, testimoniavit quod ac causa taliter acta fuisset denoscitur, iohimus ut
 memoratus Haino abba ipsa porcione in suprascripto loco Hosdinio [cum illas ecclesias]
 contra ipso Bocthario clirico, quicquid antedictus genetur suos Ibbō in iam dicto loco
 tenuit vel moriens dereliquit, omne tempore habiat evindicatum; et se necessetas ipsius
 25 Hainonis abbatis aut heredis suos fuerit, ipsi Boctharius clirecus aut heredis suos in auto-
 ricio eis estodiant defensare.

† Sighinus recognovit. (S. R. c. not. Tiron.) (L. S.) Bene valete.

† Data sub die X. Kalendas Januarii. Anno primo regni nostri. Compendium, feliciter.

69.

25 *Childeberthus III. rex monasterio S. Dionysii et S. Marcelli in Tusonis valle, in* ^{696.}
pago Camliacensi sito, quod Chardeicus quondam abbas in sua proprietate construxerat, ^{April. 8.}
rogante nepote eius Magnoaldo abbate immunitates a Theudericō III. rege, patre suo, con-
cessas confirmat.

* Autogr. membranac. in tabular. Paris signat. K. 3, n. 10. — Ectypus in Serie I, tab. XXXII.

30 Ediderunt ex autogr. Mabillon, Dipl. p. 477, n. 22, ad a. 695; — Bouquet IV, p. 675, p. 54, ad a. 696; —
 Filibien Pichon Justice, p. 15, n. 22, ad a. 695; — Brequigny p. 342, n. 234, ad a. 696; — Pardessus
 II, p. 236, n. 434; — Lebrun p. 52, n. 22, ad a. 696; — Tardif p. 30, n. 37, ad a. 696. — De Foy
 ad a. 695; Brequigny ad p. 695.

† Childeberthus rex Francorum, vir inluster.

35 Rictum esse censimus, se petitionibus sacerdotum, qui pro affectum ecclesiarum per-
 tenit, effectuae mancipamus, vel qui ab ipsis ibidem de qualibet adtractum fuit, additum
 vel conlatum, per nostris oraculis roboramus, qualiter postmodo et datoris mercis I per-
 maneat, et nus pro pristinum beneficium opinio bonis et premium sempeternum adriscat.
 Idcirco venerabilis vir Magnoaldus, abba de monasterio Tusone valle, que est in pago
 40 Camliaciacense, quem in honore sancti Dionysii et sancti Marcelli, quem avunculus suus
 Chardeicus I quondam abba super rem sua propria edificavit, et monasterio sub sancta
 rigola ibidem constitulavit, et ibidem ipso venerabili viro Magnoaldo abbati constituit esse
 rictorem. Sed ipsi vir Magnoaldus abba petiit celsitudinem nostri, ut quicquid ad ipso
 monasteriolo tam ad ipso abbate quam et⁸⁶ ad Deo timentis hominibus in quibuslibet rebus
 45 adque corporibus ibidem fuit aut fuerit additum vel prolatum, unde et preceptione domino et
 genitore nostro Theudericō quondam rege se ex hoc pro manibus habere adfirmat, ut nullus
 iudex poplicus ad causas audiendum vel fridde exigendum ibidem introitum nec ingressum
 habere non debeat. Quod nus pro mercidis nostri augmentum concessisse vel pristetisse se
 confirmasse cognoscite. Adio per presente preceptum ex hoc decernimus ordenandum, quod

50 a) ipse ipse dipl. b) serbe et ob hoc — scilicet et reliqua, quas unci facturimus, manus 1. suprascripta sunt. c) et
 superior.

82) Idem qui Chalo n'as vocatur.

83) Loquitur de bello Theudericī III. patris cum Daguberto II, in
 Austrasia gesto, a. 677.

in perpetuo volumus esse mansurum, ut neque vos neque junioris seu successorisque vestri, nec nullus quislibet ex iudiciaria potestate quoque tempore accinctus, in curtis vel villas ipsius monasterii, tam de quod ibidem presenti tempore est firmatum, quam quod inania tam de ipso vir Magnoaldo abbate quam et de reliquis Deo timentis hominibus in quibuslibet rebus adque corporibus ad causas audiendum vel fructa exigendum seu mansionis aut paratas vel qualiscumque retributionis, quod fiscus noster exinde accipere aut sperare potuerat, iudiciaria potestas nec nostro tempore nec successoribus rebus ingressum nec introitum plenitus habere presumat, nisi quicquid fiscus noster exinde sperare potuerat, in luminaribus ad ipso monasterio vel ad ipsis monachis, qui ibidem frequenter veduntur officium fungere, inspecta ipsa preceptione domno et genitore nostro [Theu]derico quondam rege, seu et nostro preceptum plinius in Dei nomine confirmatum, debeat in augmentis proficiscere; unde mercis nostra apud Domino retributione perennis temporibus debeat convalere, et ad ipsa congrigacione delictis pro stabilitate regni nostri iugiter deprecare. Et ut haec preceptio firmiter sit, manus nostri subscriptionibus super eam decrevimus roborare.

† Childeberthus rex subscripsi. † Nordeberthus optulit. (S. R. c. not. Tiron.) 15
(L. S.) Bene valete.

Data quod sicut mensis Aprilis dies octo. Annum secundum regni nostri. In Dei nomine. Noviginta feliciter.

70.

697.
Mart. 14.

*Childeberti III. regis placitum, quo curtem Nocito in pago Camiliacensi — quam 20
Theudericus III. monasterio Thusonis valle quondam concesserat, quam vero illustris viri
Drogonis uxorisque eius Adaltrudis, necnon Pippini maioris domus agentes sub specie con-
cambii, inter illustrem virum Bercharium quondam et Magnoaldum abbatem facti, iniuste
abstraxerant — Magnoaldo abbati ecclesiaeque S. Dionysii adiudicat.*

* Autograph, membranac. in tabular, Paris, signat. K, 3, n. 12. — E. (vpon in Série I, tab. XXXIII, 25
Ediderunt ex autogr. Mabillon, Dipl. p. 479, n. 24; — Bouquet IV, p. 476, n. 85; — Felibien Pièces Justificat.
p. 17, n. 24; — Brequigny p. 347, n. 238; — Pardessus II, p. 241, n. 440; — Leironno p. 34, n. 33; —
Tardif p. 31, n. 38. — De Foy ad n. 697; Brequigny ad n. 697.

† Childeberthus rex Francorum, vir iuluster.

Cum nus in Dei nomine Compendio in palacio nostro una cum apostholecis viris, in 30
Christo patrebus nostris, Ansoaldo, Savarico, Turnochaldo, Ebarelo, I Grimone, Constantino,
Ursiniano episcopis, necnon et iulustri viro Pippino, maiorum domus nostro; Agnerico,
Antenero, Magnechario, Crimoaldo optematis; Ermenltheo, Adalrico, Ionathan comitebus;
Vulsolaeco, Argילו, Madulfo domestecis; Benedicto, Ermedramno seniscalcis; seu et Hoclo-
berchio comite palatii nostro, vel cunctis fedilibus nostris, ad universorum causas audiendum 35
vel recto iudicio termenandum resederimus; ibique veniens venerabilis vir Magnoaldus abba
de monasterio Thusonevalle, quem habuncolus suos, domnus Chardericus condam epi-
scopus, suo opere edificavit, clemenciae regni nostri suggestit, eo quod agentis iulustri viro
Drogone filio, itemque iulustri viro Pippino, maiorum domus nostro, curte basilici sui nunc-
panti Nocito, que ponetur in pago Camiliacense, qui fuerat Gaerino condam, et de fisco per 40
preceptione domno et geniture nostro Theudericus condam rige ad ipso monasterio fuerat
concessa, ipsi agentis memorato Drogone malo urdene de potestati ipsius Magnoaldo vel
monasterio sui tullissent vel abstraxissent, seu et mancipia, pecunia, vel reliquis ris quam-
pluris exinde naufragiassent vel devastassent. Intendebat aecontra ipsi Drogus, eo quod socer-
suos, iuluster vir Bercharius, ipsa villa de ipso Magnoaldo concamiassit, et eidem iustissime 45
ad partem coniuge sui Adaltrute rebus reddeberitur. Intendebat aecontra ipsi Magnoaldus,
quasi conlocutione et convenencia exinde apud ipso Berchario habuissit, ut ipsa inter se
conmutassent, sed hoc numquam ficissent, nec de ipsa curte ipsi Bercharius mano vestita
numquam habuissit, nisi malo urdene per forcia et inico ingenium ipsi agentis predicto
Drogone de potestate sua abstraxissent. Interrogatum est ipsius viro Drogone, quatenus 50
intendebat, quod exinde socer suos concammio apud ipso Magnoaldo ficissent, se talis
epistulas conmutacionis exinde inter se ficissent, aut se ipsas in nostri presencia presentare
potibat. Sed ipsi strumentum exinde nullatenus presentavit, nec nulla evidenti potuit

tradere ratione, per quod ipsi Berecharius ipsa habere debuisset, nec per quo urdene ipsa ipsi Drogo ad parte coniuge sui nec ad sua habere debirit. Sic ei a superscriptis viris, domnis episcopis vel optematibus nostris, in quantum ipsi inluster vir Hociobercthus comis palacii noster testimoniavit, nuscitur iudecasse vel definisse, ut ipsi vir Magnoaldus ipso loco Nocito, quantumcumque exinde per precepcione ipsius domno et geneture nostro ad ipso monasthrio suo Tunsonvalle fuerat concessum, hoc ipsi Drogo ad sana mano eum exinde revestire debirit, et ipsi Magnoaldus illa fructa, hoc est vinus vel annonas aut fenus, quod exinde missi sui devastaverunt, ei indulgere debirit; quod ita et ficit. Proinde iobimimus, ut ipsa rem Nocito, quantumcumque ibidem Gaerinus possidit aut undeque ad ipso pec-
16 vinit, et ab ipso geneture nostro ad ipso monasthrio per suum preceptum fuit concessum, omne tempore contra ipso Drogo et coniuge sua Adalrute aut herides eorum, vel culuscumquelibet de parti eorum, omne tempore habiat evindecatum adque helitiatum, et sit inter ipsis in postmodum ex ac re subita causacio.

† Aigobercthus ad vicem Chaldeberctho iussus recognovit. (S. R. c. 15 not. Tiron.) (L. S.) Bene valete.

† Data quod ficit minsis Marcus dies XIII. Anno tercio rigni nostri. Conpendio. In Dei nomine. Feliciter.

71.

Childeberthus III. rex monasterio S. Mariae Argentoliensi silvam Cornioletum con- 697.
cedit. Apr. 3.

* Autographum in Bibl. Paris. Supplem. Latin. n. 1362, 3. — Etypon apud Silvestre, Paleogr. III, tab. 67. —
Scripturae specimen in Nouveau Traité etc. Vol. V, tab. XCI, n. 1. (Versionis Germanicae tom. VIII, p. 334.)
Ediderunt ex autogr. Felibien, Hist. de Paris, Tome III, Preuves p. 23, col. 2; — Mabillon, Annal. VI, Appendix
p. 656; — Bouquet IV, p. 677, n. 86; — Brequigny p. 348, n. 239; — Pardessus II, p. 242, n. 441. —
De Poy ad n. 697; Brequigny ad n. 697.

Carta domineca de silva, que dicitur Corniolati.

† Childeberthus rex Francorum, vir inluster.

Se oportuna beneficia ad loca sanctorum, quod pro iuvamenti servorum vel ancillarum Dei pertinet, libenti hanimō prestamus, et hoc nobis ad aeterna retributione pertēnre con-
38 sidemus. Ideoque cognuscat magnetudo seu hutletas vestra, quod inus silva nostra, qui vogatur Cornioletus, super fluvium Sequena, in pago Parisiaco, quicquid ibidem a longo tempore fiscus fuit, aut in giro tinuit, vel forestariae nostri usque nunc defensarunt, ad monasthrio sancti Mariae, sancti Petri et Pauli vel citerorum sanctorum, que est constructus in villa Argentoiato, ubi preest inlustris Deo sacrata Leudesinda abbatissa, pro mercedem
35 nostri augumentum vel pro consolacione ancillarum Dei inibe referenti, plena et integra gracia visi suaemus concessisse. Adeo per presentem precepcione decernemus ordenandum, quod in perpetuum volumus esse mansurum; ut neque vos, neque iuniores seu succes-
40 sores vestri, nec quislibet de ipsa silva nostra Cornioletum memorati Leudesindaē aut successoris suas vel ipsius monasthriae suae Argentoiato contradicere, nec nichil exinde minuare, nec nulla calomnia generare, non presumatis, nisi quicquid superius contenitur. Ipsa silva ad integrum, sicut fiscus noster fuit, aut foresteriae nostri defensarunt, iam dicta Leudesinda vel pars ipsius monasthriae suae Argentoiati aut congregacio ibidem consistencium omne tempore et nostra indulgencia sub aemunitatis nomine vidiat habere
45 concessum adque indultum, ita ut ad ipso sancto loco perenniter proficiat in aug-
mentum.

Et ut hec precepcelo firmitior habiatur et per tempora conservitur, manus nostris sub-
scriptionibus subter eam decrivemus roborare.

† Childeberthus rex s(ubscriptis).

† Vulfolatcus iussus optolit. (S. R. c. not. Tiron.) (L. S.) Bene valete.

50 Data quod ficit minsis Aprilis diaes tres. Anno tercio rigni nostri. Conpendio. In Dei nomine feliciter.

a) Carta — Corniolati in dorso diplomatis manu antiqua et litteris Merovingicis inscripta sunt. b) qui autogr.

72.

c. n. 700. *Childeberthus III. rex monasterio S. Petri et S. Mariae, in loco Fossatus ad fluvium Matronam in pago Parisiaco constructo, emunitatem omnium possessionum concedit.*

* Autographum membranace. in tabular. Paris. signal. K, 3, n. 12^a. — Ectypon in Serie II, tab. XII.
Ediderunt ex autogr. H. Bordier, in Bibl. de l'École des Chartes, Serie III, tome I, pag. 59; — Tardif p. 34, n. 41, 5

(Childeberthus rex Francorum, vir inluster.)

(Tunc regalis celsitudo fundamenta sui culmenis corroborat, quando [petitionibus sacerdotum aut pontificum quod pro opportunitate] pertineat auditur et [ad effectum in] Dei nomeni mancipatur. Idioque cognuscat magnetudo seu utilitas vestra, quod nus integra inmonitate venerabili viro Waldomaro abbade de monestirio,] quod est in onore sancti Petri et sancti Marie vel ceterorum domnorum sanctorum super fluvium Matrena in pago Parisiaco constructus, ubi ipsi abbas cum turma plurima [monachorum]m sub sancta regola conversare veditur, de omnis vilas vel curtis suas vel de ipsius monisterio in quibuslibet locis adque terraturis, quiquid presente [possedi]re viditur aut adhuc inantia ibidem fuerat adetum, visi fuemus concessisse. Idio per presente preceptione decernemus urdenandum, quod in perpetuo volumus esse mansurum: ut neque vos neque iunioris seu subcessoris vestri, nec quislibet, in curtis vel vilas ipsius abbati vel ipso monestirio, quod est in honore sancti Petri et sancti Marie vel ceterorum domnorum sanctorum in ipso loco Fossatus constructum, ubi et ubi in rigna Deo propicio nostra quoque tempore ex munere s. l. populi seu de comparato aut de qualibet adtracto possidere veditur, aut adhuc inantea ibidem fuerat adetum, aut meliorare potibunt, nullus iudex publicus ibidem ad causas audiendum, freda exegendum, fediessoris tollendum, nec mansionis aut paratas faciendum, nec homines tam ingenuos quam servientis distrinendum, nec nulas retributionis requerendum nec exactandum, iudicialia potestas ibidem quoque tempore ingredi non presumat, nisi memoratus abba Waldmarus vel successoris sui, aut congregacio in ipso monestirio conversare viditur; ho . . . l te eorum, in quibuslibet palas adque terraturis sub immunitatis nomeni cum omnis fredus concessus, tam ipsi quam et successores sui omni] tempore valiant possidere vel domenare. Et ut hec auctoritas firmior habiatur et in omnibus conservitur, manus nostra subscriptionibus subte]r eam decrivemus adfirmare.

† Sygobaldus iussus optolit. (S. R. c. not. Tiron.)

(Childeberthus rex s[ub]scripsit.)

73.

702. *Childeberthus III. rex donationem monasterii Lemausi in pago Stampensi, quam Gammo quondam possessor et uxor eius Adalgude monasterio S. Dionysii tradiderant, placito in villa Carraciaco habito confirmat.*

* Autographum membranace. in tabular. Paris. signal. K, 3, n. 13. — Ectypon in Serie I, tab. XXXV. — Scripturæ specimēn apud Mabillon, Dipl. tab. I, n. 2; Nouveau Traité, tome III, tab. LXVI. (versionis Germanicæ vol. V, tab. LXXI, n. 2.)

Ediderunt ex autogr. Mabillon, Acta SS. sæc. III, pars 2, p. 620, n. 9, ad a. 703; — Le Cointe V, p. 279, 40 n. 82; — Mabillon, Dipl. p. 480, n. 28, et Supplem. p. 95, ad a. 703; — Gallia Christ. VII, Instrum. col. 4, n. 4; — Bouquet IV, p. 680, n. 91; — Bouillart Preuves p. 8; — Brequigny p. 366, n. 253, ad a. 703; — Pardessus II, p. 261, p. 456; — Lefronne p. 61, n. 35, ad a. 703; — Tardif p. 35, n. 42, ad p. 703. — De Foy ad a. 701; Brequigny ad a. 701. — Germon II, 212 diplomā spurium esse contendit; auctoritatem eius defendunt Mabillon, Dipl. Supplem. p. 25, et Nouveau Traité, vol. III, p. 659 (vers. German. vol. V, 213), 45

† Childeberthus rex Francorum, vir inluster.

Cum nos in Dei nomine Carraciaco villa Grimoaldo malorum domus nostri, una cum nostris fedilebus resederimus, ibique veniens venerabilis vir Chedelmarus abba adversus misso Adalgude Deo sacrata, nomine Algaheu(s),] suggerēbat dum dicerit, eo quod monasteriolo in pago Stampinse, noncobante Lemauso, una cum adiecencias suas in quibuscumque pagis adque terreturiis, villabus, domebus, aedificiis, acolabus, mancipiis, libertis, campis,] viniis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursebus, farlnariis, gregis cum

pastorebus, presidiis, mobilebus et immobilebus, rem inexquaesita, ad intecrum, quicquid possessio Gammonē condam et conloge suae, memorata Adalgude, fuerunt, per eorum strumenta ad monasthrio sancti Vincenti vel domni Germani, ubi ipsi preciosus dominus in corpore requiescit, quae est sub opidum Parisiace civetatis constructus, ubi Chedelmarus abba preesse videtur, condonaverant, et ipsa strumenta in presenti ostendit ad relegenda. Relecta ipsa strumenta, sollicitum fuit ipsi (Aigatheo) a nobis vel a proceribus nostris interrogasse: se aliquid contra ipsa strumenta dicere aut obponere volebat, in presenti dicere debirit. Sed ipsi taliter adseruit, quod ipsas donacionis, quem venerabilis vir Chedelmarus abba proferebat, veracis aderant, et eas recognovit, et nihil contra hoc dicere nec obponere volebat. Qui et ipsi Aigatheus in presenti per sua festuca, tam pro se quam et pro ipsa Adalgude, se in omnibus de ipso monasthriolo Lemauso una cum adiecencias vel adpendiciis suis superius intematum dixit esse exitum. Proinde nos taliter una cum nostris proceribus constetit decrivisse, ut dum inluster vir Ghyslemarus, comes palati nostri, testimoniavit, et inter ipsis fuit iudicatum, ut dum contra ipsa strumenta nihil habebat quod dicere nec quod obponeret, per sua festuca se exinde in presenti dixit esse exitum, tobemus ut ipso monasthriolo superius nomenato, Lemauso, cum omni integritate sua, ad se pertentente vel aspiciente, quem iam dictus Gammo condam vel coniox sua Adalgudis per eorum strumenta ad ipso monasthrio sancti Vincenti vel domni Germani condonarunt, vel quicquid ipsi Gammo moriens dereliquit, abisque^a repetitione iam dicta Adalgude aut heridebus suis, omni tempore ad partem ipsius monasthriariae sancti Vincenti vel domni Germani, aut rectoris suos, habiant aevindecatum adque aeldiatum; et sit inter ipsis ex hac re in postmodo subita causacio.

† Beffa recognovit ac subscripsit. (R. c. not. Tiron.)

(L. S.) Bene valete.

25 Data quod ficit mensis Februarius dies XXV, Anno VII. regni nostri. Carraciaco feliciter.

74.

Childeberthus III. rex, petente Theudeberto abbate, monasterio SS. Sergii et Medardi c. a. 705. Andegavensi privilegia, ab antecessoribus suis Chlodoveo II. et Theudericus III, patre suo, eidem coenobio concessa confirmat.

^a Chartular. S. Sergii Andegavensis, fol. 9, n. 12.

Ediderunt ex hoc chartulario: Huret, Antiquités d'Anjou p. 101; — Morice, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ... de Bretagne I, Preuves, col. 223 (utroque fragmentum tantum diplomatis); — ex eodem Integrum ediderunt: Gallia Christ. edit. I, tom. IV, p. 820; — Le Coigne IV, p. 441, n. 16; — Bouquet IV, p. 681, n. 92; — Brequigny p. 372, n. 259; — Pardessus II, p. 267, n. 463. — De Foy ad n. 704; Brequigny ad n. 705.

35 Childebertus rex Francorum, vir inlustris, omnibus agentibus tam praesentibus quam et futuris. Quicquid pro coelesti amore vel pro aeterna retributione ad loca sanctorum ab antecessoribus principibus parentibusque nostris fuit indultum, si hoc nostris oraculis affirmamus, retributorem Dominum exinde habere confidimus. Igitur cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, quod venerabilis vir Theudebertus abba de monasterio, quod est in honore peculiaris patroni nostri, sancti Sergii, et domni Medardi episcopi, in suburbio Andegavis urbis constructum, ad nostram accessit praesentiam et clementiae regni nostri suggestit, quod de curtibus praedictae sanctae basilicae, quae nominantur Marentius, Silviliacus, Tannucus, Neviliacus, Senona et Gestonnus, annis singulis inferendum solidos sex inferendos in alios sex de remissaria auri pagensis inferendo in fisci ditiones redderant. Et tale beneficium bonae memoriae avus noster Chlodoveus et genitor noster Theudericus, quondam reges, per eorum auctoritatem ad ipsum monasterium suae manus subscriptionibus pro mercedis eorum augmento concesserunt, ut nullus iudex publicus in ipsas curtes ad agendum, nec ad freda exigendum, nec ad mansiones faciendum, nec ad causas audiendum, nec ad fidelissores tollendum, nec ad pastos nec ad paratas intraret, nec iudicaria potestate ullam redibitionem penitus exinde requireret, nisi quod ipsam inferendam idem abbas per se ipsum aut per missos suos annis singulis in sacellum

a) pro aulogr. b) obponeret dipl. c) sua adalgudis dipl. d) = absque. e) anno VII. aulogr. anno VIII. editores omnes et Tardif. f) Genebionnus edit. g) Clodoveus c. h) Theudericus c. i) ipsum om. c.

publicum reddere deberet. Unde et alias praeceptiones seu et confirmationes a gloriosis parentibus nostris anterioribus, manibus eorum roboratas, se prae manibus habere affirmat, per quas ipsum beneficium ab ipsis principibus fuit indultum, vel usque nunc conservatum. Ideoque pro firmitatis studio petiit nostram celsitudinem, ut nostra auctoritas circa ipsum monasterium vel eius congregationem hoc de novo generaliter confirmare deberet, cui nos hanc petitionem pro reverentia sancti ipsius loci, sicut unicuique petenti, nequivimus denegare, sed gratanti animo praestitisse et in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipimus enim ut, sicut constat in respectu ipsius anterioris praeceptionis vel confirmationis, quod ipsum beneficium usque nunc de tam longo tempore absque ullo contradicente ab ipsis principibus inibi legaliter fuit conservatum, ita deinceps teneatur, ut neque vos, neque iuniores seu successores vestri, nec ullus quilibet de iudiciaria potestate, ad agendum, nec ad freda exigendum, nec ad mansiones faciendum, nec ad causas audiendum, nec ad fideiussores tollendum, nec ad ullas quaslibet redibitiones ibidem penitus exactandum ingredi audeat; sed quodcumque pars fisci nostri exinde percipere aut exactare potuerat, nullus vestrum hoc penitus requirere praesumat, nisi tantum annis singulis ipsi solidi duodecim per ipsum abbatem aut per missum suum nostris aerariis inferri debeant, ut dictum est, nostris et futuris Domino auxiliante temporibus. Igitur cum Dei et nostra gratia per inspectas antedictas praeceptiones, sicut usque nunc ipsum beneficium semper fuerat conservatum, iubemus, ut inantea pro mercedis nostrae intuitu in omnibus conservetur.

Et ut haec auctoritas plenior obtineat vigorem, vel ut ipsam congregationem iugiter delectet pro stabilitate regni nostri Domini misericordiam frequentius deprecari, manus nostrae subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

Childebertus rex.

75.

706,
Mart. 12

Childeberthus III. rex basilicae S. Dionysii villam Solemium in pago Fanmartinse, super fluvium Scaldim, cum oratorio S. Martini ad Crucem omnibusque ad illud pertinentibus concedit.

1. Copia vetus, litteris Merovingicis conscripta, in tabular. S. Dionysii. — 2. *Copia vitata saec. XIII, ibidem, eadem, ut videtur, quae hodie exstat in tabulario Insulano.
Ediderunt 1) ex copia veteri: Mabillon, Dipl. p. 481, n. 26; — Bouquet IV, p. 682, n. 93; — Brequigny p. 374, n. 261, additis codicis 2 lectionibus; — Pardessus II, p. 271, n. 466; — 2) ex copia saec. XIII, vitata: Jacques de Guyse, Hist. de Hainaut, edit. I, (1530.) vol. II, fol. 40; — edit. II, par Fortis d'Urban (1830.) vol. VIII, p. 158; — Doublet p. 688; — Le Coigne IV, p. 447, n. 7; — Miraeus, Diplomata Belg. p. 248; — Notit. eccles. Belg. p. 17; — Opera dipl. I, p. 214 (ex Guyssii Hist. et Doublet); — Le Glay in 35 Documents historiques inédits... publiés par Champollion-Figeac, tom. III, p. 397, cum versione Gallica saec. XIII. (ex chartular. tabularii Insulani). — De Foy ad a. 706; Brequigny ad a. 706; Waufrers ad a. 706.

Childebertus rex Francorum, vir illustris.

Se aliquid ad loca sanctorum vel monastirie, quod pro oportunitate locis sanctorum pertinet, pristamus vel concedimus, hoc nobis ad laudem vel ad aeternam retributionem in Dei nomen proficere confidemus. Igitur cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, quod nunc villa nostra nocopante Solemio, quae ponitur in pago Fanmartinse super fluvio Sane, una cum omni mereto vel adiacentias suas, et quicquid fiscus noster tam de Garaninga, quam et de Romerteria ibidem tenuit, vel de qualibet attractum ibidem possiduit, etiam et oratorio illo ad Cruce, qui conlungitur ad ipso termino de ipsa villa Solemio, qui est constructus in honore sancti Martini, cum omnis res, quae ibidem aspicunt, ubi Madalgisclus servus noster custos praesesse videtur, id est in terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, vinis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursebus,

- a) Childebertus 2. b) illustris 2. c) aliquis 2. d) monasteriorum 2. e) que 2. f) opportunitatis 2. g) pertinent 2. h) prestamus 2. i) concedimus 2. k) pervenire 2. l) constitimus 2. m) nos 2. n) nocu- 50 parte 2. o) Fanmartinse 2. p) fluvium 2. q) Sane 2; Scald. Mat. r) nocopante 2. s) garanin[...]. quam 1; Garaninga 2. t) [...] Romerteria 2. u) quolibet 2. v) possedit 2. w) que 2. x) coniungit 2. y) ab 2. z) que 2. a) constitutus 2. b) omnibus rebus 2. c) quicquid 2. d) Madalgisclus 2. e) cuotus 2. f) videtur 2. g) tam terris 2.

Handwritten text on the left side of the page, possibly a name or title.

Handwritten text in the middle left section.

Handwritten text in the middle right section.

Main body of handwritten text, appearing to be a list or a series of entries, possibly related to a historical or administrative record.

Handwritten text in a cursive script, likely a letter or document. The text is dense and fills most of the page. It appears to be a personal communication, possibly a letter of introduction or a request, given the context of the stamp and the signature.

Handwritten signature or name, possibly "L. J. ...".



Handwritten text at the bottom of the page, possibly a date or a reference number. It includes a large, stylized initial or symbol.

pecoliis^a, praesidiis, gregis cum pastorebus, farinariis, mobilebus^b et immobilebus, totum^c et ad integrum, ut diximus, quicquid ad ipsa villa aspicere^d veditur, et usque nunc ibidem fiscus noster tenuit^e, ad^f basilica domni^g Dionisii^h marterisⁱ, ubi ipse pretiosus dominus in corpore requiescit, et venerabilis vir Chillardus^j abba praesesse veditur, cum^k omni integritate ad ipsa villa perteenente vel aspiciente, plina et integra gratia, iure proprietario, sub emunitatis nomine, cum omnes redebiciones^m sibiⁿ concessas, ad opus ipsius domni Dionisii vel congregacione^o sua, ibidem consistente^p, vise fuimus concessisse. Ideo^q per praesente praeeptione decernemus urdenandum^r, quod in perpetuum volumus^s esse mansurum, ut neque vos neque iuniores seo^t successores vestri, nec quislibet de iudicaria potestate, de praedicta villa Solemio, sicut usque nunc fiscus noster tenuit^u, ad parte praedictae basilicae domni Dionisii vel^v ad agentes suos nulla refragatione^w nec nullo^x impedimentum facere^y non praesumatis: nisi, ut diximus, ex nostrae munere largetatis ipsa villa Solemius cum omne^z integritate vel soleditate^{aa} una cum adiacencias ad se pertinentes vel aspicientes, immoque et suprascripto oratorio sancti Martini ad Cruce^{ab}, seu^{ac} quod ibidem aspecit, pars ipsius basilicae domni Dionisii vel omnis congregacio sua omne tempore sub emunitatis nomine absque^{ad} cuiuslibet refragatione aut impedimentum^{ae} habeat concessum^{af} atque indultum^{ag}, ac ipsa basilica domni Dionisii marteria^{ah} praesentibus^{ai} et futuris Deo auxiliante temporebus proficiat^{aj} in augmentis.

Et ut haec praeeptio firmitior sit, manus nostrae subscriptionibus^{ak} subter eam declinamus^{al} roborare.

Childeberthus^{am} rex subscripsi.

Blatcharius iussus subscripsi.

Data^{an} quod sicut minsis Marcus dies XII. Annum XII. regni nostri. Mamaccas^{ao}.

In Dei nomine. Feliciter.

76.

Childeberhti III. regis placitum, quo Audoino clerico, qui a Leodefrido quodam⁷⁰⁹ duos mansos in locis Childriciaecas et Taxmedas, in pago Tellao sitos, comparaverat, possessionem illam confirmat. Apr. 8.

* Autographum membranae. in tabular. Paris. signat. K, 3, n. 14. — Ectypon in Série I, tab. XXXVI. — Scripturas specimen apud Mabillon, Dipl. tab. XXII, n. 1. Ediderunt ex autogr. Mabillon, Dipl. p. 482, p. 27; — Bouquet IV, p. 683, n. 95; — Broquigny p. 392, n. 367; — Pardessus II, p. 279, n. 473; — Leironne p. 63, n. 36; — Tardif p. 38, n. 43. — De Foy ad n. 709; Broquigny ad n. 709.

† Childebercthus rex Francorum, vir iuluster.

Cum nus in Dei nomine Crisciaeco in palacio nostro una cum nostris sedilebus ad unversorum causas audienidas vel ricta iudicia termenandas resederimus, ibique veniens venerabilis vir Audoinus clirecus, suggeribat dum dilecerit, eo quod ad homene, nomine Leodefrido, mansellus duos in loca nuncupantis Childriciaecas et Ad-Taxmedas, sitis in pago Tellao, quod de parte genitore suo Godfrido vel genetrice sua, Ragambertane quondam, ex legitima successione ad ipso pervinit, data sua pecunia per vindicionis titolum ad eodem comparassit; et ipsa vindicione in presente ostendedit relegenda. Relicta ipsa vindicione, sed dum ibidem ipse Leodefridus ad presens aderat, interrogatum ei fuit: se ipse mansellus suos in iam dicta loca Childriciaecas et Taxmedas in iam dicto pago Tellao, quod de parte genitore suo Godfrido vel genetrice sua Ragambertane ex legitima successione ad eum pervinit, ipsius Audoino clireco vindedissit, aut se precium exinde accepissit, aut se vindicione fieri adfirmare rogassit, aut se autor ei exinde aderat. Qui ipse Leodfridus

a) pecuniis 2. b) mobilibus et immobilibus 2. c) A. l. rex arguita pro totum et scribit 2. d) aspicere om. 2. e) fuit pro tenuit 2. f) n pro ad 2. g) domini et sic semper 2. h) Dionisii et sic semper 2. i) martyris et sic semper 2. j) Thalyedus 2. k) A. l. addit ut diximus cod. 2. l) redubitionis 2. m) sibi met 2. n) vel omni congregacione 2. o) consistans 2. p) Adeo 2. q) vocem per om. 2. r) ordinandum 2. s) volumus 2. t) seu 2. u) affuit pro tenuit 2. v) et 2. w) requisitione 2. x) illum 2. y) exinde addit 2. z) omnibus 2. aa) solidetas 2. ab) Cruce 2. ac) cum pro seu 2. ad) A. l. verba iure proprietario addit 2. ae) impedimento 2. af) ut concessa 2. ag) indulta 2. ah) marteris om. 2. ai) nostra 2. aj) proficiat 2. ak) suscriptione 2. al) declinamus 2. am) Childebercthus — iussus subscripsi om. 2. an) Datum corfartense Martii die duodecimo, anno XII. regni nostri 2. ao) Mamaccas — feliciter om. 2.

taliter in presente fuit professus: quod ipse mansus duos in iam dicta loca Childriciaegas et Taxmedas in iam dicto pago Tellao, quod de parte genitore suo Godfrido et genetrice sua, Ragambertane quondam, ex legitima successione ad eum pervenit, ipsius Audoino vindedissit, et precium exinde accepissit, et vindicione fieri adfirmare rogassit, et autor ei exinde aderat. Proinde nus taliter una cum nostris procerebus constedit decrivisse: ut dum inluster vir Bertoldus, comes palati nostri, testimoniavit quod ac causa sic acta vel inquesita fuisset per urdene, lobimms ut memorathus Audinus ipse mansellus in iam dicto loco Childriciaegas et Taxmedas, in sepedictho pago Tellao, quicquid de parte genitore suo Godfrido vel genetrice sua, Ragambertane quondam, ex legitima successione ad eum pervenit, una cum mansis, terris, domebus, edeficiis, mancipiis, peculiis, presidiis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursebus, mobilebus et immovilebus, cultis et incultis, cum omne integritate, tutum et ad integrum, quicquid in supraescripthis mansis tam de alote quam et de comparatho, seo de qualibet adtractho ibidem sua fuit possessio vel domenacio, iam dictus Audinus clirecus contra supraescriptho Leodfrido vel suis heridebus, in respecta ipsa vindicione, sicut per eadem declaratur, omne tempore habiat evindegatas adque elidigatas; et se necessetas ipsius Audino clireco inantia fuerit, iam dictus Leodfridus aut heridis sui eum in autoricio contra quemlibet estudiant defensare.

† Blatcharius recognovit. (S. R. c. not. Tiron.) (L. S.)

Data quod ficit minsis Aprilis dies octo. Annum XV. rigni notri. Crisciaeco. In Dei nomine feliciter.

77.

110,
Dec. 13.

Childeberthus III. rex in placito, Mamaccas habito, basilicæ S. Dionysii teloneum, quod in mercatu, annualim in festo S. Dionysii instituto, negotiatores et Saxones illuc advenientes monasterio solvere debebant, cuius vero partem dimidiam agentes Grimoaldi, maioris domus, et comitis pagi Parisiensis abstrahere solebant, secundum privilegia antecessorum suorum de novo adiudicat.

* Autographum membranæ, in tabular. Paris. signat. K, 3, n. 15. — Ectypon in Serie I, tab. XXXVII.

Ediderunt ex autogr. Mabillon, Dipl. p. 482, n. 28; — Gregorii Turon. Opera ed. Kuhnart, col. 1384; — Bouquet IV, p. 684, n. 96; — Felibien Pièces Justificat. p. 18, n. 25; — Brequigny p. 388, n. 271; — Pardessus II, p. 285, n. 477; — Letronne p. 64, n. 37; — Tardif p. 37, n. 44. — De Foy ad a. 710, Brequigny 36 ad n. 710.

† Childeberthus rex Francorum, vir inluster.

Cum in nostra vel procerum nostrorum presencia Mamacas in palacio nostro, venientes agentes venerabili viro Dalfino, abbate de basilica peculiaris patronis nostri sancti Dionysii, ubi preciosus domus in corpore requiescit, aderebant adversus agentes inlusteri viro Grimoaldo, maiorem domus nostri; eu^b quod a longo tempore Chlodovius quondam, filius noster, seu et posthia avunculus noster Childericus, vel domnus et genetur noster Theudericus, eciam et germanus noster Chlodocharius, per eorum precepconis illo teleneu, quicquid de omnes negociantes aut Saxonis vel quascumquelibit nacionis, ad ipsa sancta fistivetate domni Dionysii ad illo marcado advenientes, ad ipsa basilica sancti Dionysii in integretate concessissent, sic quoque, ut nec posthia nec tunc pars fisco neque ibidem ad ipso marcado, neque infra pago Parisiaco, aut in ipsa civetate Parisius, postia nullus teleneus ad ipse homenis negociantes de ipsa vice non exigintur nec tollintur; sed hoc pars predicte basilice domni Dionysii in integretate omne tempore habirit concessum adque indultum. Unde et talis precepconis predictorum principum in presente ostenduntur dirigendos. Relictas et percurtas ipsas precepconis, inventum est quod taliter ab ipsis principibus ad ipsa casa Dei in integretate fuit concessum. Postia dicebant quasi agentes ipsius viro Grimoaldo, maiorem domus nostri, eciam et comis de ipso pago Parisiaco, medietate de ipso teleneu eisdem tollerent, vel de parte ipsius basilice abstraherent. Aserebant econtra agentes ipsius viro Grimoaldo, maiorem domus nostri, quare de longo tempore talis consuetudo fuisset, ut medietate exinde casa sancti Dionysii receperit, illa alia medietate illi comis ad partem fisco nostri. Intendebant econtra agentes sancti Dio-

a) A. L. supplenda sunt, quæ in autographo desiderantur, hæc: ad universorum causas audiendas vel recto iudicio terminandas resederemus. b) = eo. c) casa hinc scriptum in dipl.

nisi, quasi hoc Gairinus quondam, loce ipsius Parisiæ comis, per forcia hunc consuetudinem ibidem misisset, et aliquando ipsa medietate de ipso teleneu eisdem exinde tullisset; sed ipsi agentes hoc ad palacium resogessissent, et eorum precepcionis in integritate semper renovassent. Iterum inquisitum est per plures personas, eciam et per ipsas precepciones, quod antedictæ principis ibidem in primordio et in posterum in integritate concesserunt vel adfirmaverunt. Sic ascientie ipso viro Grimoaldo, maiorem domus nostri, eciam et alii plures nostri fidelis visi fuerunt decrevissi vel iudecasse, ut agentes ipsius viro Grimoaldo pro partem fisco nostri eusdem exinde per wadio de ipso teleneu in integritate revestire debirent; quod ita et ficerunt. Sed dum ac causa taliter acta vel definita seu inquisita vel iudicata, in quantum inluster vir Sigofredus, comis palatie nostre, testimoniavit, fuisset denusceter: iobimimus, ut omnè tempore pars predictæ monastiriæ sancti Dionisii, ubi ipse preciosus domnus in corpore requiescit, et Dalfinus abba vel successoris sui, ipso teleneu in integritate de ipsa fistivitate sancti Dionisii, tam quod ibidem super terras ipsius basilice resedire vedintur, quam et postia ipsa vice ad Parisius, omnè tempore, inspecta eorum anteriores precepciones, habiant evindecatum adque elidiatum. Et quatenus antehactis temporebus, clade intercedente, de ipso vigo sancti Dionisii ipse marcadus fuit emutatus, et ad Parisius civitate inter sancti Martini et sancti Laurenti basilicis ipse marcadus fuit factus, et inde precepciones predictorum principum acceperunt, ut in ipso loco, aut ubique ad ipsa fistivitate resedibant ad eorum negucia vel commercia exercienda, ipso teleneu pars predictæ basilice domni Dionisii in integritate receperit; et se eventit aut pro clade, aut per quacumque delacione intervenita, exinde aliubus fuerit ipsi marcatu emutatus, predictus teleneus in integritate ad ipsa casa Dei presentis temporebus et futuris in lumenarebus ipsius sancti Dionisii pro reverencia ipsius sancti loce permaniat concessus adque indultus; et sit tam inter parte fisco nostri quam et inter agentes sancti Dionisii omnis lis et altergacio subita.

† Actulius iussus recognovit. (S. R. c. not. Tiron.)

(L. S.) Bene valete.

Data quod ficit mînsus December dies XIII. Anno XVI. rigni nostri. Mamaccas feliciter.

78.

30 *Childeberthus III. rex farinarium quoddam in loco Cadolatico, infra terminum Vernense, ad villam basilicæ S. Dionysii Latinlacum aspiciens, quodque Grimoaldus maior domus per agentes sibi vindicare studebat, monasterio S. Dionysii per placitum adiudicat.* 710. Dec. 14.

* Autographum membranæ in tabular. Paris. signat. K. 3. n. 16. — Ectypon in Serie I. tab. XXXVIII.

35 Ediderunt ex autogr. Mabillon. Dipl. p. 493, n. 29; — Bouquet IV. p. 683, n. 97; — Febien Pièces Justific. p. 19, n. 26; — Brequigny p. 269, n. 272; — Pardessus II. p. 266, n. 478; — Letronne p. 67, n. 38; — Turdit p. 88, n. 45. — De Foy ad c. 710; Brequigny ad n. 710.

† Childeberthus rex Francorum, vir inluster.

Venientis agentes baselece peculiaris patronis nostri domni Dionisii, ubi ipse preciosus in corpore requiescit et venerabilis vir, Dalfinus abba, custos preesse vedittur, Mamaccas in palacio nostro, nobis sogesserunt eu quod farinario illo in loco noncopante Cadolatico, infra termino Vernense, quem a longo tempore antecessoris sui ad villa ipsius baselece Latinlaco semper possiderunt, agentes inluster viro Grimoaldo, maiorem domus nostri, eum contradicerent et dicebant, quod a villa sua Verno fuisset aspectus. Dicebant posthia ipse agentis sancti Dionisii, eu quod de pluremum annorum spacia ipse farinarius ad ipso Verno nonquam aspexisset, nisi ad villa ipsius baselece Latinlaco; Ebroinus maiorem domus suo tempore, quando ipsa villa posedibat, ibidem eum fecisset aspectum, et iustissime eis vel ad casa sancti Dionisii redebittur. Sed postia ipse viro Grimoaldus, maiorem domus noster, una cum nostris sedilebus ac causa ante se iussit advenire, ut eam diligencius inquirerit; quod ita et ficit. Sic ab ipso viro Grimoaldo fuit iudecatum, ut sex homenis de Verno et sex de Latinlaco, bone fideus, in oratorio suo super cappella sancti Marcthyini memorate homenis hoc deberent coniurare, quod a longo tempore semper ipse farinarius

a) pro predicto dicitur.

ad ipso Latiniaco curte ipsius monastirie sancti Dionisii aspexisset, et ibidem iustissemi redebatur. Set ipso sacramentum, sicut eis fuit iudecatum, in quantum inluster vir Sigofridus, auditor ipsius viro Grimoaldo, testimoniavit, quod ipse homenis ipso sacramentum, sicut ab ipso viro Grimoaldo fuit iudecatum, in omnibus vise fuerunt adimplisse; et tale iudicio ipsius viro Rigofrido mano firmato, vel de anolo ipsius Grimoaldo maiorem domus nostri sigellatum, ipse agentes accepissent, ut ipso farinario ad parte ipsius Dalfino abbati vel monastiriae sui sancti Dionisii elidiato urdene debiant posedire vel domenare. Proinde nus taliter una cum nostris proceribus constetit decrevisse, in quantum inluster vir Bero, comis palate nostre, qui ad vice itemque inluster viro Grimbercho, comite palati nostro, adestare vedebatur, testimoniavit, quod memoratus Rigofridus extra^a suum prebuit testimonium, quod ac causa ante ipso viro Grimoaldo, maiorem domus nostri, sic acta vel iudecata fuisset denuscetur: iubemus, ut memorate agentes ipso farinario ad parte ipsius Dalfino abbati vel monastirii sancti Dionisii, absque repeticione suprascripto Grimoaldo aut agentes vel heredis aut successoris suos, vel contra quemlibet, inspecto illo iudicio ipsius viro Grimoaldo maiorem domus nostri, sicut per eudem declaratur, omne tempore habiant evindecatum adque elidiatum; et sit inter ipsis ex ac re in postmodum subita causacio.

† Dagobertus ad vice Angilbaldo recognovit. (S. R. c. not. Tiron.)

(L. S.) Bene valete.

Data quod ficit minsis December dies XIII. Anno XVI. rigni nostri. Mamaccas feliciter.

79.

711.
Febr. 10.

Childeberthus III. rex in placito, Mamaccas habito, viro inlusteri Ragesindo portionem in loco Maur-curte, quam a Siclando et coniuge eius Dinane emerat, in proprietatem adiudicat.

Autographum membran. olim in tabular. ducis de Sully, postea principis de Henrichemont, iam deperditum? Cfr. 25 descriptionem autographi in Nouveau Traité etc. vol. III, p. 651 (Vers. German. V, p. 214 sqq.) — Scripturae specimena in Nouveau Traité de Diplôm. tom. III, tab. 66, n. 3; — Versionis Germanicae, vol. V, tab. 66, p. 3. Ediderunt ex hoc autogr. Bouquet VIII, Addenda p. 676; — Brequigny p. 390, n. 273; — Pardessus II, p. 287, n. 479. — De Foy ad a. 711; Brequigny ad a. 711.

† Childeberthus rex Francorum, vir inluster.

Cum nus in Dei nomine Mamaccas in palacio nostro ad universorum causas audiendas vel recta iudicia terminandas resederimus, ibique veniens inluster vir Ragesindus suggeribat dum dicerit, eo quod ad homene nomen Siclando et coniuge^b sua Dinane porcione eorum in loco, noncupante Maurcurte, in pago Pinciaciense, quem de parte genitore ipsius coniuge^b sua Dinane ad eos legibus pervinit, hoc est tam terris, mansis, viniis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, movilebus et immovilebus, greges cum pastorebus, omni et ex omnibus, quicquid ibidem eorum fuit possessio vel domenacio, data sua pecunia per vindicionis titulum ad eosdem comparassit, et ipsa vindicione in presente ostendit relegenda, relicta ipsa vindicione. Sed dum ibidem ipsi Siclandus ad presens aderat, interrogatum ei fuit, se ipsa porcione sua ipsi et coniox sua Dina in suprascripto loco Maurcurte in predicto pago Pinciaciense ipsius Ragesindo vindidissent, aut se precium exinde acipissent, aut ipsa vindicione fieri aut firmare rogassent, aut se autor ipsi Siclandus tam pro se quam et pro ipsa coniuge^b sua Dinane adesse volibat. Sed ipsi Siclandus taliter in presente fuit professus, quod ipsa porcione eorum in suprascripto loco Maurcurte in predicto pago Pinciaciense suprascripto Ragesindo vindidissent, et preclum exinde acipissent, et ipsa vindicione ei fieri et firmare rogassent; et autor ei exinde tam pro se quam et pro ipsa coniuge^b sua Dinane aderat, et inantea contra quemlibet adesse non tardavit. Proinde nobis taliter una cum nostris proceribus constetit decrevisse, ut dum inluster vir Ingobertus, qui ad vice itemque inluster vir Rathbertho, comite palate nostro, adestare videbatur, testimoniavit, quod ac causa taliter acta vel iudecata fuisset per ordinem, ut memoratus ipsius Ragesindus in suprascripto loco Maurcurte in predicto pago Pinciaciense cum omnem rem inquisita ad integrum, sicut superius est conpre-

a) extra superer. b) colore absurdo legunt adiff.

hinsum, inspecta ipsa vindicione contra suprascripto Siclando vel ipsa conioge^a sua Dinane aut eorum heritios ornè tempore habiat evindicata. Et se necessetas ipsius Ragnesinde aut heritis suos inantea fuerit, iam dictus Siclandus aut predicta conioge^a sua Dinane vel heritis suos sicut per easdem declarata sunt, eos in autarcio⁸⁴ contra quemlibet student defendere.

† Chaldomiris ad vice Angylbaldo recognovi et subscripsi. (S. R. e. not. Tiron.)
(L. S.) Bene valete.

Data quod ficit mensis Februarij dies dece. Anno XVI. rigni nostri. Mamaccas.
Feliciter.

DAGOBERCTHUS III.

711. Apr.
- 715.

80.

Dagobertus III. rex petente Ibboleno abbate monasterii Anisolensis emunitates, a c. a. 712. praedecessoribus suis Guntchramno, Chlotachario II, Dagoberto I, Chlodoveo II, Chlothachario III, Theuderico III. et Chlodoveo III. regibus concessas, auctoritate sua confirmat. Jan. 18.

15 Ediderunt ex chartul. Anisol. iam deperdito Martene, Thesaurus Anecd. I, col. 6; = Borquet IV, p. 686, n. 98; = Brequigny p. 393, n. 276; = Pardessus II, p. 290, n. 482. — De Foy ad n. 712; Brequigny ad n. 712.

Dagobertus rex Francorum, vir iuluster, omnibus agentibus praesentibus atque futuris. Si petitionibus servorum Dei, in quo pro opportunitatibus ecclesiarum vel monasteriis
20 nostris patefecerint auribus, libenter audimus, regiam consuetudinem exercemus et nobis ad mercedem vel stabilitatem regni nostri stabilire confidimus. Ideoque venerabilis Ibbolenus abba de monasterio Anisola, qui est in pago Cynomannico, in honore peculiaris nostri patroni pii, beati videlicet Carilefi confessoris, constructus, per missos suos clementiae regni nostri detulit in notitiam, eo quod consobrinus noster Guntramus rex ad
25 ipsum monasterium sub omni inmunitate per suam auctoritatem concessisset, et hoc postea avi nostri Chlothacharius, et item Dagobertus, seu etiam Chlodoveus, nec non et Chlothacharius, etiam domnus et avus noster Theudericus⁸⁵, nec non et avunculus noster item Chlodoveus⁸⁶, et praecelsus domnus et genitor noster Childebertus, quondam reges, per eorum auctoritates ipsorum manu roboratas ipsi monasterio hoc confirmassent; unde et
30 ipsas praeceptiones se ex hoc prae manibus habere adfirmant, et hoc circa ipsum monasterium nullo inquietante adserunt conservatum. Sed pro totius rei munimine postulat in hoc nostra auctoritas, ut in ipso monasterio plenius debeat confirmare; quod nos praestitisse vestra non dubitet magnitudo. Quapropter praesenti praecepto iubemus ut, sicut per auctoritates suprascriptorum^b principum leguntur, et usque nunc fuit conservatum, neque
35 vos neque iuniores^c, neque successores vestri, in curtis^d ipsius monasterii neque ad causas audiendas, neque ad freda exigenda, nec mansiones requirendo, penitus ingredi non praesumat, nisi per auctoritatem firmatam ipse abba sulque successores atque congregatio eorum, in ipso monasterio Deo auxiliante consistentes, quod ad praesens rationabiliter habere videntur, aut adhuc a Deo timentibus hominibus ibi fuerit additum vel augmentatum,
40 sub omni inmunitate, inspectas ipsas praeceptiones supra memoratorum principum, quas^e se prae manibus ex hoc habere adfirmant, valeant tenere, possidere, et ibidem ad ipsum locum sanctum per hanc auctoritatem nostram hoc^f quod est firmatum perenniter proficiat ad augmentum, ut^g potius eis melius delectet, pro stabilitate regni nostri Domini misericordiam deprecare.

45 Et ut haec praeceptio nostra firmum obtineat vigorem, manus nostrae subscriptionibus roborare sigilloque nostro hoc decrevimus adfirmare.

In Christi nomine. Dagobertus rex.

Data sub die XV. Kalendas Februarias.

a) colova editt. b) seu per scripturarum falso editt. c) priores editt. d) causa editt. e) quem editt. f) ut
50 ante hoc addunt editt. g) quod potius editt.

84) = auditorium publicum.

85) Cfr. diploma Theudericus supra n. 50.

86) supra n. 63.

CHILPERICUS II.

81.

716.
Febr. 29.

Chilperichus II. rex petente Chillardo abbate basilicae S. Dionysii emunitatem, a praedecessoribus suis eidem abbati concessam, auctoritate sua confirmat.

* Autographum membranaceum in tabular. Paris, signat. K, 3, n. 17. — Ectypum in Série I, tab. XXXIX. 5
Ediderunt ex autogr. Acta SS. saec. III, pars 2, p. 620, n. 10, et Mabillon, Dipl. pag. 481, n. 30; — Le Coigne
V, p. 280, n. 83; — Gallia Christ. VII, Instr. col. 8, n. 5; — Bouquet IV, p. 690, n. 103; — Felibien Pièces
Justific. p. 19, n. 27; — Brequigny p. 405, n. 287; — Schoenemana, Cod. f. d. prakt. Dipl. p. 18, n. 9; —
Pardessus II, p. 303, n. 495; — Letronne p. 68, n. 39; — Tardif p. 38, n. 46. — Fragmentum editum sub
nomine Childerici II. Doublet p. 684. — De Foy ad a. 670, sub nomine Childerici II; sub eiusdem nomine 10
Brequigny ad a. 668.

† Chilperichus rex Francorum, vir^a inluster.

Nr. 1.
16, 9

Oportit clemenciae princeps infer ceteras petitionis illius, que pro salute adscribetur et pro divine nominis postolatur, plagabile auditum suscipere et procul dubium ad affectum perducere, quatenus de caduceis rebus presente seculi aeterna conquiretur, iuxta preceptum 15
Domini dicentis: *Facietis vobis amicis de mamona iniquetatis.* Ergo de mamona iniquetatis, iuxta ipsius dictum, nos oportit mercare eterna celestia, et dum sacerdotum congrua imperlemus beneficia, retrebutorem Domino ex hoc habere speriamur in eterna tabernacula. Igetur venerabilis vir Chillardus abba de baseleca peculiaris patronis nostri, domni Dionisii marthyris, ubi ipse preciosus dominus^b in corpore requiescit, clemenciae signi nostri 20 supplicavit, ut iuxta quod ab antecessoribus regibus, parentibus nostris, a longo tempore omnis emunitas de villa prefate sancti basilice fuit concessa, undae et ipsas preceptionis sue per manebus habere adfirmat, et hoc usque nunc inviolabiliter adserit esse conservatum. Unde petit, ut hoc per nostra auctoretatem dinuo pro rei firmitatis circa ipso sancto loco vel hominis, qui se cum substantia eorum ad ipsa baseleca tradunt vel condonant, iuxta 25 quod anteflores parentis nostri vel precelsus avunculus noster Theodericus, seo et consobrini nostri Chlodovius, Childebercthus et Dagobercthus, quondam regis, per eorum auctoretatis ad ipsa baseleca hoc pristetirunt vel confirmaverunt, hoc iteratis circa ipso abbati concidere et confirmare dixerimus. Idio cognuscat magnetudo seu utilitas vestra, quod nos pro reverencia ipsius sancte loce vel pro quietem ibidem Deo famolancium prumtis- 30 sema volomtati dinuo concessissae et in omnibus confirmassae, vestra cognuscat solercia. Quapropter per hunc preceptum, quod specealiter decernemus et in perpetuo volumus esse mansurum, iobymus: ut neque vos neque iunioris seu successores vestri, nec quislibit de iudicaria potestate accintus, in curtis prefate sancte baselece domni Dionisii, ubi et ubi in quascumque pagus in rigna Deo propicio nostra, quod ad die presente pars ipsius 35 monastriae possidere vel dominare vedittur, vel quod ad Deo timentibus hominibus perligedema instrumenta ibidem fuit concessum aut inantia fuerit adetum adque delegatum, nec ad causas audiendum nec ad fideiussores tollendum nec ad freda exygendum nec ad mansionis faciendum nec paratas nec nullas redebuciones requerendum Ingreire nec exygere quoque tempore penetus non presumatur, nisi quicquid fiscus noster exinde 40 potuerat sperare, omnia et ex omnibus pro mercedis nostri compendium cum omnis fridus ad integrum sybmed concessus, ut dictum est, inspectas ipsas preceptionis anteriorum regum, parentum quondam nostrorum, vel iuxta quod presens nostra continere videtur auctoretas, quicquid ipse sanctus locus a diae presente, ut diximus, habere videtur, quam quod in postmodum a Deo timentibus hominibus vel a nobis ibidem fuerit adetum 45 vel conflatum, seu quicumquae iusti et racionabyliter cum omne substantia sua ad ipso monastrio se tradidit et res suas per ligedema instrumenta ibidem delegaverit vel firmaverit, sub integra emunitati ad diae presente valiat resedere quietus adque securus; et ut dictum est, quicquid exinde forsetam fiscus noster sperare potuerat, in lumenarebus vel estipendiis seu et in elimoniis pauperum ipsius monastriae perenniter pro nostris oracolis, 50 ad integrum in omnia et ex omnibus, sit concessum adque indultum, ut eis melius dilectis pro estabilitate signi nostri vel pro quietem quibuslibit chunctis leodis nostris Domini

a) vir inlustris dipl.

b) donnus dipl.

meserecordia adtencius deprecare. Et ut hec auctoretas nostris et soturis temporebus circa Ipso sancto loco perenniter firma et inviolata permaniat, vel per tempora inlesa custodiatur adque conservitur, et ab omnibus iudices melius credatur, manus nostri subscriptionibus subter eam decrivemus roboraræ.

† Actulius iussus optolit. (S. R. c. not. Tiron.) † Chilprieus rex subscripsi. (L. S.) Bene valete.

Data sub diae pridiae Kalendas Marcias. Anno primo rigny nostri. In Dei nomine. Compendio, feliciter.

82.

10 *Chilperichus II. rex basilicæ S. Dionysii, ubi Chillardus abbas præest, solidos 716. centum exemptos de Massilia civitate et missorum ecclesiæ emunitatem ab omnibus teloneis, Mart. (5.) ab antecessoribus suis, Dagobertus, Chlothachario III, Theuderico III, Childerico II, necnon a se ipso eidem abbatiæ concessos, denuo confirmat.*

* Autographum membran. in tabulet. Paris. signat. K, 3, n. 18. — Ectypon in Serie I, tab. XL.

15 Ediderunt ex autogr. Mabillon; Acta SS. sæc. III, pars 2, p. 621, n. 11, et Dipl. p. 485, n. 31; — Bouquet IV, p. 491, n. 104; — Felibien Pièces Justific. p. 20, n. 28; — Brequigny p. 407, n. 328; — Pardessus II, p. 304, n. 498; — Letronne p. 71, n. 40; — Tardif p. 39, n. 47. — De Foy ad n. 716; Brequigny ad n. 716.

† Chilperichus rex Francorum*. Viris illustribus, omnis tilenariis Masiliensis. I

20 Dum et ante hus annis proavus noster, Dagobertus quondam rex, solidus cento eximtis de Massilia civitate, sicut ad cellario fisce potuerant esse exactati, ad baseleca peculiaris patronis nostri I domni Dionisii, ubi ipse preciosus in corpore requiescit et venerabilis vir Chillardus abba præessæ veditur, per sua^b preceptione sua mano roborata concessissit, seu et domnus vel genetur noster Childaericus, eciam et abuncoli nostri Chlochocharius et 25 Theodericus, quondam regis, aciam et nos postia per nostra preceptione hoc ibydem dinuo vise fuemus concessissæ vel confirmase; et taliter in ipsas preceptionis vedittur habyre insertum, ut tam in ipsa Massilia, quam et per reliqua loca in rigna Deo propicio nostra, ubycumque telleneus, portaticus, pontatecus, rotaticus vel reliquas redebucionis, quod a iudicebus publicis exigetur, de carra eorum qui hoc inferre veduntur, ad missus 30 ipsius basilice nullatenus requeratur nec exigatur, nisi hoc in omnebus annis singolis habiant concessum. Idio per presente urdenacione vobis decernemus et omnino lobimmus, ut quomodo misse ipsius basilice domni Dionisii vel memorato abbati, hoc est cum- 35 paris suos ad vos vinerint, ipsus solidus cento eximtis, sicut et cellario nostro secundum consuetudinem, absque ulla mora vel delatacone, iuxta quod ordo cataboli fuerit, omni- 40 modis eis dare et adimplire faciatis. Et de ipsa carra, qui hoc inferre veduntur, nec in ipsa Massilia nec per reliqua loca in rigna Deo propicio nostra, nullo telleneu nec portateco nec pontatico nec rodatico nec reliquas redebucionis, nec vos nec iuntoris vestri nec quis- 45 libit de parte fisce nostri, requireri nec exagelare penitus non presumatis. Videtis, ut aliut ob hoc non faciatis, se gracia nostra obtatis habyre propicia.

† Chrodebertus recognovit. (S. R. c. not. Tiron.) (L. S.) Bene valete.

Data quod sicut minis Marcus dies . . . Anno primo rigni nostri. Compendio. In Dei nomine feliciter.

83.

15 *Chilperichus II. rex Martino abbati S. Dionysii medietatem loci Bacivi superioris, 716. ab homine quodam Friulfo ex hereditate societi Edronis appetitam, prædictæ ecclesiæ in Mart. 7. placito adiudicat.*

* Autogr. membran. in tabulet. Paris. signat. K, 3, n. 19. — Ectypon in Serie I, tab. XLI.

20 Ediderunt ex autogr. Mabillon; Acta SS. sæc. III, pars 2, p. 622, n. 12, et Dipl. p. 486, n. 32; — Bouquet IV, p. 491, n. 105; — Felibien Pièces Justific. p. 21, n. 29; — Brequigny p. 408, n. 289; — Pardessus II, p. 305, n. 497; — Letronne p. 72, n. 41; — Tardif p. 40, n. 48. — De Foy ad n. 716; Brequigny ad n. 716.

a) verba Viris illustribus — Masiliensis litteris minusculis hacten. quibus reliquis parte diplomatæ scripta sunt. b) ad dipl.

† Chilperichus rex Francorum, vir inluster.

Cum in nostra vel procerum nostrorum presentiae Conpendio in palacio nostro homo alicus, nomine Friulfus, venerabili viro Martino, I preposito de basilica peculiaris patronis nostri, sancte Dionisii, interpelavit dum dicerit, eu quod porcione sua de parte socero suo, Edrone quondam, I in loco noncopante Superiore Bacivo, ad eo ligebus pervenire debeat, ei malo ordine contradicerit, vel post se retenirit. Qui ipsae Martinus dedit in responsis, quod estromentum habibat, quom filius supraescripto Edrone quondam, nomine Eodo, venerabili viro Chrodchario, monaco sancti Dionisii, vindedissit; et ipsa vindicione in presente ostendedit relegenda. Relicta ipsa vindicione sed dum inter se intenderint, sic a proceribus nostris fuit inventum, ut illa medietate de ipsa porcione in iam dicto loco Superiore Bacio iam dictus Martinus ad parte ipsius sancti Dionisii habire dibiad. Proinde nos taliter una cum nostris proceribus constetit decrivissae, ut, dum inluster vir Warno, comis palati nostri, testemoniavit, fuit iudecatum, quod ac causa sic acta vel inquesita fuisset denuscetur; iobimmus, ut memoratus Martinus ipsa medietate de iam dicta porcione in ipso Superiore Bacio, quicquid ad ipsa medietate asplicere vedittur, una cum terris, domebus, 15 edeficiis, acolabus, mancipils, campis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursebus, adiaecenciis, apendiciis ad se pertententis, pecuniis, presidiis, farinariis, gregis cum pasthoribus, omnia et ex omnebus rem exquesita, illa medietate ad integrum, inspecta vel estante eorum estromenta, absque repeticione suprascripto Friulfo vel heridis suos, ad parte sancti Dionisii omne tempore habiant evindicata adque elidiata, et sit inter ipso Friulfo 20 suisque heridebus vel agentis domni Dionisii omni tempore subita causacio. Et dum ipse Martinus in causa ipsius basilice domni Dionisii contra ipso Friulfo tam illa fructa de illa alia medietate, quam et illa, fide facta per wadio suo, in presente visus fuit transsolissae: iobimmus, ut omne tempore tam ipse Martinus vel pars domni Dionisii absque repeticione ipsius Friulfo vel heridis suos de ipsa fide facta vel ipsa fructa ducti et secure valiant resedire. 25

† Ermedramnus recognovit. (S. R. c. not. Tiron.)

Data quod ficit minsus Marcius dies VII. Anno I. rigni nostri. Conpendio. In Dei nomine feliciter.

81.

718. Chilperichus II. rex petente Chillardo abbate privilegium Dagoberti de centum 30
Mart. 16. vaccis, ex pago Cenomannico quotannis basilicae S. Dionysii persolvendis, auctoritate sua confirmat.

* Autograph. membran. in tabular. Paris. signat. K. 2. n. 20. — Ectypon in Série I, tab. XI. II.

Ediderunt ex autogr. Mabillon, Acta SS. saec. III, pars 2, p. 423, n. 13; — Le Colme V, p. 282, n. 87; — Mabillon, Dipl. p. 486, n. 83; — Bouquet IV, 692, n. 106; — Feilichen Pièces Jur. p. 21, n. 30; — 35 Brequigny p. 409, n. 299; — Pardessus II, p. 306, n. 496; — Letronne p. 78, n. 42; — Tardif p. 41, n. 49; — Fragmentum ediderunt Houschenius, de trib. Dagob. p. 169; — Le Colme V, p. 282 et IV, p. 378. — De Foy ad n. 716; Brequigny ad n. 716.

† Chilperichus rex Francorum, vir inluster.

Se facta parentum nostrorum conservamus, regia consuetudine exsercemus et nostra 40 in postmodum estabelis esse confidemus; precipuae petitionibus sacerdotum, quod pro eorum confirmanda beneficia pertentit, libenter obaudimus vel effectui in Dei nomine I mancaepanmus, hoc nobis ad mercedis nostri augementum pertentire confidemus. Idioquae venerabilis vir Chillardus, abba de basilica peculiaris patronis nostri, domni Dionisii marteris, ubi ipse preclosus domnus in corpore requiescit, climenciae rigni nostri sogessit, I 45 eo quod bonememorius proavus noster, Dagobertus quondam rex, per sua auctoretate, mano sua roborata, vaccas cento soldaris, quod in inferenda de pago Cinomaneco in fisco dieionebus sperabatur, ad ipsa sancta basilica annis singolis concessissit. Unde et cessionem ipsius principae, seu et confirmacionis avo nostro Chlodovio, et bone memoriae genitore nostro Childerico, vel avunculo nostro Theoderico, seo et consobrinus nostrus 50 Chlodovio, Childericho et Dagobertus, quondam regebus, eorum manebus roboratas, se ex hoc per manebus habire adfirmat, et sicut ipse beneficius ad ipsa basilica ab ipsis principebus fuit concessus vel indultus, annis singolis a iudicaria potestate loce illius

reddire vel adimplire commemorat. Sed pro firmitatis estodium petit celsitudinem nostri, ut hoc circa ipso abbati vel memorata sancta basilica nostra hoc plinius dixerit auctoretas perpetualiter confirmare. Cuius petitioni pro reverencia ipsius sancte loco gradante animo pristetisse vel in omnibus confirmasse, vestra conperiat magnitudo. Precipientis enim lobimur, ut sicut constat antedictus princeps Dagobertus, quondam rex, ipsas vaccas cento inferendalis de supraescripto pago Cinomaneco, quod annis singulis in fisco dictionibus sperabatur, per sua auctoretate ad ipsa basilica concessit, et hoc a iudiciaria potestate annis singulis conservare vel adimplire vedintur, ita et deinceps, inspectas ipsas auctoretatis vel confirmationis predictis principebus, per nostrum preceptum plinius in Dei 16 nomine confirmatum circa ipso sancto loco perenniter in omnibus valiat esse conservatum adque indultum, et ibidem nostris et futuris Deo auxiliante temporibus proficiat in augmentis: ita ut eis melius delectit, pro establitate regni nostri ad ipso sancto loco Domini misericordia adtencius deprecare. Et ut hec auctoretas firmiter habiatur et per tempora conservitur, manus nostri subscriptionibus subter eam decrivimus roborare.

15 † Chilpericus rex subscripsi. † Actulius iussus optolit. (S. R. c. not. Tiron.)
(L. S.) Bene valete.

Data quod scit mensis Marcius dies XVI. Anno primo I.^o regni nostri. Compendio. In Dei nomine feliciter.

85.

20 *Chilperichus II. rex petente Benigno abbate monasterio Fontanellensi, in dioecesi Rothomagensi super fluvium Sequanam constructo, forestam de Gemmetico et alia dona, a Mart. 25. praedecessoribus suis eidem coenobio collata, confirmat.*

1. * Transsumptum in dipl. Philippi V. Franciae regis, a. 1319, mens. Nov. in cod. Bibl. Paris. Lat. n. 17,132, olim abbat. S. Wandregisilli Fontanellensis. — 2. Copia transsumpti praedicti in schedis V. Cl. Brequigny. —

23 3. MS. Bibl. S. Germani a Pratis, lacunosum.
Ediderunt 1) ex MS. S. Germani: Bouquet IV, p. 693, n. 107. — 2) ex copia transsumpti: Brequigny p. 410, n. 291; — Pardessus II, p. 307, n. 499. — De Foy ad a. 716; Brequigny ad a. 716.

Chilperichus rex Francorum, vir iustus.

Decet clemencia principali petitionibus sacerdotum, quod pro oportunitatibus locis 30 sanctorum pertinet, obaudire vel effectum in Dei nomine mancipare. Ideoque venerabilis vir Benignus abba de monasterio Fontanella, quod est in honore sancti Petri et Pauli apostolorum vel sancti Laurentii martyris infra diocesem Rothomagensem super fluvium Secana constructum, ubi ipse abba cum turba plurima monachorum sub sancta regula conversare videntur, nobis suggestit eo quod, cum pro preceptionibus avi nostri 35 Clodovei regis seu et avunculi nostri Clothacharii et Theoderici vel genitoris Childerici et parentum nostrorum Childeberti et Dagoberti, etiam pro quolibet strumento cartarum, ad ipsum monasterium a quibuslibet rebus atque corporibus, seu etiam forestam de Gemmetico, vel quod a Deo timentibus hominibus ibidem fuerit additum^a vel conlatum et inantea adhuc est emelioratum vel donatum, per eorum auctoritates concessissent 40 vel confirmassent. Unde et ipsas preceptiones suprascriptorum principum, seu et alias preceptiones avunculi nostri Theoderici et parentum nostrorum Clodovei et Childeberti quondam regum, qualiter hoc ibidem denuo concessissent vel confirmassent, vel totam ipsam forestam Gemmeticensem ad ipsum sanctum locum concessissent, nobis in presenti ostendit relegendas, et ipse hoc presenti tempore quieto ordine possidere vel dominare 45 probatur. Sed pro integra firmitate petiit memoratus abba celsitudinem nostram, ut hoc circa ipsum locum sanctum per nostram plenius auctoritatem confirmarem; cuius petitionem ita prestetisse vel confirmasse cognoscimus. Precipimus ergo, ut quicquid per preceptiones suprascriptorum principum, seu confirmationes vel vindiciones, donationes, cessiones, commutationes, pactiones, vel pro quorumlibet strumento cartarum de fisco nostro, 50 seu etiam forestam Gemmeticensem, vel a Deo timentibus hominibus in quibuslibet pagis, locis atque territoriis ad ipsum monasterium Fontanellam^a fuit additum vel conlatum aut delegatum vel concessum, et hoc presenti tempore ibidem iustum aut legale videtur esse possessum, ita et inantea sit per nostrum preceptum plenius in Dei nomine confirmatum,

a) sic autogr. b) illustris 1. 2. c) adductum 1. d) Fontanellam 1. 2.

inspectas^a ipsas preceptiones seu strumenta, quae exinde habent, confirmamus et sicut per ipsas declaratur, memoratus Benignus abba seu successores sui aut ipsa congregatio, qui in ipso monasterio Fontanella per tempora conversaverint, hoc habeant, teneant atque possideant, et ad ipsum sanctum locum nostris et futuris temporibus Deo auxiliante iure proprietario proficiat in augmentum. Et ut haec auctoritas firmiter habeatur et in omnibus conservetur, manu nostra subter eam decrevimus affirmare.

Chilperichus rex subscripsit.

Data quod fecit mensis Martius dies XXV. Anno primo regni nostri. Conpendio. In Dei nomine.

Fredebertus scripsit.

86.

716
Apr. 29.

Chilperichus II. rex petente Sebastiano abbate monasterio Corbeensi, in pago Ambianensi a Chlothachario III. avunculo et Baldechilde quondam regina constructo, teloneos ab illis eidem ecclesiae concessos auctoritate sua confirmat.

^a Codex olim Corbeensis, tum Claromontanus n. 571, tum Moermannii n. 627, iam V. Cl. Thomae Philippis, Baro-
netti, n. 1776, saec. X, membran. in 4^o, fol. 33 ex. — 36.

Ediderunt ex cod. Vindocinensi Labbe, *Mélanges curieux* II, p. 436; — Le Coigne IV, p. 376, n. 4; — Con-
cilia Galliae ed. Lalande, Supplem. p. 72, ad n. 715; — Bouquet IV, p. 493, n. 108, ad n. 716; — Bre-
quigny p. 411, n. 293; — Pardessus II, p. 308, n. 501. — Excerptum edidit Henschen, de trib. Degob.
p. 188, ex Labbe. — De Foy ad n. 716; Brequigny ad n. 716.

Chilperichus rex Francorum. Viris illustribus, omnibus agentibus, tam praesentibus quam et futuris. Quicquid in luminaribus locis sanctorum vel pro oportunitate aervorum Dei concidemus, et quae parentes nostri pro eorum mercede concesserunt, pro nostris oraculis confirmamus, ad mercedem nobis vel pro stabilitate regni nostri pertinere confidimus. Igitur relegiosus et venerabilis abba de monasterio cognominante Corbela, qui ponitur in pago Ambianense, quem praecelsus avunculus noster Chlothacharius^b quondam rex, vel domna et ava nostra Baldechilde quondam regina, ob amorem Christi in honore sanctorum Petri et Pauli, principes apostolorum, et sancti Stephani martyris visae fuerunt construxisse, ad nostram accessit praesentiam, clementiae regni nostri suggestit^c, eo quod praefatus avunculus noster, Chlothacharius quondam rex, sed etiam dicta ava nostra domna Baldechilde regina, unde lumenaria monachis ibidem consistentia habere deberent, de tulloneo de fossas annis singulis ad ipso monasterio concesserunt: hoc est, oleo lib. 10 millia, garo modios 30, pipere lib. 30, cumino lib. 150, cariofile lib. 2, cinamo lib. 1^d, spicio lib. 2, costo lib. 30, dactilibus lib. 50, karigas lib. 100, amandolis lib. 100, pista-
cias lib. 30, olivas lib. 100, hidrio lib. 50, cicer lib. 150, oridia lib. 20, auro pimento 35
lib. 10, seoda pelles 10, cordevisae pelles 10, carta tomi 50: ita ut telonaria, qui post
teloneo fossense agere videbatur, anno illatione haec omnia ad missus ipsius monasterii,
qui inde directi fuerint, dare et adimplere, immoque et evectione ad ipsos missus, qui
hoc exigeri ambularent, perpetualiter absque renovata tracturia annis singulis dare prae-
cipemus; hoc est viredus sive paraveridus decem, panis nitodus^e decem, sequentes vegente,
vino mod. 1, cervisa mod. 2, lardo lib. 10, carne ponda vegente, castio lib. 12, plisus
lib. 20, capro 1, pullus 3, ova 10, oleo lib. 2, garo lib. 1, piper uncia 1, cimina uncias 2,
sal, acetum, olera, lignum sufficienter. Haec omnia superius memorata locis conve-
nientibus annis singulis eisdem, tam euntibus quam redeuntibus^f, absque mora dare et
adimplere deberitis; etiam ad revertendum carra 12 de loco in loco pro loca consuetudi-
naria, usque quod ipse cellarius ad ipso monasterio proveniebat, eis dare deberitis, qua-
liter pro eorum mercede absque dispendio ipsius monasterii deberet provenire. Unde et
ipsa praescriptione subscripto avunculo nostro Chlothachario^g, nec non et ava nostra Balde-
childe regina, seo et confirmatione domno et genitore nostro Childerigo quondam rege,
ipse venerabilis Sebastianus abba nobis in praesente ea hoc protulit relegenda, vel se ex
hoc prae manebus habere adfirmat. Sed pro firmitate studium petiit ipse dominus Sebastianus
celstudine nostra, ut hoc circa ipso vel ipso monasterio Corbeia, aut successores suos,
vel ipsa congregatione, quae in ipso monasterio consistere videntur, pro nostra auctoritate

a) † inspectas l. b) Chlothacharius c. c) legendum suggestens. d) primo manu l. superior. V. quod deinceps
ararum est. e) nitod e. f) in redeuntibus e. g) Chlothachario c.

plenius in Dei nomine confirmare et concedere deberemus. Cuius petitione gratante animo pro mercedis nostrae compendium, vel pro reverentia ipso sancto loco, ita praestitisse vel confirmasse seu et ad nostro praeepto concessisse vel confirmasse cognoscite. Praecipientes enim, ut ipso cellareo de iam dicto tulleneo fossense, seo et ipsas tractuas^a, inspectas ipsas praeeptionis memoratis principebus, sicut pro easdem declaratur, pro hanc nostra auctorelate, plenius in Dei nomine confirmatum, tullonarie quam et reliqui iudicis subscripto cellario ad missus ipsius monasterij dare et adimplere procuretis, etiam dum in loco fuerint demorate, suprascripta praebenda eis dare studeatis. Immoque et reliqui iudicis pro locis convenientibus de constituta evectione, tam carrale quam navale, seu et suprascripta praebenda, eisdem omnimodis nostris et futuris temporebus absque mora vel delatione dare et adimplere annis singulis faciatis, qualiter nobis pro beneficium integram et perpetualem debeat provenire mercedem.

Et ut haec praeepto firmior habeatur vel per tempora conservitur, manus nostras subscriptionibus subter eam decrivemus roborare.

15 Data sunt sub die III. Kalendas Maii. Anno primo regni nostri. Compendio. In Dei nomine feliciter.

87.

Chilperichus II. rex ob interventum Raganfredi, maioris domus sui, basilicae S. Dionysii silvam regiam Roveretum, in pago Parisiaco ad fluvium Sigona sitam, una cum forestario in fisco Vetus Clippiaco manente, Lobicino nomine, et manso quem ibidem tenebat, cum terris ad eum aspicientibus concedit. 717. Febr. 28.

^a Autogr. membran. in tabular. Paris. signat. K, 4, n. 3. — Eclupon in Série 1, tab. XLIII. — Scripturae specimen apud Mabillon. Dipl. tab. XXII, n. 2; Nouveau Traité de Diplom. tab. XCI, n. 2.

Ediderunt ex autogr. Doublet p. 689; — Le Coigne IV, p. 389, n. 1; — Bouquet IV, p. 694, n. 109; — Felibien Pices justic. p. 22, n. 31; — Brequigny p. 415, n. 297; — Pardessus II, p. 311, n. 504; — Letronne p. 75, n. 43; — Tardif p. 41 ex. n. 50. — De Foy ad n. 717; Brequigny ad n. 717. — Germonius II, 129 diploma iniuste impugnat.

Chilperichus rex Francorum, vir iuluster.

Se aliquid ad loca sanctorum de nostris munerebus pristamus vel concidemus, hoc nobis ad mercedem vel stabilitate regni nostri in Dei nomine pertinere confidemus. Ideo cognoscat hutilitas seo magnetudo vestra, quod nos foreste nostra Roverito cum omnem iure vel termene suo ad integrum, que est in pago Parisiaco super fluvium Sigona, una cum illo forestario nomine Lobicino, qui conmanit in fisco nostro Vetus Clippiaco, una cum mansus quod in ipso Clippiaco tenere viditur, vel terras ad ipsus mansus aspicientes ad integrum, ad basilica peculiare patronis nostri sancti Dionisii, ubi ipse preciosus domnus in corpore requiescit, vel ubi domnus Turnoaldus episcopus eiusus praesse viditur, ad petitione iulustri viro Raganfredo, maiorim domus nostro, plena et integra gracia ad diae presente viso fuemus concessisse. Quapropter per presente preceptione specialius decernimus urdenandum, quod in perpetuum circa ipso sancto loco mansurum esse volumus, ut ipsa foreste nostra Roverito cum omnem iure vel termene suo ad integrum, una cum suprascripto forestario vel mansus suos, cum terras vel prata in ipso Clippiaco ad integrum, ipse domnus Turnoaldus episcopus ad ipsa sancta basilica domni Dionisii martheris plena et integra gracia ex nostro munere largitates hoc habiat concessum adque indultum, ut eis inantis semper melius delectit, pro stabilitate regni nostri vel pro salute patriae Domini meserecordiae adtencius exorare; et nulla requecione neo nullo iudicamento ad iudicibus publicis, tam nostro tempore quam et ad succedencium rigum, ob hoc habire non pertemiscant, nisi ad suprascripta sancta basilica domni Dionisii nostris et futuris temporibus proficiat in augmentis. Et ut haec preceptio firmior habiat vel per tempora conservitur, manus nostri subscriptionibus subter eam decrivemus roborare.

† Chilpricus rex subscripsit.

† Raganfridus optolit. (S. R. c. not. Tiron.) (L. S.) Bene valete.

60 Data pridias Kalendas Marcias. Annum secundum regni nostri. Compendio. In Dei nomine feliciter.

a) post tractuas signum in codice assat, quod tamen nihil est, nisi littera quaedam deleta. b) Chilpricus rex subsc. et 85 alia sed coacta manu scripta sunt.

88.

717.
Apr. 26. *Chilperichus II. rex petente Waldomaro abbate monasterio Fossatensi in pago Parisiaco, secundum privilegium Dagoberti regis, ius eligendi abbatis concedit.*

Schedae Mabillonii.

Ediderunt ex his schedis Mabillon, Dipl. p. 488, n. 24; — Bouquet IV, p. 695, n. 110; — Gallia Chris. VII, b instrum. col. 6, n. 6; — Brequigny p. 416, n. 399; — Pardessus II, p. 312, n. 505. — Fragmentum quasi monast. Glanvillensis concessum ediderunt Labbe, Meslanges curieux II, p. 439; — Le Coitec IV, p. 593. — De Foy ad n. 717; Brequigny ad n. 717.

Chilperichus rex Francorum, vir iuluster.

Si iustis petitionibus servorum Dei aures nostras accommodamus, consuetudinem 10 regiam exercemus et hoc nobis procul dubio ad statum animarum nostrarum et ad profectum regni nostri prodesse credimus. Ideo venerabilis vir Waldomarus abba, considerans infirmitatem et imbecillitatem corporis sui et frequentes infirmitates, quibus illum Dominus castigare dignatus est, pertractans cum omnibus fratribus, qui (in) monasterio Fossatensi in pago Parisiaco omnipotenti Deo deservire videntur, clementiae regni 15 nostri suggestit, ut secundum eorum privilegium, quod ab antecessoribus nostris et pontificibus conservatum fuit, a nobis etiam pro reverentia sanctae Dei genitricis et virginis Mariae et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et pro intuitu animae nostrae et aeterna retributione, per cuncta tempora maneat confirmatum atque conservatum. Proinde ipsi abbati vel suis monachis tale praeceptum et confirmationem fieri rogamus una cum con- 20 sensu maioris domus nostrae Raganfredi, ut quicquid in ipso eorum privilegio loquitur, hoc nos pro nostra auctoritate et successorum nostrorum per tempora conservatum et inviolatum esse volumus atque decrevimus. Et omnino hoc iubemus, ut in ipso monasterio nulla extranea vel opposita persona sine voluntate abbatis vel fratrum suorum ad dominandum vel competendum ingredi praesumat; sed iuxta privilegium, quod nostrae 25 praesentiae praesentaverant, quem abba elegerit et illa pars monachorum melior de ipsa congregatione, vel si necessitas fuerit, de quolibet monasterio, post decessum abbatis, vel quandocumque ipse abba voluerit, omnia cum ipsius consensu et voluntate subsectorum suorum licentiam habeant constituere abbatem, sicut in eorum privilegio manifestissime designatur. Ita tamen, ut talis eligatur, qui corpore sit castus, mente devotus, sacris 30 scripturis conditus, et conversatione regulari instructus; ut ipsi monachi sub quieto ordine viventes, nihil patientes inquietudinis, pro statu regni nostri vel pro salute totius populi melius et melius exorare delectet. Unde et confirmationem principis consobrini nostri, Dagoberti quondam regis, se ex hoc prae manibus habere adfirmat, et ipsum beneficium concessum de eo tempore usque nunc videtur esse conservatum; ita et in antea inspectas 35 ipsas praeceptiones suprascriptas principum, sicut per easdem declaratur, omni tempore ipsum beneficium concessum valeat et conservatum. Et ut haec praeceptio firmior sit, manus nostrae subscriptionibus subter eam^a decrevimus confirmare.

Chilperichus rex subscripsit.

Ado iussus obtulit.

Data sub die VIII. Kalendas Maias. Anno II. regni nostri. Parisius civitate. Feliciter. 40

89.

717.
Iun. 8. *Chilperichus II. rex basilicae S. Arnulfi in oppido Mettensium villam Martem in pago Moslinsi concedit.*

^a Copia saec. IX. in Bibl. Paris. (Colloq. de Lorraine, vol. 280, n. 1.)

Ediderunt ex tabular. S. Arnulfi, scilicet ex cop. saec. IX. iam Parisiensis: Meurlans p. 145 ex.; — Le Coitec 45 IV, p. 593, n. 7; — Calmet, Edt. I, Preuves col. 368 ex.; Edt. II, Preuves, col. 116 mod. ad a. c. 720; — Bouquet IV, p. 696, n. 111; — Brequigny p. 417, n. 399; — Pardessus II, p. 313, n. 506. — Verdo Gallaica in Vassadier, l'Abbaye de S. Arnoul de Metz, p. 177, ad a. 724. — De Foy ad n. 717; Brequigny ad n. 717.

Chilperichus^b rex Francorum, vir iuluster.

Si aliquid ad loca sanctorum praestamus vel concedimus, hoc nobis ad laudem vel 50 stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus, ut eos melius delectet pro nos vel pro stabilitate regni nostri Domini misericordiam iugiter deprecare. Ideo cognoscat utilitas seu magnitudo vestra, quod nos villam nostram nuncupante Marte, sitam in pago

a) ea Mab. b) Chilpericus c.

Moslinse, una cum omni integritate sua, quantumcumque fiscus noster ibidem esse videtur, ad basilicam sancti domni Arnulfi vel sanctorum apostolorum, ubi ipse pretiosus in corpore requiescet^a; hoc est sub opidum Mettensium civitatis, ubi venerabilis vir Leuthbertus abba una cum norma plurima clericorum deservire videntur, pro mercedis nostrae augmentum vel pro reverentia ipsius sancti loci a die praesente iure proprietario^b sub emunitatis nomine plena et integra gratia^c visi fuimus concessisse. Quapropter per hunc preceptum specialius decernamus ordinandum, quod perpetualiter erga ipsorum loco mansurum esse volumus, ut ipsa villa superius nominata, hoc est una cum terris, domibus, aedificiis, mancipiis, aecclias^d, vineis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, adiunctis, 10 adiacentiis, apenditiis, gregis cum pastoribus utriusque generis sexsus, omnia et ex omnibus re exquisita ad integrum quicquid de rebus [fiscus]^e noster ibidem tenetur, ipsa villa Marte una cum omni merito vel soliditate ad se pertinente ipsius Leuthbertus abba ad partem ipsius sancti domni Arnulfi vel sanctis apostolis ex nostrorum largitatis iure proprietario^b sub emunitatis nomine cum omni fiscus concessus hoc habeat concessum atque 15 indultum, et quicquid ipse vel successores sui pro oportunitate ipsius sancti loci exinde facere decreverint, liberam in omnibus habeant potestatem, et^f nulla requisitione et ex nullo impedimento a iudicibus^g publicis, cum nostro tempore quam et succedentium regum, exinde habere non pertimescat. Et [ut]^h haec praeceptio firmior sit, manus nostrae subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

20 Chilperichus rex subscripsi.

Dies quod fecit mensis Iunii 8. Anno secundo regni nostri. Conpendio palatioⁱ nostro.

90.

Chilperichus II. rex petente Erchembodo abbate monasterio Sithiensi in pago Tarua- 718, n. 3, nensi donationes Chlodovei II. regis, a Chlothachario III. Theuderico III. et Childerico II, 25 patre suo, necnon Chlodoveo III. et Childeberto III. consobrinis, confirmatas, sua etiam auctoritate roborat.

Chartular. Folquini saec. X. med. in tabular. abbat. S. Bertini, iam deperditum. — 2. Copia chartul. Folquini saec. XII. in cod. Bibl. Boloniensis n. 146, fol. 12, dipl. n. 33. — 3. Copia saec. XVI. Inc. (c. 1500—1512) manu Alardi monachi conscripta, in Bibl. S. Andomari. — 4. Copia recens eiusdem codicis in Bibl. Paris. (Cartularia n. 158).

Ediderunt 1) ex chartul. Folquini saec. X: Mabillon, Dipl. p. 608, n. 194; — Miraeus, Opera dipl. II, 929, cap. 8, sub nomine Childerici regis ad a. c. 700; — Bouquet IV, p. 696, n. 112; — Brequigny p. 418, n. 300; — Pardessus II, p. 314, n. 507. — 2) ex cod. Boloniensi saec. XII: Cartulaire de l'abbaye de Saint-Bertin, publié par Guérard p. 42, n. 43; — cf. Le Glay p. 81. — De Foy ad a. 718; Brequigny ad a. 718; 35 Waiters ad a. 718.

Chilperichus rex Francorum, (vir inluster.)

Si facta parentum nostrorum, quod a loca sanctorum praestiterunt vel concesserunt, per nostris oraculis confirmamus, regia consuetudine hoc exercemus, et^a nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus^b. Igitur venerabilis vir Erchembodus abba^c de monasterio Sithiu, qui est in pago Taruanense in honore sanctae Mariae, genitricis domini nostri Iesu Christi, necnon et sancti Petri et Pauli apostolorum vel caeterorum domnorum sanctorum constructus, ad nostram accedens^d praesentiam, clementiae regni nostri suggestit, quod avus noster Chlodoveus^e quondam rex de omnibus curtis vel villis ipsius monasterii, quicquid eodem tempore 45 possidebant aut adhuc inantea ex munere, regum vel collata populi, seu de comparato aut de quolibet adtracto, in quibuslibet pagis atque territoris inibi est additum vel conlatum, integra emunitate antecessori suo domno Bertino, quondam ipsius monasterii abbate, vel ad praedictum monasterium concessisset: ut nullus iudex publicus ibidem ad causas audiendas, aut freta exactanda, vel fideiussores tollendos, nec mansiones aut paratas 50 faciendas, nec homines ipsius monasterii, tam ingenuos quam et servientes, qui super terras suas conmanent, distringendos, nec ulla redibitiones requirendas vel exactandas, iudicaria potestas ibidem ingrediens quoquam tempore non deberet, nisi sub emunitatis nomine^f omni tempore cum omnes freta^g concessas pars ipsius monasterii perenniter

a) a recentiori manu correctum: requiescit. b) proprietario c. c) gratia p. d) etiam copia. e) scilicet om. c. 55 f) ex c. g) iudicis p. h) ut om. c. i) placato c. k) et 2. l) confirmamus 2. m) abba, corr. abbas 2. n) accessit 2. o) Chlodoveo semper 2. p) nom = nomen 1 et 2. q) fretus concessos 2.

deberet possidere. Unde et praeceptiones ipsius videlicet principis, avi nostri Chlodovei, et confirmationes praecelsorum avunculorum nostrorum, Chlothacharii^a et Theoderici, seu et genitoris nostri Childerici, etiam et consobrinorum nostrorum Chlodovei et Childeberti, quondam regum, se ex hoc prae manibus habere adfirmat, et quod ipsa beneficia concessa ab eo tempore usque nunc videantur esse conservata. Sed pro integra firmitate petiit a celsitudine nostram memoratus abba, ut hoc circa ipsum locum pro nostra auctoritate plenius confirmare deberemus; cuius petitioni pro mercedis nostrae augmentum vel reverentia ipsius sancti loci ita praestitisse et in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes enim praecipimus, ut quicquid constat suprascriptum avum nostrum Chlodoveum, quondam regem, de ipsa emunitate, sicut superius est comprehensum, praefato Bertino, vel postea ipsi avunculi nostri Chlothacharius^b et Theodericus, seu et genitor noster Childericus, etiam et consobrini nostri Chlodoveus et Childebertus quondam reges^c, iuste et rationabiliter concesserunt vel confirmaverunt, et de eo tempore usque nunc recto tramite fuit conservatum, ita et inantea per^d nostro praecepto plenius in Dei nomine confirmare deberemus; inspectas ipsas praeceptiones suprascriptorum principum, sicut per eandem declaratur, circa ipsum abbatem Erkembodum vel successores suos et ad ipsum monasterium Sithiu omni tempore ipsa beneficia concessa in omnibus valeant esse conservata; et nulla refragatione nec nullum impedimentum a iudicibus publicis exinde quoquam tempore habere non debeant: unde ipsa congregatio pro stabilitate regni nostri vel salute patriae Domini misericordiam iugiter debeant exorare. Et ut haec auctoritas firmiter habeatur et in omnibus conservetur, manus nostrae subscriptionibus eam subter decrevimus roborare.

Actum anno regni nostri III.

(L. S.)^e

THEUDERICUS IV.

91.

721
Mar. 3.

Theudericus IV. rex petente Erkembodo abbate monasterio Sithiu in pago Tarvanense emunitates, a praedecessoribus suis Chlodoveo II, Chlothachario III, Childerico II, Theudericus III, Childebertho III, Chilpericho II. regibus concessas, auctoritate sua confirmat.

1. Chartular. Folquini saec. X. med. in tabular. abbat. S. Bertini, iam deperditum. — 2. * Copia chartul. Folquini saec. XII. in cod. Bibl. Boloniensis n. 146, fol. 13. dipl. n. 25. — 3. Copia saec. XVI inc. (n. 1509-1512) manu Alardi monachi conscripta, in Bibl. S. Audoмери. — 4. Copia recent. eiusdem codicis in Bibl. Paris. 30 (Cartularia n. 158).

Ediderunt 1) ex chartul. Folquini saec. X; Mabillon, Dipl. p. 609, n. 195; — Miraeus, Dipl. Belgica p. 11; — Notis. eccles. Belgii p. 18, esp. 13; — La Cointe IV, p. 449; — Miraeus, Opera dipl. I, p. 128; — Bouquet IV, p. 697, n. 113; — Broquigny p. 430, n. 306; — Pardessus II, p. 327, n. 515. — 2) vs. cod. Bolon. saec. XII: Cartulaire de l'abbaye de Saint-Bertin, publié par Guérard p. 44, n. 25; — str. Le Glay p. 20. — 3) De Foy ad n. 721; Broquigny ad n. 721; Wauters ad n. 721.

Theudericus rex Francorum. Viris^f industribus gravionibus seu et omnibus agentibus vel junioribus eorum, tam praesentibus quam futuris, in cuiuscumque libet actionibus monasterium^g Sithiu tenere vel habere videtur. Si facta parentum nostrorum, quae ad loca sanctorum praestiterunt vel concesserunt, per nostra oracula confirmamus, regia consuetudine exercemus; hoc ideo, ut nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidamus. Igitur venerabilis vir Erkembodus abba de monasterio Sithiu, qui est in pago Taruanensi in honore sanctae Mariae, genitricis domini nostri Iesu Christi, necnon et sancti Petri et Pauli apostolorum vel caeterorum domnorum sanctorum constructus, ad nostram accedens^h praesentiam, clementiae regni nostri suggestit, eo quod proavus noster Chlodovius quondam rex de omnibus curtis vel villis ipsius monasterii, quicquid eodem tempore possidebant aut adhuc inantea ex munere regum vel de collatis populi, seu de comparato aut de comparando aut de quolibet adtracto, in quibuslibet pagis atque territoriis inibi est additum vel collatum, integra emunitate antecessori suo Bertino quondam vel ad praedictum monasterium Sithiu concessisset; ut nullus iudex publicus ibidem ad causas audiendas, 50

a) Clodocharii 1. 2. b) Clodocharius 1. 2. c) regum 2. d) pro 2. e) sigillum, affigit n. regis coronati cum sceptro praeforens, hanc inscriptionem exhibet: † SIGNUM CHILPERICI · REGIS. f) ut illustribus, falsus 2. g) monasterii 1, 2. h) accessit 2.

aut freta exactanda, vel fideiussores tollendos, nec mansiones aut paratas faciendas, nec homines ipsius monasterii, tam ingenuos quam et servientes, qui super terras suas commanent, distringendos, nec nullas redibitiones requirendas nec exactandas, iudiciaria potestas ibidem ingredi non praesumat, nisi sub emunitatis nomine omni tempore cum omnibus fretis concessis pars ipsius monasterii perhenniter debeat possidere. Unde et praeceptione ipsius principis, proavi nostri Clodovei, et confirmationibus praecelsorum avunculorum nostrorum, Clothacharii et Childerici, seu et avorum nostrorum Theuderici et Childeberti, atque consobrini nostri Chilperici quondam regis, ex hoc prae manibus se habere affirmat, et quod ipsa beneficia concessa ab eo tempore usque nunc videantur esse conservata. Sed pro integra firmitate petiit celsitudini nostrae memoratus Erkembodus abba, ut hoc circa ipsum locum per nostram auctoritatem plenius in Dei nomine confirmare deberemus; cuius petitioni pro mercedis nostrae augmentum vel reverentia ipsius sancti loci ita praestitisse et in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes enim praecipimus, ut quicquid constat suprascriptum proavum Clodoveum quondam regem de ipsa emunitate, sicut superius est comprehensum, concessisse praefato Bertino, antecessori suo, vel postea ipsi avunculi vel avus noster Clothacharius et Theudericus, Childebertus et Childericus, etiam et confirmationes consobrini nostri Chilperici quondam regis, iuste et rationabiliter concesserunt vel confirmaverunt, et de eo tempore usque nunc recto tramite sunt conservatae, ita et in postmodum per nostrum praeceptum plenius in Dei nomine confirmamus; inspectas ipsas praeceptiones suprascriptorum principum, sicut per eandem declaratur, circa ipsum Erkembodum abbatem vel successores suos, aut circa ipsum locum Sithiu, omni tempore ipsa beneficia concessa in omnibus valeant esse conservata, et nullam refragationem nec ullum impedimentum a iudicibus publicis exinde quoquam tempore habere non pertimescant; unde et ipsa congregatio pro stabilitate regni nostri vel salute patriae Domini misericordiam iugiter debeat exorare. Et ut haec auctoritas firmiter habeatur et in omnibus conservetur, manus nostrae subscriptionibus eam subter decrevimus affirmare.

Signum gloriosi regis Theuderici.

(L. S.)

Data quando facit Martius dies III. Anno primo regni nostri. Suessionis civitate. In Dei nomine feliciter.

92.

Theudericus IV. rex petente Erkembodo abbate emunitatem, monasterio Sithienst a 721. Theudericus III. rege concessam, confirmat. Nov. 10.

1. Chartular. Folquinii saec. X. med. in tabular. abbat. S. Bertini, iam deperditum. — 2. * Copia chartularii Folquinii saec. XII. in cod. Bibl. Boloniensis n. 146, fol. 14, diploma n. 27.

35 E d i d e r u n t 1) ex chartular. Folquinii; Mabillon, Dipl. p. 609, n. 196; — Bouquet IV, p. 698, n. 114; — Brequigny p. 434, n. 309; — Pardessus II, p. 331, n. 518. — 2) ex cod. Boloniensi saec. XII; Cartulaire de l'abbaye de Saint-Bertin, publié par Guérard, p. 47, n. 27. — Fragmentum edidit Malbranq. de Morinis etc. lib. IV, cap. 58. — Brequigny ad n. 721; Waiters ad n. 721.

Theudericus rex Francorum, [vir iulster.]

40 Quem divina pietas sublimat ad regnum, concedet facta servare parentum, praecipue quae compendiis ecclesiarum aut locis sanctorum a regali clementia pro aeterna retributione probatur esse indultum, oportet conservare in aevum. Igitur cognoscat magnitudo ac utilitas vestra, venerabilem virum Erkembodum, abbatem de monasterio Sithiu, per missos suos clementiae regni nostri detulisse in notitiam, quod tritavus noster, 45 Theudericus quondam rex, per praecipionem suam sua manu subscriptam antecessori suo Bertino quondam abbati, vel praedicto monasterio Sithiu, tale beneficium concessit, ut quod infra fisco nostro ubi et ubi in quascumque pagis vel territoriis comparatum habebat, aut inantea ad comparandum invenire poterit, vel quod boni homines Deum timentes pro animabus eorum ad suprascriptum monasterium dederunt aut inantea 50 dederint, hoc habuisset concessum; et quod de fisco nostro comparatum habebat aut

a) integritatis 1; integritate 2. b) forme sigilli cum capite regis coronato a scriba apposite est. c) y. n. lalem tulit notitiam 1. d) detulit 2. e) anno proavum.

inantea comparasset, praeter illam terram unde opera carraria^a exeunt, hoc habuisset indultum, ut nulla iudiciaria potestas nullos redditus terrae nec nullas functiones publicas eidem ob hoc exigere aut exactare vel requirere non deberet. Unde et ipsam praeceptionem iam dicti tritavi nostri se prae manibus habere ex hoc affirmavit, et nobis in praesenti eam ostendit ad legendum; et ipsa beneficia concessa de eo tempore usque nunc asseruit esse conservata. Sed pro firmitatis studium^b petiit celsitudinem nostram, ut hoc circa ipsum locum sanctum pro nostris deberemus confirmare oraculis; quod nos propter nomen Domini et reverentia ipsius sancti loci gratanti animo ita praestitisse et in omnibus confirmasse cognoscite. Praeipientes enim, ut quicquid constat suprascriptum tritavum nostrum, Theudericum quondam regem, de ipso beneficio, sicut superius est comprehensum, praefato Bertino vel ad suprascriptum locum sanctum pro augmento mercedis suae concessisse^c, et de eo tempore usque nunc recto tramite fuit conservatum, ita et inantea inspecta ipsa praeceptione predicti principis, sicut per eadem declaratur, ita et inantea per nostrum praeceptum plenius in Dei nomine sit confirmatum. Sub eo ordine circa ipsum Erkembodum abbatem vel ad ipsum monasterium suum Sithiu omni tempore ipsa beneficia sint concessa, et in omnibus valeant esse conservata; et nullam refragationem nec nullum^d impedimentum a iudicibus publicis exinde quoquam tempore habere non pertimescant; unde et ipsa congregatio pro stabilitate regni nostri vel pro salute patriae Domini misericordiam iugiter exorare delectet. Et ut haec auctoritas firmior habeatur vel perhenniter in omnibus conservetur, manus nostrae subscriptionibus eam subter decrevimus affirmare. 20

Signum gloriosi domni TheudERICI.

(L. S.)^e

Data quod facit November dies decem. Anno I. regni nostri. Confelentis castro.

Ego Conradus iussus recognovi et subscripsi.

93.

723. *Theudericus IV. rex, petente Berthoaldo abbate et Carolo maiore domus praeses eius* 25
Mart. 1. *adiuvante, basilicae S. Dionysii privilegia et emunitates, ab antecessoribus suis concessa, confirmat.*

1. Copia saec. XIV. in tabular. S. Dionysii, iam in tabular. Paris. — 2. Cod. Bibl. Lugdun. n. 804 (copia recentior). Ediderunt ex cop. saec. XIV. Mabillon, Dipl. p. 488, n. 36; — Ruinart, Append. ad Gregor. Turon. col. 1383; — Bouquet IV, p. 702, n. 118; — Brequigny p. 441, n. 316; — Pardessus II. p. 338, n. 527. — De Foy 30 ad n. 723; Brequigny ad n. 722; Wauters ad n. 723.

Theudericus rex Francorum, vir iuluster.

Oportet clemencia principali inter ceteras petitiones^f illud, quod pro salute adscribitur, vel pro divinis nominis postulatur, plagabili auditu percipere et^g ad effectum perducere, ut fiat in mercedem^h; dum pro quietem servorum Dei vel congruentia locis venerabilibus 35 impertitur petitio. Aergoⁱ dum et omnipotens Pater, qui dixit de tenebris lumen exlendiscire^k, per incarnationis mystheriae^l unigeniti filii sui, domini nostri Iesu Christi, vel inlustratione Spiritus sancti inlucit in corda sanctorum christianorum, pro cuius amore et desiderium inter ceterus^m gloriosus triumphusⁿ martyrum beatus Dionisius^o cum sociis suis, Rustico et Eleutherio^p, qui primi post apostolos sub ordinatione beati Clementi, 40 Petri apostoli successoris, in hanc Galliarum provinciam advenerunt, ibique praedicantes baptismum paenitentiae et remissionem peccatorum, dum in hunc modo concertabant, ibique meruerunt palmam marthyriae et coronas percipere gloriosas. Ubi per multa tempora et usque nunc in eorum basilicam, in qua pretiosa eorum corpora requiescere videntur^q, non minima miracola virtute Christi per ipsos dignabatur operari; in quo etiam 45 loco gloriosi parentis nostri^r vel bonae memoriae proavus noster, Dagobertus quondam rex, videntur requiescere^s; utinam ut et nus per intercessionem sanctorum ipsorum in

a) carpentaria 1. 2. b) custodiam 2. c) concessit 1. 2. d) nullum 2. e) sigilli effigiem cum capite regis coronato
A. 1 appositus scriba codicis 2. f) petitiones 2. g) et deest apud Pardessus. h) mercedem 2. i) Ergo 2.
k) expendiscire 1; expendiscere 2. l) mystheria 2. m) ceterus 2. n) triumphus 2. o) Dionisius 2. p) Eleu- 50
therio 2. q) videntur 2. r) noster 2. s) requiescere 2.

caelestia rigna cum omnibus sanctis miriamur participare, et vitam aeternam percipere. Igitur venerabilis fidelis noster Deo propitio Berthoaldus abba de ipsa basilica peculiaris patronis nostri, domni Dionisii^a, missa petitione per illustri^b viro Carlo, maiorem domus nostro, clementiae regni nostri redderunt suggerentes, eo quod a longo tempore a pontificibus Parisiorum urbis integrus privilegii ad ipsa basilica domni Dionisii fuissent concessus, et ad anterioris regis, parentis nostrus, de eo tempore usque nunc confirmatus^c, qui et ipso privilegio seu et ipsas praeceptiones vel confirmationes se prae manibus abire adfirmant. Sed pro integra firmitate ipsi petiit vir Carlus vel ipsi abba celsitudinem nostra, ut et nus iteratis per nostra praeceptione hoc deberimus^d adfirmare; quorum tam religiosa petitione libentissimi suscepisse et in omnibus confirmasse, vestra comperiat magnitudo.

Sed quia a superscriptis principibus vel a ceteris priscis regibus, etiam et ad Deo timentibus christianis omnibus, ipsi templus vel ipsi sanctus locus propter amorem Dei et vitam aeternam in rebus videtur esse dihatas, nostra integra devotio est, ut privilegio ad ipsum sanctum locum abbati vel fratribus^e ibidem consistentibus facere vel confirmare pro quieti futurae dixerimus, ut facilius a congregatione ipsius liceat pro stabilitate^f regni nostri ad limena vel ad sepulchra ipsorum martyrum iugiter exorare. Nus ergo per hanc seriem auctoritatis nostri, iuxta quod per supradictum est privilegium a pontificibus factum, vel ab antecessoribus regibus, parentibus nostris, confirmatum, pro reverentia ipsorum martyrum vel nostra confirmanda mercede, concedemus ipsi sancto locus et a novo confirmamus, ut si qua ad ipsum sanctum locum, tam in villabus, mancipiis, vel in quibusque rebus adque corporibus, a priscis principibus seu a genitoribus nostris vel a Deo timentibus^g hominibus propter amorem Dei ibidem fuit deligatum aut deinceps fuerit addetum, dum et ex munificentia parentum nostrorum, ut diximus, ipsi sanctus locus veditur esse ditatus vel conditus^h; nullus episcoporum, nec praesentis neque futuri fuerint successoris, aut eorum ordinatis, vel quislibet persona, non possit quoque ordine de ipso loco aliquid auferre aut per aliquam potestatem sibi in ipso monasterio usurpare vel aliquid quasi per commutationis titulum absque voluntati ipsius abbati vel ipsius congregationis aut nostrum permissum, neque calices neque crocces seu indumenta altarium vel sagrasⁱ codices aut aurum aut argentum^j, vel qualicumque speciem de quo ibidem conlatum fuerit aut inantia^k dedicateum, auferri aut minuare, nec ad civitatem deferri, penitus eis non liciat nec facere praesumant; sed liciat ipsi sancti loci^l vel ipsius congregationi, quod eis per rectam delegationem conlatum est, perpetim possidere. Et^m illudⁿ viro^o in hunc privilegio nostrae serenitatis placuit inserendi: ut cum abba de ipsa casa Dei de hunc saeculo nuto divino fuerit evogatus^p, liceat^q ipsius sancti congregationi de ipso monasterio ex semetipsis elegire, et quem bonum et condignum invenirent qui honnus abbatis secundum ordinem^r sancto possit regere vel governare, et unanimiter consenserint, data auctoritate a nobis vel a successoribus nostris, ibidem in ipsa casa Dei instituat abba, et pro stabilitate regni nostri vel pro cunctis leodis nostris seu salutis patriae Domini misericordiam valeant exorare. Qua optematum, illustrium virorum, nostrorum procerum, gratissemo animo et integra devotione visi^s fuimus prestitisse^t vel concessisse, eo ex scilicet urdene, ut sicut temporebus anteriorum regum, parentum nostrorum, ibidem in ipsa sancta basilica psallentius per turmas fuit institutus, sicut ordo sanctus edocit, die noctaque perenniter in ipso loco sancto celebretur.

Quam urdenationis auctoritatem decrivimus, Christum in omnibus nobis sofragantem confidemus, qui adiuvet illis conservantem et desipit^u illis distrolre coplentis. Et ut firmiorem obtineat vigorem et nostris et futuris^v Deo auxiliante temporebus inlaesa custodiatur et per tempora^w conservitur^x, manus nostrae [subscriptionibus]^y subter^z eam^{aa} decrivimus roborare.

Data ipsa die Kal. Martias. Anno III. regni nostri. Valencianis. In Dei nomine feliciter. Amen.

a) Dionysii 2. b) illustris 1. c) firmate 2. d) dixerimus 2. e) fratribus 2. f) stabilitati 2. g) timentibus 2. h) conditus 2. i) sagrici codicis 2. j) argenteis 2. k) inantia 2. l) loci 2. m) Et om. 2. n) illud 2. o) viro 2. p) evogatus 2. q) liciat 2. r) ordine 2. s) visi 2. t) praestitisse 2. u) desipit 2. v) futuris 2. w) temporalibus Deo aux. 2. x) conservitur 2. y) subscriptionibus om. 1. 2. z) subter om. 2. aa) eam infra decrivimus 2.

94.

726. *Theudericus IV. rex in placito Pontegune habito basilicae S. Dionysii villam*
 Mort. 3. *Baudrinum in pago Camliacensi, a viro illustri Ermenteo praedictae ecclesiae venditam,*
adiudicat.

Esiderunt ex tabulario S. Dionysii: Doublet p. 684 (sub nomine Theuderic III. ad a. 679); — Labbe, *Mélanges* 5
 curieux II, 433 (sub eodem nomine); — Le Coite III, p. 892, n. 12 (sub eodem nomine); — Bouquet IV,
 p. 704, n. 123, ad a. 726; — Brequigny p. 447, n. 322, ad a. 726; — Pardessus II, p. 345, n. 535, ad a. 726. —
 De Foy ad a. 726; Brequigny ad a. 679 a. a. Theuderic III.

Theudericus rex Francorum, vir iuluster.

Cum nos in Dei nomine Pontegune^a in palatio nostro una cum nostris fidelibus ad
 universorum causas audiendas vel recta iudicia terminanda resederemus, ibique venientis
 agentis basilici peculiaris patroni nostri, domni Dionysii martyris, ubi ipse preciosus
 dominus in corpore requiescit, et venerabilis vir Godobaldus⁸⁹ abba praeesse videtur,
 adversus illustri viro Ermenteo suggerebant dum dicerint, eo quod villa sua nuncopante
 Baudrino, super fluvium Hyssera, sitam in pago Cameliacinse, quam de parte genitore
 suo Nordeberto et germano suo Gunthechario ambobus quondam ad ipso legitimi obvinit,
 venerabili viro Godobaldo abbati ad parte basilici domni Dionysii pro vindicionis titulum
 delegavit vel firmavit; qui et ipsa vindicatione in praesente ad relegenda relecta, ipsaque
 dum ipsi Ermenteus in praesente aderat, interrogatum ei fuit a procerebus nostris: se
 ipsa villa Baudrinus ipsius Godobaldo abbati ad parte domni Dionysii vindedisit, aut se
 pretium exinde accepit, aut se auctor ei exinde aderat. Sed ipsi Ermenteus in praesente
 taliter fuit professus, quod ipsa villa in suprascripto loco Baudrino in iam dicto
 pago Cameliacinse ipsius Godobaldo abbati ad parte basilici sui domni Dionysii vinde-
 disit, et iuxta sui aprificatione precio exinde recepisset, et ipsa vindicione fieri et firmare
 rogavit, et auctor exinde aderat et inantea adesse vellebat. Proinde nos taliter una cum
 nostris procerebus constetit decrevisse, ut dum iuluster vir Cumrodobaldus, comes palati
 nostri, testemuniavit^b, quod taliter ac causa acta vel inquisita fulsit denoscetur, lobimus
 ut memorati agentis ad parte ipsius venerabili viro Godobaldo abbati vel basilici sui
 domni Dionysii iam dicta villa Baudrinus in superescripto pago Cameliacinse una cum
 terris, domebus, superpositis aedificiis, acolabus, mancepiis, viniis, silvis, campis, pratis,
 pascuis, aquis aquarumve decursebus, movilebus et immovilebus, peculiis, praesideis,
 farinariis, gregis cum pastoribus utriusque generis sexus, una cum omne adiecenciis
 vel appendiciis ad se pertinentis vel aspicientis, ad integrum omnia et ex omnibus,
 inspecta eorum strumenta, omne tempore habeant evindegata adque elediata. Et se
 necessitas ipsius Godobaldo abbati vel basilici sui domni Dionysii aut successoribus suis
 inantea fuerit, memoratus Ermenteus vel heredis sui eos in auctoricio contra quemlebet
 studeant definsare.

Gairebaldus ad vice Eonardo recognovit.

Iudicatum quod ficit minis Marcius dies III. Annum VI. regni nostri. Pontegune, in
 palatio nostro.

95.

727. *Theudericus IV. rex petente Firmino episcopo monasterio Vivario Peregrinorum*
 Jul. 12. *sive Murbach, in pago Alsacinse in heremi vasta Vosago ab eo constructo, possessionem*
bonorum aut collatorum aut in posterum conferendorum confirmat.

* Copia saec. IX. in speciem autographi confecta, in tabular. Colmariceni. — Ectypa eiusdem copiae, quam pro 45
 autographo habuit, dedit Schoepflin, *Abst. dipl.* I, tab. II.

a) Pontegune edit. b) testemuniavit edit.

89) Godobaldus abbas sedit annis 723—748, qua ex re sequitur, diploma esse Theuderic quarti, non
 tertii, regis, id quod primus vidit Mabillonius, *Dipl.* p. 629, et *Annal.* II, p. 75.

Ediderunt 1) ex schedis Herovallii: Mabillon, Acta SS. saec. IV, pars 2, p. 554 ex.; — Lönig, Reichsarchiv, tom. XIX, p. 951, n. 3, ad a. 729, et tom. XVIII, p. 173, n. 1, ad a. 733; — Acta SS. Octob. tom. I, p. 434. — 2) ex copia tabular. Morbacensis, quam pro autogr. habuerunt: Mabillon, Annal. II, Append. p. 706, n. 39; — Bouquet IV, p. 706, n. 122; — Lequille, Preuves p. 13; — Schoepflin, Akad. dipl. I, p. 7; — Granddier I, Preuves p. 37; — Brequigny p. 452, n. 328; — Perdcus II, p. 351, n. 343; — Trouillet I, p. 63, n. 33. — Excerptum editis Mabillon, Annal. II, p. 77. — De Foy ad a. 726; Brequigny ad a. 727.

Exemplar^a privilegii Theoderici regis de monasterio Muorbach.

Theodericus^b rex Francorum.

Viris apostolicis, patribus episcopis, necnon illustribus viris: ducibus, patriciis, comitibus, vel omnibus agentibus, tam presentibus quam futuris. Si petitionibus sacerdotum quod ad proprietatem ecclesiarum pertinet, devota mente prestamus, retributorem omnium bonorum, dominum Iesum Christum, I ex hoc nos habere confidimus. Igitur dum et venerabilis vir Perminus, gratia Dei episcopus, nostris temporibus cum monachis suis Deo inspirante pro euangelio Christi peregrinatione suscepta, monasterio virorum in heremi vasta, que Vosagus appellatur, in pago Alsacense, in loco qui vocatur Vivarius Peregrinorum, I qui antea appellatus est Muorbach, in alodo fidele nostro Ebrocharo^c comite, cum ipsius adiutorio Deo donante conatus est construere vel cenobio sancto ibidem instituere in honore Dei et genetricis domini nostri Iesu Christi, semper virginis Mariae, seu sancti Michahelis archangeli, vel sancti Petri et Pauli, beatis apostolis, et sancti Leudegarii martiris cum sociis eorum, ubi ipsi famuli Dei sub sancta regula solitariam vitam fruuntur. Petiit ipse vir Dei Perminus episcopus serenitati nostre cum ipso iam nominato fidele nostro Ebrocharo comite, talem ob hoc nostrum emanere preceptum de omni corpore possessionis ipsius monasterii quicquid et presens tenere vel donare videtur, aut quod inantea a quocumque Deo inspirante ibidem recte fuerit conlatum vel delegatum, per nostrum preceptum deberemus in Dei nomen plenius confirmare. Quod nos pro mercede nostra in omnibus fecisse cognoscite, et ad predictis famulis Dei talem emisimus decretum, ut nullus episcoporum, nec praesentis, nec qui fuerint successores, nec eorum ordinatores, aut quibuscumque iudicialis potestas, per quacumque ingenio possint quocumque ordine de loco ipso aliquid auferre aut abstrahere, ut facilius liceat ipsa familia Christi, que ibidem in Dei nomine adunare desiderant, eorum rectam delegationem quiete per tempora possidere et sanctam regula conservantes, proprio privilegio, que nobis pre manibus ostenderunt, Deo iubente sub tranquillitate possint permanere, quia nihil de canonica auctoritate convellitur quicquid et talem familiam Christi ad laudem Dei die noctuque canendam conceditur. Idcirco pro caelesti intuitu talem nobis beneficium prestasse cognoscite, ut maneat quicquid antefati viri Dei ad nostro^d monasterio conquisierint vel laboraverint, et quod iam dictus fidelis noster Ebrehardus per sua strumenta ibidem adfirmavit, vel a ceteris conlata fuit aut fuerit sub nostra emunitate eius temporibus, absque ullius inquietudine Deo auxiliante cuncta eis profitiant^e in augmentis. Additur tamen, et si abba congregationis ipsius episcopis fuerit postulatus, ut ei presbiteros vel diaconos pro missis celebrandum debeat ordinare^f, absque commodi acceptione instituat. Et si rogatur conditam ecclesiam, crisma, tabulas, gradus ecclesiae, absque commodi acceptione faciat; quod si ipse rennuerit, alterum quemlibet pontificem, qui gratis haec tribuat, licentiam habeat supplicare, et ille hoc facere. Et nullo umquam tempore parrochiae ipsius pontificis, in cuius dioecese situm est hoc monasterium, potestatem nullam habeat inquietandi, non ipse, non archidiaconus, non ecclesiae iudices, nec censum mittere neque pastum neque honorem in rebus monasterii requirere non audeant. Et si abba ipsius congregationis de hac luce vocatus fuerit, nullus ibidem de alio monasterio nec de civitate, nec pro parentela, nec ab episcopo ordinatus, neque per potestatem, neque per premium aut quolibet ingenio cuiuscumque iudici, nullus presumat in ibidem abbatem ordinare, nec quandocumque necessitas evenerit abbatem instituere, nisi quem ipsa congregatio et melior pars elegerit secundum quod regula et privilegium ipsorum continet, ipsi sibi dignum constituant pastorem. Et illud nobis placuit pro integra mente vel stabilitate regni nostri innectere, ut ipse monasterius sub defensione et tuitione Dei et nostra stirpe

a) verba Exemplar — Muorbach manu capc. IX. in dorso diplomatis scripta sunt; ex quibus patet, scripturam chartam hanc non autographam sed copiam (exemplar) esse, optime intellexisse, id quod editores effugit. b) Theodericus c. c) Ebrocharo sup.; Eborardo Schoepflin. d) nostro dipl. e) reddunt dipl. f) ord. ordinare dipl.

regia per succedentia tempora valeat consistere inconvulsum, et nulla publica iuditiaria potestas, nec presente nec futuro tempore, in curtis vel territoriis ubicumque ipsius monasterii ad causas audiendum, vel freda undique exigendum, non presument ingredi, nec fideiussores tollere; et quicquid tam de ingenuis, quam de servientibus super territoriis ipsius monasterii conmanentibus fisco de freda aut harebannus unde poterat sperare, ad luminaribus vel stipendiis superscriptis famulis Dei ex nostra indulgentia ad integrum mancipientur effectui, et nobis regnantibus aut postmodum tempora succedentium regum, quod nos pro Dei amore et timore indulsumus, quemquam hoc non presumat convellere, set omne quieto et integra emunitate hoc quod decrevimus inviolabiles auxiliante Deo perseveret.

Et ut haec preceptio erga ipsom monasterio firmiter habeatur, manus nostrae subscriptionibus subter decrevimus roborari.

Theudericus rex Francorum s(ubscripsit). Germalus obtulit. (L. S.)⁴

Data quod fecit mense Iulio die XII. Anno VII. regni nostri. Gundulfi villa. In Dei nomine feliciter. Amen.

741-752.

CHILDERICUS III.

96.

743.
Apr. 23.

Childericus III. rex pelente Waimaro abbate monasterio Sithienst emunitates, eidem coenobio a Theudericu IV. concessas, confirmat.

1. Chartular. Folquini saec. X. med. in tabulario abbatis S. Bertini, iam deperditum. — 2. *Copia chartularii Fol-
quini saec. XII. in cod. Bibl. Boloniensi n. 146, fol. 15'. — 3. Copia saec. XVI. in manu Alardi monachi
conscripta, in Bibl. S. Audomari. — 4. Copia recens eiusdem codicis in Bibl. Paris. (Cartularia n. 158.)
Ediderunt 1) ex chartul. Folquini saec. X; Mabillon, Dipl. p. 616, n. 197; — Miraeus, Opera dipl. II, p. 929; —
Bonquet IV, p. 710, n. 127; — Brequigny p. 480, n. 344; — Pardessus II, p. 384, n. 570. — 2) ex cod. Bñon.
saec. XII; Cartulaire de l'abbaye de Saint-Bertin, publié par Guérard, p. 51, n. 31. — De Foy ad n. 744; 25
Wauters ad n. 743.

Childericus^a rex Francorum. Viris^b illustribus, gravionibus atque omnibus agen-
tibus^c, vel iunioribus eorum, tam praesentibus quam futuris, in quibuscumque actionibus
monasterium Sithiu habere videtur. Quem divina pietas sublimat ad regnum, concedet
facta conservare parentum; praecipue quae compendiis ecclesiarum aut locis sanctorum 30
regali clementia pro aeterna retributione probatur esse indultum, oportet conservare in
aevum. Igitur cognoscat magnitudo seu^d et utilitas vestra, quod venerabilis vir Waimarus
abba de monasterio Sithiu clementiae regni nostri detulit in notitiam, quod parens noster,
Theudericus^e quondam rex, per suam praeceptionem sua manu firmatam antecessori
suo Erkembodo abbati vel ad praedictum monasterium suum Sithiu tale beneficium con- 35
cessisset, ut quod infra fiscum nostrum, ubi et ubi in quibuscumque libet pagis aut terri-
toriis comparatum habebat, aut inantea ad comparandum invenire poterat, vel quod boni
homines Deum timentes pro animabus eorum ad suprascriptum monasterium dederunt aut
inantea dederint, haec habuisset concessum; et quod de fisco nostro comparatum habebat
aut inantea comparasset, praeter illam terram, unde opera carraria exeunt, hoc habuisset 40
concessum, ut^f nulla iudiciaria potestas nulloa redditus terrae nec nullas^g functiones
publicas eidem ob hoc exigere aut exactare nec requirere non deberet. Unde et ipsam
praeceptionem ipsius^h iam dicti parentis nostri, Theudericusⁱ quondam regis, se praesentibus
ex hoc habere adfirmat, et nobis in praesenti eam ostendit ad relegendum; et ipsa beneficia
concessa de eo tempore usque nunc adserit esse conservata. Sed pro firmitatis studium^j 45

a) sigillum cerium pergrande regem in throno sedentem et regni insignia, sceptrum et globum, manu tenentem representat,
in similitudinem sigillorum imperatorum stirpis Saxonicae, Ottonis III. vel Henrici II; quare postea videtur esse affirmum.
b) Childericus 1. 2. c) ut viris 2. d) gentibus 2. e) seu om. 2. f) Theudericus 1. 2. g) et nulla 1. 2.
h) viles 2. i) ipsius om. 2. j) Theudericus 1. 2. k) custodiam 2.

90) Theudericus IV, cfr. supra n. 92.

petiit celsitudinem nostram, ut hoc circa ipsum locum sanctum per nostris deberemus confirmare oraculis; quod nos propter nomen Domini et reverentia ipsius sancti loci ita praestitisse et in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes enim praecipimus, ut quicquid constat suprascriptum parentem nostrum, Theudericum^a quondam regem, de ipso beneficio, sicut superius est comprehensum, praefato Erkembodo abbati vel suprascripto loco sancto pro augmento mercedis suae concessisse^b, et de eo tempore usque nunc recto tramite sicut conservatum, ita et inantea inspectis ipsis praeeptionibus praedicti principis, sicut per easdem declaratur, ita et inantea per nostrum praeeptum plenius in Dei nomine sit confirmatum; sub eo ordine, [ut] circa ipsum Waimarum abbatem vel ad ipsum monasterium suum Sithiu omni tempore ipsa beneficia concessa in omnibus valeant esse confirmata^c, et nullam refectionem nec nullum^d impedimentum a iudicibus publicis exinde quoquam tempore habere non pertimescant: unde et ipsa congregatio pro stabilitate regni nostri vel salute patriae Domini misericordiam iugiter debeant exorare. Et ut haec auctoritas firmiter habeatur, vel per tempora in omnibus conservetur, manus nostrae subscriptionibus eam subter decrevimus adfirmare.

Signum gloriosi regis Childerici^e.

(L. S.)

Data quando fecit^f Aprilis dies XXIII. Anno primo regni nostri. Crisciaco palatio. In Dei nomine feliciter. Amen.

97.

20 *Childericus III. rex monasterio Stabulaus et Malmundario emunitates, a praedecessoribus suis aliisque hominibus concessas, confirmat.* 144. Jul.

1. *Chartular. Stabul. et Malmund. saec. XIII. in tabular. Dusseldorp. signat. B, 52, fol. 5, n. 11. — 1^b. *Chartular. alterum in Bibl. Bruxellensi saec. XIV. signat. 116 B, fol. 7. — Textus corruptus.

25 Ediderunt ex chartul. saec. XIII. Martens et Durand. Ampliss. Coll. II, col. 17; — Bertholet II, Preuves p. 36; — Bouquet IV, p. 711, n. 128; — Brequigny p. 483, n. 347; — Pardessus II, p. 287, n. 575. — ex chart. Bruxell. 116 B. Polain p. 8. — De Foy ad a. 744; Brequigny ad a. 744; Wauters ad a. 744.

Exemplar praeepti Hilderici regis, dati Anglino venerabili abbati.

Childericus^g rex Francorum viro inclito Karolomanno^h, maiori domus, rectori palatioⁱ nostro^k, qui nobis in solium regni instituit, viris apostolicis patribus nostris, necnon et imperatoribus viris omnibus^l comitibus vel omnibus agentibus, tam praesentibus quam futuris.

Oportet enim clementia^m principale inter ceterorum petitiones sacerdotibus quibuslibet benignum accomodare auditum, et quae pro timore Dei et pro timore nominis Christi postulatur, ponatur procul dubium ad effectum, ut fiat in mercedem coniunctio, dum pro quiete servorum Dei congrua impertitur petitio; quiaⁿ fides propheta non dubitat ad Altissimi gratiam pervenire, quod secundum sacro eloquio praecipue a domesticis fidei devota mente impenditur; quia scriptum est: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum.* Ergo dum et Anglinus^o abba, qui etiam monasteria Stabulaus et Malmundario, qui ponuntur in foresta nostra Ardena^p vel super fisco nostro videntur esse constructa, ex nostro promisso iussus est regere, vel ipsorum monachorum, ubi basilicas in honore domnorum sanctorum Petri et Pauli et sancti Martini videntur esse constructas, vel turba plurima monachorum ad unitatem noscuntur [consistere,] clementiae nostrae pro quiete ipsorum servorum Dei praeeptionem^q vigoris nostri placuit propalare, sub quo tranquillitatis ordine Domino protegente ipsi monachi iuxta religionis normam perpetim valeant residere, ut hac^r serie^s planius declaratur^t; quia nichil de canonica institutione convellitur^u,

a) Theodericum 1. 2. b) concessit 1. 2. c) conservatas 2. d) ullum 2. e) Hilderici 1. f) facti 2.
g) Hildericus 1. 1^b. h) Karolomanno 1. i) postea corr. palatii 1. k) post corr. nostri 1. l) omnes 1. 1^b.
m) clementiam 1. n) qua 1. 1^b. o) Ardena 1^b. p) et 1. 1^b. q) perceptionem 1. 1^b. r) huic 1. 1^b.
s) serie 1. 1^b. t) declaratur 1. 1^b. u) convelli et 1. 1^b.

50 94) Legendam videtur Agilulphus, qui hoc tempore deprivatum est in chartis Carlomanni, maioris domonast. Stabul. et Malmund. praefuit; cfr. Le Coite mus, pro eodem monasterio, infra sub anno 746 IV, p. 109 et 166. Agilulphi nomen eodem modo et 747 editis.

quicquid a domesticis pro tranquillitate pacis conceditur, nec nobis aliquid detrahendum
 101. a aestimet, atque in novo^a decernitur merito, dum ab antiquis iuxta pontificum institutionem
 pro regale sanctione^b monasteria sanctorum e^c Stabulau et^d Malmundario sub libertatis
 privilegio videntur consistere. Ergo si quid^e inibi illius abbati est delegatum aut deinceps
 fuerit additum, iuxta quod ab ipso Anglino abbati vel ceteris domnis abbatibus ad praefata
 monasteria vel monachos^f ibidem deservientes, iuxta quod eorum continent privilegia,
 quae nobis praefatus Anglinus abba protulit recensendum, sancitum esse cognovimus et
 scimus, nullus episcoporum, ut diximus, nec praesens neque qui fuerit successor^g eius,
 seu archidiaconus^h, seu eorum ordinatorum, vel quaelibet persona, possitⁱ quoquo^j ordine
 auferre^k de loco ipso, aut aliqua potestate sibi ipsa monasteria petere, (aut) quod scriptum
 est adaptare, vel aliquid quasi pro commutationis titulo minorare aut de monasteriis^l
 illata abstollere, nec ad ipsa monasteria vel cellulis eius, quod facilius est, secundum
 delegationibus intrare^m; sedⁿ huius serie^o auctoritatis^p ad ipsa monasteria absque ullius
 inquietudine ibidem cuncta proficiant in augmentis. Adicientes^q ergo, ut^r etiam in ipso
 privilegio de abbatis ingressu^s, ipsa loci^t congregatio, postquam^u alius migravit, e^v semet
 15 ipsa regulariter eligerent, instituendo abbati potestatem^w habeant committendo, et licentiam
 habeant terris fiscalis comparandi vel commutandi; adicientes^x, ut nulli penitus iudicium
 vel cuiuslibet hominum licentia sit, de rebus praefatorum^y monasteriorum absque voluntate
 ipsorum servorum Dei iniquiter in aliquo defraudare, aut de monasterio pro suis usibus
 usurpare: ne^z quod primitus est, et Dei iram incurrat et nostram offensam, vel fisco gravi
 20 dampno sustineat. Illud nobis praecipue (in) integram memoriam nostram placuit addendo:
 ut tam quod ex^{aa} nostra largitate quam deliberatione ipsius vel ceterorum aut cuiuslibet
 fuerit^{ab} devoluta possessio, quoquo tempore nulla iudicialia potestas aut succedente ad
 causas audiendo aut aliquid exactando ibidem non praesumat ingredi; sed omne emunitati
 hic ipsum monasteria, qui in Dionante castro et in Hogio commorari videntur, nullo theloneo
 25 ad usus exactare penitus non praesumatis, et quicquid exinde fiscus noster^{ac} forsitan de
 eorum hominibus aut de ingenuos aut de servientibus, quae ad ipsos casas legitimo redi-
 bunt initio, et earum agros commanire videntur, vel unde^{ad} quid poterit sperare, ex indul-
 gentiam nostram in luminaribus ipsius sancti loci vel stipendia sanctorum Dei, tam^{ae} nobis
 in Dei nomine viventibus quam^{af} pro tempore succedentibus, pro mercedis compendium
 30 debeant cuncta proficere, ut pro aeterna salute vel felicitate^{ag} patriae seu regni^{ah} constan-
 tiam^{ai} delectet ipsius monachis, immensam Domini^{aj} pietatem implorare.

Quem praeceptum decretus noster (Deo) in omnibus suffragante^{ak} ut^{al} firmiter habeatur
 et perhenniter conservetur, subscriptione manus nostrae infra estudimus peragere.

Cadecissa manus recognovit.

Signum Childerico, domno glorioso rege.


(L. S.)

Data^{am} quod fecit menses Iulius.

35

a) nov^a l. 1^a. b) correctione f. 1^a. c) e f. 1^a. d) qua l. 1^a. e) monachorum f. 1^a. f) successoris l. 1^a.
 g) archidiaconus l. 1^a. h) post l. 1^a. i) quoquo l. 1^a. j) auferre l. 1^a. k) monasteria l. 1^a. l) vilitatem l. 1^a.
 m) sed l. 1^a. n) auctoritatis f. 1^a. o) adicientes l.; adicientes l. 1^a. p) et l. 1^a. q) ingressus l. 1^a. r) loci l. 1^a. 40
 s) post l. 1^a. t) potestatem l. 1^a. u) praefata monasteria l. 1^a. v) nec l. 1^a. w) ex l. 1^a. x) qui fuerit l. 1^a.
 y) nostro l. 1^a. z) nunquid l. 1^a. aa) tamen l. 1^a. ab) tam l. 1^a. ac) felicitatis l. 1^a. ad) regis l. 1^a. ae) legendum:
 constantia. af) domini l. 1^a; domine l. 1^a. ag) suffraganti l. 1^a. ah) et ut l. 1^a. ai) post subscriptionem regis et ante
 datum codic. l. 1^a. addunt: Emuncta (s. e. Emunitas) de monasterio e Stabula seu Malmundario, ut non debeat aliter abbas
 esse, nisi quos ipsi monachi voluerint eligere, ut Dei voluntas fuerit. Quae verba etiam dubio in dorso autographi inscripta, 45
 perperam ab auctore chartularii in textum chartae inserta sunt. Sequuntur deinde verba: Data — menses Iulius.

DIPLOMATA
MAIORUM DOMUS
E STIRPE ARNULFORUM.



GRIMOALDUS DUX.

I.

Grimoaldus dux monasterio Stabulensi et Malmundariensi villam Germiniacum, a e. a. 650. Sigiberto regē sibi donatam, cum omni integritate et appendiciis eius, molendinis scilicet in Supia et proprietatem in loco Terune dicto, iuxta fluvium Axina, concedit.

1. * Cod. Bamberg. E, III, 1, saec. IX, fol. 116—118; — 1^b. * Chartular. Stabul. et Malmund. saec. XI, in Bibl. Bruxell. cod. n. 2757.

Ediderunt ex cod. Bamberg. Henchenius, de trib. Dagob. p. 98; — Miraeus, Opera dipl. III, p. 281; — Brequigny p. 207, n. 126; — Pardessus II, p. 92, n. 316. — De Foy ad a. 650; Brequigny ad a. 650; Wauters circa a. 650.

10

Confirmatio^a Grimoaldi ducis facta de villa Germiniacō ad eundem sanctum virum.

Domino sancto et in Christo patri, Rimagilo episcopo, vel omni congregationi monasterio Malmundario seu Stabelau consistentium, Grimoaldus. Recogitans molem peccatorum meorum, qualiter veniam optinere merear, dono vobis donatumque esse volo pro compendiis ipsorum servorum Dei, qui in ipsa monasteria conversare videntur, loco cognominante Germiniacō in pago Remēsi, quem dominus gloriosus Sigibertus rex^b nobis concessit. Ipsam villam Germiniacō cum omni integritate sua, domos, aedificiis, mancipiis, acolabus, pecuniis, campis, aquis, cum omni soliditate et^c appendiciis: id est duos molendinos^d in Supia cum area et terra, vinea una in Beterio, et alia^e appenditia quae dicitur Terunē, iuxta fluvium Axina, quem de Godetrude dato pretio comparavi, [cum] domibus^f, mancipiis, campis, pratis, vineis, aquis aquarumve decursibus; cum omni integritate ad se pertinente, concedo vobis a die presente perpetualiter, ut ipsam villam Germiniacō cum^g appendiciis suis superius cognominatis teneatis, possideatis, vel quicquid inde facere

25

30 volueritis, liberam et firmissimam habeatis potestatem. Et si sane, quod fieri non credo, aliquis de heredibus meis vel aliqua opposita persona contra hanc firmationem de parva munuscula, quae in ara summi Dei omnipotentis^h offerre non dubito, venire temptaverit, inferat in sacro fisco auri libram 1, argenti pondera 5, et nihilominus facta mea irrumperē non valeat.

30

Factaⁱ exemplaria sub die Kalendis Augusti. Anno IIII. regni domini nostri Dagoberti regis.

PIPPINUS AB HERISTALLO MAIOR DOMUS.

2.

Pippinus maior domus et uxor eius Plectrudis basilicae sanctorum apostolorum iuxta urbem Mettensem villam Nugaretum in pago Wabrinse cum omnibus ad eam pertinentibus concedunt.

Chartular. S. Arnulph. Mettensis vetus, iam deperditum.

Ediderunt ex hoc chartul. Meusius p. 109; — Le Coinq. IV, p. 262, cap. 1, ad a. 692; — Bouquet IV, p. 666, n. 72, ad a. 690; — ex copia recentū chartularū S. Arnulph. Brequigny p. 316, n. 213, ad a. 691; — Pardessus II, p. 212, n. 414. — Versionem Francogallicam edidit Valladier, fauguste Basilique de l'Abbaye royale de Saint-Arnoul (Paris 1615. 4^o) p. 184. — De Foy ad a. 690; Brequigny ad a. 691; Wauters ad a. 691.

40

a) rubrica in 1. 1^b. b) rex nobilis nobis 1^b. c) et om. 1. 1^b. d) molendinos duos 1^b. e) alia appenditia corr. alio appenditio 1. f) domos 1. 1^b. g) vel pra cum 1. 1^b. h) Dei omnipotentis Dei 1.

1) Quae sequuntur ad tempus pertinent, quo Grimoaldi donatio Dagoberto II. regi praesentata et regali privilegio confirmata est; cfr. diploma Dagoberti supra n. 45 d. d. 677, Aug. 1. Diploma ipsum in annum circiter 650. incidit, cum Remaclus episcopi regionalis dignitatem anno demum 648. nactus, mox anno 653. ad episcopatum Traiectensem exectus est, inter quos igitur annos Grimoaldum chartam suam emisisse sequitur.

45

*Ego^a in Dei nomine inluster vir Pippinus, filius Ansegisili quondam, necnon inlustris^b matrona mea Plectrudis, cogitantes de salute nostra, ut a Domino pro parvis magna et coelestia pro terrenis recipere possemus, donavimus pro remedio animae nostrae seu pro aeterna requie acquirenda ac solide tradidimus ad basilicam sanctorum apostolorum iuxta urbem Mettis constructam, ubi domnus et avus noster Arnulphus in corpore requiescit, villam proprietatis nomine, vocabulo Nugaretum, sitam in pago Wabrinse, mansum videlicet indominicatum, cum omnibus adiacentiis ad se pertinentibus, tam in aedificiis quam in campis, pratis, silvis, cultis et incultis, mancipiis utriusque sexus ibi commorantibus, vel quicquid in memorata villa hactenus visus sum possedisse, totum et ad integrum: ut a die praesenti et deinceps universa ad locum sanctum supranominatum sub potestate servorum Dei, qui ibidem vel sunt vel futuri sunt, ubi ad praesens videtur praesente venerabilis vir Romulus abba, deveniant, et de nostro iure in eorum perpetua transcant hereditatem; quo videlicet, eisdem servis Dei pro nobis seu pro genite nostra propensius intercedentibus, ad praesentis vitae tramitem feliciter dirigente Domino percurrere et aeternae gloriae postmodum participes valeamus existere. Quod si quisquam de heredibus nostris, seu quaelibet alia persona vel potestas, contra hanc dominationem nostram venire aut aliquatenus infringere temptaverit, inprimis iram et ultionem Dei et sanctorum eius incurrat, et quod repetit non valeat evindicare.

Actum in villa Nielsio publice, sub die X. Kalendas Martii. Anno duodecimo^c regni domini nostri, Theuderici regis.

3.

Pippinus maior domus et uxor eius Plectrudis bona quaedam commutavit cum Armonio Virdunensi episcopo et Angleberto archidiacono, ecclesiae S. Vitoni praeside.

1. Chartular. S. Vitoni vetus, iam deperditum. — 2. Cod. Bibl. Paris. (Fonds de Bouhier n. 69bis.)
 Ediderunt a) ex tabulario S. Vitoni: Henschenius, de tribus Dagobertis p. 159; — Wasseburg p. 119 (lacunoso); — 25 Le Coite IV, p. 384, cap. 3; — Labbe, Meislang. cur. II, p. 434; — Bouquet IV, p. 686, n. 90. — b) ex chartul. S. Vitoni: Cahnet edit. I, tom. I, Preuves, col. 262; — edit. II, tom. II, Preuves, col. 83 med.; — Brequigny p. 364, n. 251; — Pardessus II, p. 259, n. 454. — De Foy ad n. 701; Brequigny ad n. 701; Waiters ad n. 701.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen^e. Cum inter^f inluster^d viro Pippino^g eiusque inlustris^h matrona Plectrude apud apostolico viro Armonioⁱ, episcopo Virdunensis urbis, seu venerabili viro Angleberto archidiacono, qui in ecclesia sancto Vidono^j, ubi pretiosus suus^k corpus requiescit, praesent^l, esset collatio^m de locella per commutationis titulumⁿ sibi invicem, et congrua vel opportuna facere deberent; quod et fecerunt. Ideo per praesentem commutationem donat inluster vir Pippinus eiusque inlustris^h matrona Plectrudis loco^o nuncupante Pararito, quicquid ibidem ad diem praesentem possideret vel dominare videntur, cum aedificiis, pratis, silvis. Quae^p sunt terminationes silvae: a Luponis^q fontana usque^r Domus fontana; altera terminatio per^s Perfunt rivo usque^t Biunna^u; tertia et quarta communis terminatio Filealina^v de Herberica^w villa et sancti Mauriti^x.

^a In chartulario S. Arnulphi ante initium diplomatis haec inserta est quasi introductio: Pippinus dux, Anchlus 40 regis filius, sancti Clodulphi fratris Inclita proles, sub maioris domus nomine Francorum administrabat principatum regalem. Scientia quippe atque fortitudinis regum degenerante, dispositio fuit Altissimi, praeclearae huic progenti, quae ex eadem radice processerat, dare insignia Francorum regni; nec immerito. Eorum siquidem liberalitate, Dei gratia praeventente ac subsequente, ecclesiae insigniores totius Galliae adhuc constant hodie fundatae; etenim et requirantur nobilium fundatores coenobiorum, ad hoc insigni stemmate inventuntur processisse. Hinc est quod ego Pippinus dux et uxor mea dedimus ad omnipotentem Dominum quandam villam nostram, nomine Nugaretum. Proinde ego etc.

- a) Ego herum Pippinus et uxor mea nomine Plectrudis 2. b) illustra editi. c) Amen om. 2. d) inter om. 2. e) illustri 2. f) Armonio 2. g) seu et 2. h) Vidono 2. i) suus pretiosus 2. j) esse 2. k) conventio Bouq. 50 l) sic 2; per commutationem causa titulum Cahnet; per commut. causa sibi invicem Brequigny. m) locum 2. n) quod 2. o) terminationes, scilicet Luponis fontana 2. p) vique donis pro usque Domus 2. q) per Finitorio usque 2. r) Byonnam 2. s) Fiorulina 2. t) Herberica 2. u) Morici 2.

2) Annus Theuderici III, regni Austrasiae duodecimus in annum incidit 691.

Et dono cum^a ipsis^b finibus, pascuis, aquis aquarumque^c decursibus, cum omni iure vel integritate^d terminum seu statum suum^e, quod^f praedicto loco in Dei nomine pertinet, cum mancipiis tam rusticis quam urbanis, quicquid ibidem a die^g praesente dominare videntur^h, ad partem ecclesiae domno Videnoⁱ, vel qui ibidem praefuerint, aut clericis ibidem deservientibus, in omnem soliditatem donant, et affirmant, ut quicquid de his pro utilitate^k praedictae ecclesiae decreverit voluntas, faciendi liberam habeat^l potestatem. Similiter donat ipse apostolicus vir Armonius^m episcopus et venerabilis vir Anglebertusⁿ archidiaconus loco^o nuncupante Commenarias^p, quem^q ipse Pippinus eiusque inlustris matrona Plectrudis ad ipsam ecclesiam domno Videno^r per cartulam concessionis^s eorum tradiderunt, cum aedificiis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque^t decursibus, cum omni termino vel statu suo, sicut ab ipsa ecclesia praesenti tempore possidetur, ad ipsam ecclesiam confirmamus, absque cuiuscumque repetitione^u vel requisitione^v; et si aliqua pars fuerit, aut aliqua inquietudo aut fatigatio, nos ipsi aut heredes nostri vel successorum nostrorum, qui contra hoc facere praesumpserint, inferant parte custodiente auri libras 15 tres, argenti pondera quinquaginta.

Facta est haec commutatio^w sub die XIII. Kalendas Februarii. Anno VII. regni domini nostri^x Childoberti^y regis. Ego Hardricus^z, iubente domno Pipino eiusque inlustris matrona Plectrude, hanc cartam scripsi et subscripsi.

Signum Ansigisubo^a comite^b. Signum Ansberto^c comite. Signum Hardrico^d comite. Signum^e Bovone comite. Signum Erimardo comite. Signum Batgiso^f comite. Signum Gonduino comite. Signum Ramfrido^g comite.

4.

Pippinus maior domus et uxor eius Plectrudis monasterio Epternacensi medietatem ipsius villae Epternaci, a Theodardo, filio Theotharii quondam ducti, sibi traditam, concedunt.

^a Liber sur. Epternac, saec. XII. ex. in Bibl. Gothana, cod. n. 71, fol. 29.

^b Fragmentum diplomatis ex hoc codice ediderunt: Brower, Annal. Trevir. I, p. 369, col. 2 ex. ad a. 706; — Henchenius, de trib. Dagob. p. 114; — Le Coigne IV, p. 446; — Kalppenbergh, Hist. eccles. ducatus Geldriae, Bruz. 1719, pag. 38, ad a. 709; — Miraeus, Opera diplom. II, p. 605; — Excerptum tantum fecit Mabillon, Annal. II, p. 16.

^c Integram ediderunt: Calmet, ed. 1, tom. I, Preuves, col. 263; — ed. II, tom. II, Preuves, col. 84 med.; — Bartholet II, Preuves, p. 28, col. 2; — Hontheim I, p. 103, cap. 30; — Brequigny p. 376, n. 262; — Pardessus II, p. 273, n. 467; — Wirth-Paquet p. 23, n. 17. — De Foy ad a. 706; Brequigny ad a. 706; Wauters ad a. 706.

Ego in Dei nomine inluster vir Pippinus, filius Ansigisili quondam, necnon et inlustris matrona mea Plectrudis, filia Huogoberti quondam, cogitantes casum humanae fragilitatis, qualiter peccata nostra possimus abluere et donante Domino ad aeterna gaudia pervenire. Idcirco ob honorem domini nostri Iesu Christi donamus donatumque in perpetuum esse volumus ad monasterium nostrum, quod est in honore sanctae Trinitatis et apostolorum Petri et Pauli et sancti Iohannis baptistae in loco cognomento Epternaco, in pago Bedensi, super fluvio Sura, in re proprietatis nostrae aedificatum, ubi decrevimus et constituimus virum strenuum et Dei cultorem, apostolicum dominum Willibrordum episcopum, una cum turba monachorum sub sua gubernatione vita sancta et regulari degero et conversari hoc est illam medietatem de ipso Epternaco, quam Theotharius quondam dux ibidem tenuit, et postea filius suus Theodardus quondam nobis tradidit, (priusquam illam rem, quam Ermina in ipso Epternaco tenuit,) quantumcumque in ipsa medietate nostra in ipso Epternaco a die praesenti nostra videtur esse possessio vel dominatio, cum terris, cum domibus, aedificiis,

^a in pra cum 2. ^b ipsius 2. ^c aquarum 2. ^d integrum 2; integre edit. ^e statu suo edit.; statum suum 2. ^f quodque 2. ^g alio pre a die 2. ^h videntur edit. ⁱ Vidone 2. ^j pro utilitate ab. edit. ^k habet 2; habeant edit. ^l Armolans 2. ^m Angebertus 2. ⁿ loci 2. ^o Commenarias 2. ^p quam 2. ^q Vidone 2. ^r concessionis 2. ^s aquarumque 2. ^t repetitionem 2. ^u requisitionem 2. ^v Factam commutationem edit. ^w domno nostro edit. ^x Childoberto edit. ^y Hardolcus 2. ^z Angibert 2. ^a comitis 2. ^b Angeberti comitis 2. ^c Harderici comitis 2. ^d Signum Bovone comitis — Gondulmi comitis om. 2. ^e Rathis Pardessus. ^f Ramfridi comitis 2. ^g verba unctis inclusa ab eodem fahario, qui Erminae diplomata spuria complavit, interpolata sunt, haec illius donatio huius Pippini concessioni contradicere. Infra docetibus, ipsum libri auctorem scriptorem faharium illum fuisse; cfr. annotationem ad chartas Erminae, infra inter spurias.

accolabus^a, mancipiis, litis, silyis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, farinariis, pecoribus utriusque sexus, quantum in ipsa medietate in ipso Epternaco praesenti tempore possidemus, cum omni integritate de iure et dominatione nostra in iure et dominatione praedicti monasterii vel rectoribus suis seu successoribus et omni congregationi ibidem consistenti tradimus atque delegamus perpetualiter in Dei nomine ad possidendum, ut ibidem omni tempore pro mercede nostra proficiat in augmentis; ea ratione, ut ipsum monasterium in nostra vel heredum nostrorum dominatione vel defensione inantea semper permaneat. Et illud nobis placuit inserendum, si fuerit ullus de heredibus vel propinquis nostris, seu quaelibet ulla extranea aut opposita persona, quae contra hanc donationem, quam nos plena et integra devotione pro animae nostrae remedio fieri et affirmari^b rogavimus, venire aut agere temptaverit, et ipsa carta ei ad relegendum ostensa fuerit, et se ex hoc compeccare noluerit, primitus iram Dei incurrat et a liminibus sanctorum efficiatur extraneus, et inferat partibus ipsius monasterii vel cui litem intulerit tantum, et aliud tantum quantum res ipsae^c eo tempore emelioratae valuerint, et inferat una^d cum socio fisco auri libras 10, argenti^e pondo 20 coactus exsolvat, et quod repetit evindicare non valeat; sed praesens donatio ad instar testamenti cum stipulatione adnixa omni tempore firma stabilitate capiat firmitatem.

Actum Gaimundas publice. Sub die III. Idus Maias. Anno XII. regni domini nostri Childeberti gloriosissimi regis.

Pippinus et coniunx eius Plectrudis.

Drogo. Chuchobertus episcopus. Garebaldus episcopus. Bernarius episcopus. Constantinus episcopus. Iosephus. Winetaharius episcopus. Chariganto. Agione. Crodebaldus. Cardimus^f. Remedius. Bainingus.

5.

Pippinus maior domus et Plectrudis monasterium Epternacense, in rebus proprietas suae a Willibrordo episcopo constructum, in suam defensionem suscipiunt, fratribusque ibidem Deo serventibus concedunt, ut post obitum Willibrordi ex semet ipsis abbatem constituent.

^a Liber sur. Epternae. saec. XII. ex. in Bibl. Gothana, cod. n. 71, fol. 20^r med.

Et dederunt ex hoc codice: Martens et Durand, Ampliat. Collect. I, col. 18; — Bouquet IV, p. 693, n. 94; — Honthelm I, p. 104, n. 31; — Bréquigny p. 377, n. 263; — Pardessus II, p. 274, n. 468; — Wirth-Paquet 30 p. 28, n. 18. — Wauters ad n. 706.

Semper humana fragilitas casus inevitabiles debet perpendere, ut quandoquidem repentina supervenerit transpositio, non habeat in nobis quod puniat, sed inveniat quod coronet, iuxta mandatum Domini: *Date, et dabitur vobis; et illud: Facite elemosinam, et omnia munda sunt vobis.* Idcirco ego in Dei nomine inluster vir Pippinus, filius Ansgailli quondam, necnon et inlustris matrona mea Plectrudis, filia Hugoberti quondam, cogitantes casum humanae fragilitatis, qualiter peccata nostra possemus abluere et Deo donante ad aeterna gaudia pertingere, concedimus domno^g patri nostro, viro apostolico Willibrordo episcopo de monasterio Epternaco, sito in pago Bedensi super fluvio Sura, quod ipse donante Deo aedificavit in rebus proprietatis nostrae, et unde ipse beatus Willibrordus testamentum confirmavit, ut sub nostra defensione haberemus ac heredum nostrorum. Unde placuit nobis, ut apostolico patri nostro Willibrordo ipsum monasterium confirmarem^h, quod ita et fecimus eo modo, ut ibidem fratres peregrinosⁱ vel alios Deum timentes congregentur^j, ut ibidem secundum ordinem sanctum degere et conversari debeant. Et illud ibidem nobis placuit inserendum, ut cum ipse beatus Willibrordus de hac luce migraverit, ipsi fratres quem ex semet ipsis elegerint sibi constituent abbatem: ea ratione, ut heredibus nostris in omnibus fidelis appareat, et ibidem secundum ordinem sanctum degat, et sub nostro mundiburdisio vel defensione persistent. Et si quis Deum timentis, tam de parte nostra quam et de reliquis hominibus, de suis rebus ad ipsum monasterium condonare et confirmare deliberaverit^k, vel quicquid ibidem Deo inspirante de collatis bonis obvenerit, Deo propitio eis proficiat in augmentis. Si quis vero, quod minime credimus esse futurum,

a) acolabus c. b) affirmari c. c) ipse c. d) una m. l. superscr. e) vel Cardanus? f) duo c. g) Bedense corr. m. l. Bedensi c. h) congregati c. i) deliberaverint c.

si fuerit ullus de heredibus aut propinquis nostris, seu quaelibet extranea aut opposita persona, quas contra hanc nostram confirmationem, quam^a nos pro divino intuitu vel animae nostrae remedio fieri aut firmari^b rogavimus, venire voluerit aut infringere, et ista carta ei ostensa fuerit ad relegendum et se ex hoc compescere noluerit: inprimis^c irae Dei omnipotentis incurrat offensam et a liminibus sanctorum efficiatur extraneus, et insuper inferat partibus eiusdem loci et fratribus tunc tempore ibidem servientibus, aut cui litem intulerit, tantum, et aliud tantum quantum res ipsae eo tempore eselioratae valuerint, et insuper inferat cum socio fisco auri libras 10, argenti pondo 20 coactus exsolvat, et quod repetit evindicare non valeat; sed praesens confirmatio ad instar testamenti cum stipulatione^d adnixa omni tempore firma stabilitate capiat firmitatem.

Actum Gaimundis^e publice, sub die III. Idus Maias. Anno XII. regni domini^f nostri Childeberti gloriosi regis.

Pippinus et Plectrudis.

Droda, Chugobertus, Gerbaldus, Bernarius, Constantinus, Iosefus episcopi; Wintharius, Agione, Remedius.

Bainingus iussus a Pippino et Plectrude scripsi. Hardoino.

6.

Pippinus dux et confus eius Plectrudis Willibrordo episcopo monasterium Suestrense in pago Mosellanico, in proprietate eorum constructum, delegant, monachisque post obitum Willibrordi ex ipsa congregatione successorem eligendi facultatem concedunt.

^a Liber sur. Epistarum, saec. XII. ex. in Bibl. Gothana, cod. n. 71, fol. 36.

Ediderunt ex hoc cod. Martene et Durand, Ampliat. Collect. I, col. 26 med.; — Miraeus, Opera dipl. III, p. 286, cap. 7; — Hontheim I, p. 109, n. 36; — Calmet, edic. I, tom. I, Preuves col. 267 ex.; — edic. II, tom. II, Preuves col. 69 med.; — Bouquet IV, p. 689, p. 102; — Bertholet II, Preuves col. 37; — Brequigny p. 401, n. 283; — Pardessus II, p. 298, n. 499; — Wirth-Paquet p. 37, n. 25. — De Foy ad a. 714; Brequigny ad a. 714; Wauters ad a. 714.

Ego in Dei nomine inluster vir Pippinus dux, filius Ansgisili quondam, et inlustris matrona mea Blittrudis, filia Huogoberti, intuitu timoris Dei et animae nostrae remedio cogitantes, ut oratorium ac cellulam in honore Salvatoris et sanctorum Petri et Pauli ceterorum apostolorum et reliquii sanctorum, mansionile Suestra^a, situm in pago Mosario^b super fluviolo Suestra, quod Blittrudis dato precio ab Alberico et Haderico comparavit, a novo fundamine aedificare deberemus; quod ita et fecimus, et ipsum mansionile ad ipsam cellam delegavimus. Placuit nobis, ut apostolico patri Willibrordo episcopo ipsam basilicam tradidissemus; quod ita et fecimus in eo modo, ut ibidem fratres peregrinos vel alios Deum timentes congregare debeat. Et illud nobis inserendum placuit, ut, cum ipse Willibrordus de hac luce migraverit, ipsi fratres quem ex se elegerint sibi constituent abbatem: in ea ratione, ut nobis vel filio nostro Grimoaldo et filiis suis vel filiis Drogonis, nepotibus nostris, in omnibus fidelis appareat, et ibidem secundum ordinem sanctum^c degat, et sub nostro mundiburdio et ipsius Grimoaldi filiorumque suorum et Drogonis, nepotum nostrorum, defensione persistere debeat; et si quis Deum timentium, tam de parte nostra quam de reliquis hominibus, de rebus suis eis aliquid condonaverit, Deo propitio eis proficiat in augmentis. Si quis vero, quod minime credimus esse futurum^d, [si fuerit ullus de heredibus aut propinquis nostris, seu quaelibet extranea aut opposita persona, quas contra hanc nostram confirmationem, quam nos pro divino intuitu vel animae nostrae remedio fieri aut firmari^e rogavimus, venire voluerit aut infringere, et ista carta ei ostensa fuerit ad relegendum et se ex hoc compescere

^a S. a. ^b firmare e. ^c sic pro inprimis e. ^d stipulatio, n. p. XVI. corr. stipulatio e. ^e Gaimundis f. ^f domi a. ^g sic — sancto e. ^h aliquid m. l. superaco. e. ⁱ pro sequentibus carta ut supra tantum ostendit e.

^g Nomen originem traxisse creditur a tribus sororibus (Susteren, Schuestera), scilicet a S. Gertrude, S. Aldegunde, S. Amalberga, quas Nivella, Malbodun et hoc ipso loco collegium nobilium canonicarum instituerunt. MIRAEUS.

noluerit: Inprimis iras Dei omnipotentis incurrat offensam, et a liminibus sanctorum efficiatur extraneus, et insuper inferat partibus eiusdem loci et fratribus tunc tempore ibidem seruientibus, aut cui litem intulerit, tantum, et aliud tantum quantum res ipsae eo tempore emelioratae valuerint; et insuper inferat cum socio fisco auri libras 10, argenti pondo 20 coactus exsolvat, et quod repetit evindicare non valeat; sed praesens confirmatio adinstar testamenti cum stipulatione adnixa omni tempore firma stabilitate capiat firmitatem.)^a

fol. 37. Actum Bagoloso villa publice, die secundo Martii. Anno III. regni domini nostri Dagoberti regis. Et quia nos propter egritudinem in ipsa carta scribere non potuimus, Blittrudem coniugem nostram rogavimus et potestatem dedimus, ut ipsam firmare ad nostram vicem deberet, quod ita et fecit; et qui subscriberent vel signarent in praesenti rogavimus.

Blittrudis. Blendumen abbatissa.

Helmoinus, Remigius, Chrodoaldus, Geraldus, Adalberfus abbates.

Chammingo comes. Crodegertus.

Ego Adricharius iussu domini mei Pippini et Plectrude hanc donationem scripsi et subscripsi.

ARNULFUS DUX.

7.

[a. 715
- 716.] *Arnulfus dux, filius Drogonis, monasterio Epternacensi et Willibrordo episcopo portionem suam in villa Bollane pro aeterna remuneratione concedit.*

^a Liber sup. Epternac saec. XII. ex. in Bibl. Gothana, cod. n. 71, fol. 39, et cop. secunda ibidem fol. 44 med. manu saec. XIII. conscripta, valde depravata.

Ediderunt ex libris auro: Martens et Durand, Ampliss. collect. I, col. 21; — Celsus, edit. I, tom. I, Preuves col. 268 med.; — ed. II, tom. II, col. 89 ex.; — Hontheim I, p. 118, n. 37; — Bartholet II, Preuves 28 p. 27; — ex Martens et Bartholet; Brequigny p. 412, n. 295; — Pardessus II, p. 318, n. 502; — Beyer, Urkundenbuch II, p. 2, n. 2; — Wirth-Paquet p. 39, n. 26. — De Foy ad n. 716; Brequigny ad n. 716; Wauters ad n. 716; Publications de la Société archéol. de Luxemb. XVI, 6; Goers, Regest. ad n. 715-716.

fol. 38. In nomine domini Dei nostri Iesu Christi. Ego Arnulfus dux, filius Drogonis quondam ducis, pro animae meae remedio et aeterna retributione dono per hanc cartulam testamenti ad monasterium Epternacum, quod est constructum in honore sancti Petri et Pauli super fluvio Sura, ubi Willibrordus episcopus praesesse videtur, in villa Bollane, hoc est tam casis, mansis, campis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, mancipiis ibidem aspicientibus, quantumcumque in ipsa villa Bollane mihi legibus obvenit, meam portionem in integrum dono atque trado, ut a praesenti die ipsam rem monachi omni tempore habeant, teneant, possideant et suis possidendum successoribus^b derelinquant. Si quis vero, quod fieri non credo, nos aut aliqui de heredibus nostris vel ulla opposita persona, contra hoc testamentum venire temptaverit aut emulare voluerit, inprimis a sancto Petro et sancto Paulo excommunicis fiat, et insuper inferat fisco auri libras duas, argenti pondus tres^c, et quod repetit non valeat evindicare.

Et ut hoc testamentum apud locum sanctum firmum et stabile permaneat, manu propria subter scribimus, et testes qui subter scriberent vel signarent in praesenti rogavimus stipulatione subnixa.

Actum publice castro Bedense. Anno [I. regni domini nostri Chilperici regis.]^d

a) Verba ante inclusa ex charta eiusdem Pippini et Plectrude haustum antecedenti d. d. a. 706, Not. 13; cfr. supra n. 5. 45
b) successoribus om. c. c) ar. c. d) Anno et tempore quo supra cod.; verba Anno primo regis d. n. Chilperici regis in initio chartae leguntur in copia altera fol. 44.

KAROLUS MARTELLUS.

714. Dec.
— 741.
Oct. 29.

8.

Karolus maior domus Willibrordo episcopo villam Adrichem, in Frestia sitam, in pago Kinhem super fluvium Velisena, ubi mare fuit in altera parte, dono concedit. Data in urbe Treverica, 4. Idus Maii.

Theodofridi Epternacensis vita S. Willibrordi cap. 12; — apud Mabillon, Acta SS. saec. III, tom. I, p. 629, et ex eo apud Van den Bergh, Oorkondenboek van Holland en Zeeland I, p. 1, n. 2.
Diploma ipsum deperditum, aeque a Theodofrido abbate in libro aureo Epternacensi descriptum est.

9.

Karolus maior domus ecclesiis S. Petri et S. Pauli Epternacensibus hereditatem suam in villa Bolunvilla concedit.

* Liber aur. Epternac. saec. XII. ex. in Bibl. Gothana, cod. n. 71, fol. 39, et copia altera ibidem fol. 44, saec. XIII. Ediderunt ex libro aureo: Breguligny p. 414, n. 296; — Pardessus II, p. 316, n. 509; — Beyer, Urkundenbuch II, p. 2, n. B, ad n. 718; — Wörth-Paquet p. 42, n. 29. — Wauters ad n. 717; Publicat. de la Société archéol. de Luxemb. XVI, 7, ad n. 717; Coort, Regent. ad n. 718.

Ego in Dei nomine inluster vir Karolus pro Dei intuitu vel aeterna retributione et pro animae meae remedio dono ad ecclesias sancti Petri et sancti Pauli cum sociis eorum villam, quae vocatur Bollunvilla sive Bollunthorp, quantumcumque mihi ibidem obvenit de genitore meo Pippino, quod contra allodiones meos recepi, totum ad integrum dono atque transfundo, terris, silvis, campis, pratis, mancipiis, ecclesiis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, totum ad integrum, quantumcumque mihi ibidem obvenit; in ea ratione, ut ab hac die ipsa ecclesia habeat, teneat, possideat, vel quicquid inde facere voluerit liberam et firmissimam in omnibus habeat potestatem. Et si ego ipse aut ullus de heredibus vel proheredibus meis vel quaelibet opposita persona, quae contra hanc donationem vel testamentum, quod ego spontanea voluntate fieri rogavi, venire temptaverit vel emulare voluerit: inprimis iram Dei incurrat et apostolorum Petri et Pauli et sociorum eorum, et insuper inferat illis ecclesiis et fisco auri libram I, argenti pondera duo coactus exsolvat, et quod repetit non evindicet, sed praesens donatio omni tempore firma et inviolata permaneat stipulatione subnix.

Actum publice in villa, quae vocatur Fidiacus, die mensis Februarii XXIII. [Anno I. regni domini nostri Chlothacharii regis.]

10.

Karolus maior domus in placito publico, Glamanvillae habito, monasteriis Stabulao et Malmundario villas Tosno et Silvestris, a Wolframmo quodam in causa Richildae coniugis appetitas, adiudicat.

1. * Chartular. Stabul. et Malmund. saec. XIII. in tabular. Dusseldorp. signat. B, 53, fol. 4. — 1^b. * Chartular. alterum in Bibl. Bruxell. signat. 116 B, saec. XIV, fol. 4. Textus corruptus. Ediderunt ex chartul. saec. XIII: Martens et Durand, Amplia, collect. II, col. 15, ad n. 720; — Bertholet II, Préuves p. 28, ad n. 719; — Breguligny p. 419, n. 301, ad n. 719; — Pardessus II, p. 315, n. 509, ad n. 719. — De Foy ad n. 719; Breguligny ad n. 719; Wauters ad n. 719.

Cum resedisset inluster vir Karolus, maior domus, una cum pluribus personis Glaman villa ad universorum causas audiendas vel recta iudicia terminanda, ibique veniens homo

a) in Dei nomine Karolus I, 2. b) et om. 2. c) suis 2. d) vel abluendis peccatis suis h. 2. addit 2. e) donat 2. f) ecclesiam 2. g) Bollunthorp 2. h) corr. m. 1, transrado, syllabis trade superscriptis 1; transfundo 2. i) quod — fieri rogari om. 1; essant in 2. k) temptaverit om. 2. l) inprimis 2; inprimis a sancto Petro et sancto Paulo excommunicat fiat et sociis eorum, et iram Dei incurrat corrupte exhibet 1; recte hunc locum scribit 2. m) pondo I, 2; duos 2. n) et solvat 2. o) donatio om. 2. p) in ea villa 2. q) sub die 2. r) Anno — regis decuit in cod., sed fol. 39 a. In. veris diploma hoc antecedente collecto scribit haec profert: Anno haque praesentis Clotharii primo Karolus hanc donationem dedit. Verba Anno primo — Clotharii regis in initium diplomatis transposuit 2. s) Carlus I, 1^b. 50 u) Glaman I, 1^b.

Wulframnus* in causa coniugis suae Richildae, adprobatores suos Tancrado et Fastrado et apostolico viro Rabangario episcopo et testatores ad monasteria sancti Petri in Stabulaus et Malmundario interpellavit, et repetebat ei, quod villas aliquas nuncupatas Tofino et Silvestri villa, quod antecessor^b eorum Rotgisus* quondam tenuit, eisquē malo ordine contradiderit vel plus sibi retinuerit. Sed ipsi Rabangarius episcopus in praesenti charta^c precaria, manu per plures personas Pipino^d firmata, ostendit relegenda, qualiter ipsas villas superius nominatas Tophinum et Silvestri villam ipse Rotgisus* pro beneficio ad ipsa monasteria sancti Petri Stabulense et Malmundariense vel ab antecessore suo, Bobolene abbate, et ab ipsis monachis tenuisset; ubi habebat insertum, ut ipsas villas usufructuario ordine dum advivebat tenere debuisset, et nullius praeiudicium exinde possessio generare deberet, nisi post suum decessum, cum occurrerent meliorata, quicquid in ipsas villas Rotgisus* attrahere vel augmentare poterat, a die ipso ad ipsa monasteria vel ipsi monachi eiusque rectores absque contradictione ad heredes ipsi Rotgisio^e, aut cuicumque velint, testata traditione in eorum reciperent potestatem ac dominationem. Sed dum hanc causam sic diligenter pro ordine per^f nos vel ipsas personas fuit inquisita, interrogatum fuit ipsius Wulframnus*, an aliquid ipsius heredes Rotgisio^e contra ipsam precariam habebant, quod dicere vel opponere deberent; sed ipsi in praesens nullatenus contra ipsam precariam potuerunt dicere vel opponere, sed omnibus ipsa precaria vera recognoverunt, et nulla potuerunt tradere ratione, quod villam ullis legibus habere potuissent. Proinde nos taliter una cum fidelibus dominorum vel nostris, qui^g sunt: 20 Gariberto, Ingiso, Rakanario, Martino, Amalberto^h, Alvezo et Bobolenoⁱ, iuniori nostro, vel reliquis quam plurimis, visi fuimus^j iudicare, dum ipsi Wulframno et ipsi heredes Rotgisus, Tancredus et Fastradus, contra ipsam precariam nichil habuerunt, quod opponere vel dicere deberent, et^k nulla potuerunt tradere ratione, pro qua^l ipsas villas habere potuissent, et ipsam precariam in omnibus veram recognoverunt: ut memoratus Rabangarius episcopus vel pars ad monasteria ipsa sancti Petri Stabulense et Malmundariense eiusque rectores ipsas villas superius nominatas, Tophino et Silvestri villam, una cum omni integritate, quicquid ipse Rotgisus* ad ipsas villas detraxit vel comparavit, antequam ipsa precaria contra ipsam Wulframnus et coniunx sua Richilda vel heredes, Rotgisus* et Tancredus et Fastradus omni tempore haberent in deditioe et reliqui eorum, et sit^m inter ipsos in posterum exⁿ hac re subita^o causatio.

Data quod fecit mense Decembre, die IV.^p Nonas. [Anno V.]^q regnante Chilperico^r rege.

11.

772.
1. n. 1.

Karolus maior domus monasterio infra muros castris Traiecti sito, ubi Willibrordus archiepiscopus praesesse videtur, omnes res in praedicto castris, quae in ditione facti sunt, cum pasuo Graveningo, cum villa Fethna in pago Insterjaco, et omnibus appenditiis concedit.

1. Chartular. Traiectense saec. XI: in Museo Britannico, Cotton, Tiberius C, XI. Cfr. Archiv VII, p. 843, n. 3. — 2. * Liber Donationum saec. XII. in tabulario archiep. Traiectens. fol. 3. — 3. Liber catenatus S. Salvatoris saec. XV. in tabular. capitul. Traiectens. fol. 63. — 4. * Cod. saec. XVII. in tabular. Berolin. eod. in fol. n. 19, fol. 90.

Ediderunt ex Libro catenato saec. XV. Heda, Histor. Ultral. edit. I. (1612. 4^o) p. 315 ex.; — edit. II. (1643 fol.) p. 28 med.; — Miraeus, Donat. Belgic. p. 347; — idem, Notit. eccliae Belgic. p. 19, cap. 14; — Le Colons IV, p. 683, cap. 1, ad n. 723; — Miraeus, Oper. dipl. I, p. 491, cap. 3, ad n. c. 721; — Bouquet IV, p. 606, n. 515, ad n. 723; — Van Mieris I, p. 1, n. 1, ad n. 723; — Brequigny p. 436, n. 311, ad n. 723; — Pardessus II, p. 344, n. 521; — Wäth-Paquet p. 51 ex., n. 34. — Verdonem Engas vernacula ediderunt: 45 Mieris I, p. 2; Werken van het Histor. Genootschap gevastigt te Utrecht, Cod. dipl. series II, tom. V, p. 12. — De Foy ad n. 721; Brequigny ad n. 723; Wauters ad n. 723.

Traditio Karoli de Traiecto et Fethna sub Willibrordo episcopo.

Ego in Dei nomine Inluster vir Karolus, maiorum^a domus, filius Pippini^b quondam, cogitans casum humanae fragilitatis, qualiter peccata possim abluere et donante Deo ad aeterna^c gaudia pervenire: Idcirco donamus a die praesenti per hanc paginam testamenti et donatum

a) Wulframnus I. 1^b. b) antecessorum I. 1^b. c) Rotgisus I. d) Karla I. 1^b. e) Pipino I. f) Rotgisus I. g) per om. I. 1^b. h) hil I^b. i) Amalberto I. 1^b. j) Boboleno I. k) fuerunt I. 1^b. l) et om. I. 1^b. m) quo I. 1^b. n) sic I. 1^b. o) et I. 1^b. p) subdita I. 1^b. q) die VI. I. 2, quod cum V. Cl. de Brequigny correctissimè, quum Nonarum dies in quintam Decembriis incidat. r) Et ante regnante addunt I. 2, quod fortasse pro uno 88 scribitur est. s) Chilperico I. 2. t) rubrica 2. u) postea corr. maior domus 2. v) Pipini I.

in perpetuo esse volumus: hoc est ad monasterium, quod est infra muros Traiecto castro
 situm constructum, ubi apostolicus vir dominus et in Christo pater noster Willibrordus
 archiepiscopus sub sanctae conversationis coenobitali ordine custos praesens videtur,
 omnem rem facti ditionibus, quicquid in ipso Traiecto castro, tam infra muros quam a foris,
 5 cum omnibus adiacentibus vel appenditis, cum illo pascuae Graveningo, vel quicquid ibi
 fiscus^b ad praesens esse videtur, omnia et^c ex omnibus, totum et ad integrum, cum^d omni^e
 re quaesita et inquisita^f; et similiter villam vel castrum nuncupante^g Fethna^h, sitam in pago
 Nisterlacoⁱ, cum omni mera et soliditate sua, omnes adiacentias vel appendicias^k, [quae] tam
 ad ipsam villam Fithnam castro vel etiam ad iam dictum Traiectum^l castrum, ut diximus,
 10 adspicere vel pertinere videntur^m, quantumcumque ad partem fisci vel ad nostramⁿ praesens
 esse videtur, cum omni integritate eorum, quicquid dici vel nominari potest: hoc est una cum
 mansis, terris, casis, domibus, aedificiis, accolabus, litis, mancipiis, campis, pratis, pascuis,
 silvis, aquis aquarumque decursibus, greges cum pastoribus utriusque generis sexus,
 mobilibus et immobilibus, totum et ad integrum, ut^o diximus, a die praesenti ad ipsum
 15 monasterium vel ad ipsam casam Dei tradimus atque^p deligamus perpetualiter in Dei
 nomine ad possidendum, ita ut ibidem omni tempore pro nostra mercede proficiat in
 augmentis; et quicquid exinde patres ante iam dicti monasterii vel rectores^q pro eorum
 oportunitate facere decreverint, liberam^r et firmissimam in omnibus habeant potestatem. fol. 1.
 Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si nos ipse vel aliquis de^s heredibus vel
 20 proheredibus seu quaelibet^t ulla opposita aut extranea persona, quae contra hanc dona-
 tionem, quam nos pro divino intuitu et animae nostrae remedio ad instar testamenti fieri
 et^u adfirmare decrevimus, venire aut^v agere vel eam infringere conaverit: Inprimis iram
 Dei coelestis incurrat, et a liminibus sanctorum vel consortio christianorum efficiatur
 extraneus, et insuper inferat^w una cum socio fisco auri libras 5, argenti pondera 10 coactus
 25 exsolvat, et quod repetit evindicare non valeat. Sed praesens donatio, ad instar testamenti
 a me facta^x, omni tempore firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnixta.

Actum Arastallio villa publice, in ipsa^y die Kalendas Ianuarias. Anno II. regnante
 glorioso domno Theuderico^z rege.

Signum illustris viri Karoli, maiorum^{aa} domus, qui hanc donationem fieri et adfir-
 30 mari rogavit.

Signum Karolomanni^{ab} filii eius.

Signum Garraonis^{ac}. Signum Odonis. Signum Baldrici^{ad}. Signum Abbonis. Signum
 Engilbaldi. Signum Adalhardi^{ae}. Signum Thiedoldi^{af}, nepotis eius. Signum Bosonis.
 Signum Widonis. Signum Gunfridi^{ag}.

35 Ego Rodbertus^{ah} subscripsi. Hariradus^{ai} subscripsi. Audoinus presbiter subscripsi.
 Chelmoinus^{aj} subscripsi.

Chaldo cancellarius, rogatus a Karolo supradicto, scripsi et subscripsi.

12.

Karolus maior domus Willibrordo episcopo villam suam Eliste in loco Marithaim, in 726.
 40 pago Batua, proprietatem quondam Everhardi infidelis, quam Childebertus rex Pippino patri
 in proprietatem donaverat, concedit. fol. 9.

1. Chartular. Traiectense saec. XI. in Museo Britannico, Cotton, Tiberius, C, XI. n. 2. * Liber Donationum
 saec. XII. in tabular. archiepiscopi Traiectensis, fol. 1. = 2. Liber catenatus S. Salvatoris saec. XV. in
 tabular. Capitul. ibidem, fol. 63. — 4. * Copia saec. XVII. in tabular. Berolin. cod. in fol. n. 16, fol. 91.
 45 Ediderunt ex Libro catenato saec. XV. Heda, Hist. episc. Utrai. edit. I. (1612) p. 216; edit. II. (1843) p. 30; —
 Miraeus, Donat. Belgic. p. 359; — idem, Notit. eccles. Belg. p. 19; — Pontanus, Histor. Gebrac. III,
 p. 45, ad h. 736; — Le Coine IV, p. 741, cap. 1; — Miraeus, Opera dipl. I, p. 482, cap. 4; — Batavia Sacra
 p. 9; — Bouquet IV, p. 705, n. 121; — Falcke, Cod. Tradit. Corbeiensis p. 327; — Van Mieris, Chartor-

a) esse 4. b) fact 4. c) in 4. d) una cum 4. e) omni om. 4. f) irregularis 4. g) nuncupato 2.
 50 h) Fethna 2. i) Nisterlaco falso habet Heda; Visterlaco 4. k) appendicias 4. l) Traiectus corr. ex Traiectano
 ut videtur 2. m) videtur 2, 4. n) nra in nostrum 2; nostram om. 4. o) uti 4. p) rectoris 4. q) de
 nostris heredibus 4. r) quilibet 2; qualibet 4. s) vel 4. t) vel 4. u) inferat 4. v) facti 4. w) ipsa om. 4.
 x) Theodrico 2, 4. y) maioris 4. z) Karolomanni 4. aa) Garraonis 4. ab) Baldrici 2. ac) Adalhardi 2.
 ad) Theodoldi 4. ae) vel Gunfridi 2; Sunfridi 4. af) Rodbertus 4. ag) Hariradus 4. ah) Thilmomus 4.

bock I, p. 2; — Iungius, Histor. comitatus Benthemens. Cod. dipl. p. 1; — Bondam, Charterbock p. 3, n. 3; — Brequigny p. 448, n. 324; — Pardessus II, p. 347, n. 537; — Wüth-Paquet p. 59 et n. 46. — Historisch Genootschap te Utrecht, Cod. dipl. series II, tom. V, p. 14. Charta exstat etiam in Chronico Joannis a Leydis (saec. XV. ex.) lib. II, cap. 20 (edid. Sycertius, SS. Rer. Belgic. tom. I, p. 28.) — De Foy ad n. 726; Brequigny ad n. 726; Wauters ad n. 726.

Karoli traditio de Maridhaim sub Willibrordo.

Ego in Dei nomine inluster vir Karolus, maiorum domus, filius Pippini quondam, cogitans casum humanae fragilitatis, qualiter peccata abluere possim et donante Deo ad aeterna gaudia pervenire: idcirco trado a die praesenti per hanc paginam testamenti pro redemptione animae meae, donatumque^a in perpetuum esse^b volo, in loco nuncupante Marithaim^c, ubi^d castrum fuit ad basilicam, quae est constructa in honore salvatoris domini nostri Iesu Christi et beatae Mariae, genitricis Dei, sed et beatorum apostolorum Petri et Pauli omniumque apostolorum sanctique^e Iohannis baptistae vel caeterorum sanctorum noscitur esse aedificata, quae est sita in pago Batua, villa iuris nostri nuncupante Eliete, in ipso loco Marithaim^c, quantumcumque ibi habuit vel possedit Everhardus^f, dum ipse infidelis regi^g apparuit et in regis Francorum infidelitate foris patria ad infideles se sociavit. Et propter hoc omnes res suae in fisco regali fuerunt^h redactae, quas gloriosus rex Childebertusⁱ genitori nostro Pippino de suo fisco et ex largitatis suae munere concessit, mihique genitor meus Pippinus iure hereditario in proprietatem concessit, supra nominatam villam Heliste^j, quod alio nomine^k Marithaim^c vocatur, quicquid supradictus Everhardus^f ibi possedit^l, 20 una cum mansis, terris, casis, domibus, silvis, campis, mancipiis utriusque sexus, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, totum et ad integrum, haec omnia tradimus ad praefatam ecclesiam, et quicquid Everhardus^f habuit in Batua^c vel possedit. Ea ratione, ut domnus Willibrordus episcopus praefatas^m res in ius et inⁿ dominium suum recipiat suorumque successorum in Dei nomine ad possidendum, ita ut 25 ibidem omni tempore proficiat in augmentum pro remedio animae meae. Si quis vero, quod futurum esse non credo, contra hanc traditionis cartam aliquam iniustam interpellationem facere voluerit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, et a liminibus sanctae Dei ecclesiae efficiatur extraneus, et sit anathematizatus, sitque maledictus eadem maledictione, quae descendit super Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbit; et quod 30 repetit, evindicare^o non valeat. Sed praesens traditio, ad instar testamenti a nobis facta, omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixta.

Actum Tulpico^p castro publico^q, mense Iulio VIII.^r die. Anno VI. regnante glorioso rege Francorum Theuderico^s.

fol. 2. Signum Karoli, inlustris viri, qui hanc^t traditionem fecit et adfirmare rogavit. 35

Signum Saleconis^v comitis. Signum Folcarii comitis. Signum Bergethosensis^w comitis. Signum Maginhardi^x comitis.

Signum Liudolfi^y. Signum Odonis. Signum Agilonis^z. Signum Herigeri^{aa} comitis. Signum Erkanfredi^{ab} comitis, qui advocatus fuit episcopi et hanc traditionem manu sua cum domino suo recepit. Aldo clericus iussus a domino meo Karolo scripsi et subscripsi 40 hanc testamenti cartam^{ac}. In Dei nomine feliciter. Amen.

13.

715-739
Nov. 6

Karolus maior domus monasterio Epternacensi ecclesiam in villa Felison, in pago Kuinehim, ubi Willibrordus archiepiscopus pastor praeesse videtur, necnon decimam de silva cum terra arabili concedit, et ecclesiae Wesela, in eodem pago sitae, possessiones confirmat. 45

* Liber aur. Epternac. saec. XIII. ex. in Bibl. Gothae, cod. n. 71, fol. 44, et initium tantum diplomatis ibidem fol. 46 a. An. mana saec. XIII. additum.

Ediderunt ex hoc cod. Beyer, Urkundenbuch II, p. 3, n. 4; — Wüth-Paquet p. 66, n. 42; — Van den Bergh, Oorkondenboek I, deel I, p. 1, n. 1; — Publicat. de la Société archéol. de Luxemb. XVI, 6; Goertz, Regest. ad n. 715-739; Wauters tom. I, supplement. p. 627, ad s. c. 739. 50

a) donatum ac perpetuum 4. b) esse am. A. c) Marithaimo 4. d) sancti 4. e) Marithaimo 4. f) Everardus 4. g) servavit 4. h) erant 4. i) Hildebertus 2; Childebertus 4. k) Eliete 6. l) modo 4. m) Maridhammo 4. n) possidet 4. o) Beatus 4. p) praefatus 4. q) in om. 4. r) vindicare 4. s) Tulpico 4. t) publica 4. u) VIII. 4. v) Theodorico 2; Theodorico 4. w) Saleconis 4. x) Bergethosensis 1, 2; Bergethomenis 4. y) Maginhardi 4. z) Liudolf 4. aa) Agilonis 4. ab) Herigardi 4. ac) Erkanfredi 1; Erkanfridi 2; Wilenfridi 4. ad) cartam 4. 55

'Ego in Dei nomine Inluster vir Karolus⁴, maior domus, filius Pippini quondam, cogitans casum humanae fragilitatis, qualiter peccata nostra possimus abluere et donante Domino ad aeterna gaudia pervenire: idcirco^a donamus a die praesente per hanc paginam testamenti^b nostri donatumque in perpetuum esse volumus^c fratribus in Epternaco Deo et sancto Willibrordo famulantibus, hoc est aecclesiam quae est constructa in villa Felison nominata, in pago Kuinehim^d, in honore sancti Pauli apostoli dedicata, ubi vir apostolicus dominus et in Christo pater noster Willibrordus archiepiscopus pastor praeesse videtur^e, hoc est cassatus septem, qui ad ipsam villam aspicere vel deservire videntur, cum omnibus mansuris et omni peculiare et omnibus eorum quicquid habere dinoscuntur, similiter terram arabilem^f bonarios 30; etiam de silva totam decimam partem integram. Haec omnia superius intimata ad mensam fratrum, Deo et sancto Willibrordo in Epternaco servientium, tradimus atque delegamus perpetualiter in Dei nomine ad possidendum, et quicquid supradicti fratres vel illorum ministeriales elegerint, liberam ac firmissimam in omnibus faciendi habeant potestatem. Si quis hanc traditionem a sancto Willibrordo et a fratribus eodem sancto servientibus abstrahere vel emutare voluerit, inprimis iram Dei et sanctae Mariae, genitricis Dei, et sancti Willibrordi omniumque sanctorum Dei incurrat, et cum lude traditore paciatur supplicium aeternum, et a liminibus regni celestis alienatus expellatur, nec ulla Dei super eum misericordia veniat.

De ecclesia Wesele, in eodem pago sita, eadem firmamus et anuli nostri sigillo signamus^g.

14.

Karolus maior domus basilicae S. Dionysii villam Clippiacum in pago Parisiaco concedit.

Autographum in tabubr. S. Dionysii, iam deperditum.

Ediderunt ex autogr. Doublet p. 690; — Le Coite V, p. 46, cap. 38; — Bouquet IV, p. 707, n. 123; — Felibien Preuves, p. 22, n. 32. — ex Doublet et Felibien; Brequigny p. 477, n. 341; — Pardessus II, p. 380, n. 563. — De Foy ad n. 741; Brequigny ad n. 741.

Se⁴ alequid de rebus nostris ad loca sanctorum condonamus, hoc nobis procul dubio apud aeternum Domenum in aeterna beatitudine retribuendum confidemus. Igitur ego in Dei nomine Inluster vir Karolus, maiorum domus⁴, filius Pippini quondam, ob amorem domeni nostri Iesu Christi vel remissionem peccatorum meorum, ut veniam de delectis meis consequi merear in futurum, dono donatumque in perpetuum esse volo ad basilicam sancti Dionysii, ubi ipse preciosus dominus in corpore requiescit, villa nuncupata Clippiacum, in pago Parisiaco constitutam, cum terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis⁴ aquarumve decursebus, cum peculio utriusque sexus, omnia et ex omnebus, quequid ad ipsa villa Clippiacus aspicere vel pertinere videtur, hoc totum ad ipsa basilicam sancti Dionysii cum omni integritate donamus vel concedimus, ita ut ab hoc die villa superius nominata Clippiacum habendi, tenendi, vel quequid praefatum monasterium sancti Dionysii aut agentis sui pro oportunitate ipsius monasterii facere voluerint, liberam ac firmissimam in omnebus habiant potestatem. Se quis vero, quod futurum esse non credemus, se nos ipsi aut ullus de heredibus nostris seu quaelebet opposita vel extranea persona contra hanc epistolam donationis nostrae, quam nos propter nomen Domeni fieri et confirmari decrevimus, venire aut agere, aut alequam calumniam partibus sancti Dionysii exinde generare voluerit, inprimis iram Dei celestis incurrit, et insuper inferit partibus ipsius monasterii, cogente fisco, auri libras decem, argenti pondo viginti coactus, et quod repitit evindicare non valeat; sed praesens epistola donationis nostrae omne tempore ferma et stabelis debeat permanere, stipulatione subnixam.

a) idcirco c. b) m. v. XVI, in margine codicis adscripti Kynbeym. c) videtur a. d) arabilem m. i. corr. arabilem r. e) De ecclesia Wesele — sigillo signamus ab eadem manu in margine addita sunt. f) maiorim-domus falso Doubl. g) aquis om. Felib.

4) Diploma incidit in spatium temporis inter obitum Pippini maioris domus et obitum Willibrordi, id est inter annum 714, mens. Decemb. et a. 739, Nov. 6. b) Hulus diplomatis, quod frustra impugnat Germonius II, 132, autographum se inspectum ipse tentatur Mabillonius, Dipl. p. 189 E.

Actum Careciaco villa, in palatio, quod fecit mensis September die XVII. Annum quintum post defunctum Theodericum regem.

Signum Inlustri viro Karlo maiorum domus^a, qui hanc epistolam donationis fieri rogavit.

† Signum Radberti comitis. Signum Raygaubaldi comitis. Signum Salaconis comitis. Signum Inlustris matrone Sonechildis consensi. Signum Grifonis, filii sui, consensi. Signum Hroderici. Signum Adabaldi. Signum Deodati. Signum Helineberti. Audoenus cappellanus subscripsit. Ego Theudericus subscripsi.

Crothganguus iussus hanc epistolam donationis recognovi.

KARLOMANNUS MAIOR DOMUS.

15.

[146] *Karломannus maior domus monasteriis Stabulae et Malmundario et Anglino abbati*
[146] *villas quasdam concedit.*

1. *Chartular. Stabul. et Malmund. saec. XIII. in tabular. Dusseldorp. signat. B. 52. fol. 7. — 1^b. *Chartular. aliorum saec. XIV. in Bibl. Bruxell. signat. 116 B. fol. 8.

Ediderunt ex chartul. saec. XIII. Martens et Durand, Amplias. Collect. II, col. 20; — Bouquet IV, p. 713, n. 130; — Bertholet II, Preuves, p. 38; — Bréquigny p. 437, n. 349; — Pardessus II, p. 402, n. 388. — De Foy ad a. 746; Bréquigny ad a. 746; Wauters ad a. 746.

Iccirco^b ego Karlemannus, maiorum^c domus, filius quondam Karoli, donamus donatumque in perpetuum esse volumus in elemosina nostra vel Anglino^d abbati nostro ad monasterio Stabulae seu Malmundario, constructa in honore patroni nostri sancti Petri et sancti Pauli seu et sancti Martini et ceterorum martirum, quorum pignora ibidem venerari noscuntur, ubi Anglinus abba Christo propicio praeesse^e dinoscitur, hoc sunt villas, cuius vocabula sunt: Levione^f, cum omnibus appendiciis suis in pago Condustrinse, Caldina, Mosania, Warsipio et Barsina, nec non et Rudis, Provote^g, Halma et Haist, in Guoldo manso, Solania, similiter et villam quae vocatur Wadalino cum omnibus appendiciis suis, Rudis, Oligna, Ferario, Palatiolo et Brabante, ad ipsas casas Dei tradimus atque transcribimus a die praesente ego Karlemannus pro animae nostrae vel Anglino, ut melius eis delectet pro nos vel stabilitate regni nostri Domini misericordiam attentius deprecare. In ea scilicet ratione, ut quamdiu ipse Anglinus advixerit, ipsas res usualiter excolere debeat, et si nepus suus nomine Gotbaldus illum superstitis fuerit, ipsius Wadelino absque praeiudicio et per praecaria vel consensum ipsius monachis praedicto Wadelino tenere vel excolere debeat sine ulla deminoratione^h, tantum ista superius denominata totum et ad integrum trado et dono ad ipsius monasteria pro animae nostrae vel Anglino abbati nostro; hoc sunt terris, aedificiis, accolabus, mancipiis, pratis, campis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, adiacentiis, appendiciis, peculium utriusque sexus, mobilibus et immobilibus, nec non et in praedictis locellis, mansellis, et in locis Mosali et Barsina, quod homines nostri ex genere Condustrinse his nominibus: Adalivusⁱ et Agibertus, Bertegis et Astremundus, tenuerunt, cum ipsis iam dictis hominibus superius nominatis, quicquid moderno tempore ipse Anglinus visus fuit tenere et inantea quicquid ibidem laborare aut augmentare vel adtrahere potuerit, ad praefata monasteria in elemosina nostra vel sua post suum quoque discessum ibidem revertatur absque ulla contradictione. Si quis vero, quod futurum esse non credo, contra hanc traditionis nostrae constitutionem facere praesumpserit, iudicio successorum nostrorum regum eum relinquimus. Factum est astipulatione subnixta in villa Wasidio publice, sub die quod fecit menses Iunius dies VI. Regnante Childerico^j.

Signum Inluster vir Karlemannus, maiorum domus.

Signum Inluster vir Drogone, filio eius, consentiente.

Ego Hildradus cancellarius rogatus hoc testamentum^l scripsi et subscripsi.

a) maiorum-domus (sive Doubl. b) charta huiusmodi nulla pie facta in 1. 1^b. c) maior 1. 1^b. d) venerare (sive pro praesente 1. 1^b. e) Lenone 1^b. f) Pronota 1^b. g) praeiudicio et absque per praecaria peragra 1. 1^b. h) denari-— 50 tione 1. 1^b. i) Adalivus 1^b. j) Hildericus 1. 1^b. l) testamentum 1. 1^b.

?) A. 746. non Anglinus, sed successor eius Agilulphus monasteriis Stabulae et Malmundariensi praesert; cfr. Le Coite, Annal. eccles. V, p. 109 et 106.

16.

Karломannus maior domus in placito, Duna villa habito, monasteriis Stabulensi et Malmundariensi villam Lethernau, a Pippino duce istidem ecclesiis concessam sed iniuste a se retentam, cum omnibus appenditiis eius restituit. 746.
Aug. 15.

1. * Chartular. Stabul. et Malmund. saec. XIII. in tabul. Dusseldorp. sigast. B. 52, fol. 7. — 1^b. * Chartular. aliorum saec. XIV. in Biblioth. Bruxellens. sigast. 116 B. fol. 9.
Ediderunt ex chartul. saec. XIII: Martens et Durand, Ampliss. Coll. II, col. 19, ad a. 746; — Bouquet IV, p. 712, n. 129, ad a. 746; — Bertholet II, Preuves col. 36; — Brequigny p. 496, n. 352, ad a. 747; — Pardessus II, p. 405, n. 591, ad a. 747. — De Foy ad a. 746; Brequigny ad a. 746; Waitore ad a. 746.

10 Exemplar⁸ Karlomanni maioris domus, dati Anglino abbati de Lethernau.

Iniuste Karlemannus maior domus, filius Karoli quondam, cui Dominus regendi curam⁹ committit. Cunctorum iurgia examinatione diligenti rimare oportet, ut non alterutrum salubris donetur sententia, nisi quae iusticia consenserit. Igitur cum nos in Dei nomine una cum optimatibus et pontificibus seu et illustribus viris Duna villa ad univcrsas causas
15 audiendas vel iusta iudicia rimanda resideremus, ibique veniens Anglinus⁵ abba, rector monasteriorum Stabulaus et Malmundarias, asserebat nobis dicens, quod dominus et avus noster Pippinus quondam per suum testamentum villam aliquam, quae vocatur Lethernau, una cum appendiciis suis, quorum vocabula sunt: Brastis, Feronio, Unalia⁶ et Aldamias, ad casam sancti Petri et sancti Pauli Stabulaus et Malmundarias condonasset vel delegasset,
20 et nos ipsam villam post nos malo ordine retineamus⁴ et iniuste, unde ipsum testamentum se prae manibus habere affirmat; cumque ad relegendum nobis tradidisset, invenimus eum verum⁷ esse. Nos autem cum¹ iusticia considerantes casum humani fragilitatis, pro salute animae nostrae vel stabilitate regni nostri ipsam villam Lethernau una cum appenditiis vel adiacentiis suis per nostrum wadium ipsum abbati Anglino visi sumus reddidisse, et
25 per nostram festucam nos in omnibus exhibuisse. Proinde nos taliter una cum fidelibus nostris, id est Fevaldo, Hildebaldo, Hrodrico, Christiano episcopis, et abbate Ermenero, et Hugberto comiti palatio nostro, vel reliquis quam plurimis, visi fuimus iudicasse, ut dum hanc causam sic actam vel perpetrata cognovimus, et ipsum testamentum sic veracem invenimus², ideo iubemus, ut ipse domnus Anglinus abba vel eius successores vel rectores
30 monasteriorum illorum ipsam villam Lethernau una cum appenditiis vel adiacentiis suis cum omni integritate iure perpetuo ad ipsa monasteria habeant. Si quis vero aliquis de heredibus vel proheredibus nostris extiterit, qui contra hanc donationem nostram facere voluerit, successoribus³ nostris regibus eum iudicandum relinquimus.

Data quod fecit mensis Augustus dies XV, in anno quinto¹⁰ regnante Childerico¹ rege.

35 Signum Karlomanni maior domus.

† Ego Childradus subscripsi.

PIPPINUS MAIOR DOMUS.

741-752.
Mart. 4

17.

Pippinus maior domus chartam emunitatis ecclesiae S. Vincentii Matisconensis, anno superiore ob negligentiam custodientis igne crematam, renovat. 743.
Jan. 1.

1. Chartular. S. Vincentii Matiscon. iam deperditum. — 2. * Copia chartulari S. Vincentii in tabular. Matisconensi, dicta „Liber extenuatus“, saec. XII. ex. — 3. * Copia altera, manu Bouhierii exarata, in Bibl. Paris. (Fonds de Bouhier n. 44) p. 37. — 4. * Copia tertia, manu Chiffletii scripta, in Bibl. Bruxell. Bolland. n. 37. Ediderunt ex chartular. S. Vincentii: Gallia Christiana IV, Instrum. col. 263, n. 1, ad a. e. 750; — Saint-Julien, de l'orig. des Bourguignons, p. 342; — Severinus, Catalog. episc. Matiscon. p. 36, ad a. 752, deperatam; —

- a) rubrica in 1^b. b) cura in 1^b. c) vnaia in 1^b. d) retineam in 1^b. e) vera in 1^b. f) cum eum in 1^b.
g) patenimus in 1^b. h) successorum nostrorum in 1^b. i) Childerico in 1^b.

8) immo Agilulphus; cfr. diploma Karlomanni auctorem anno 746, episcopum Coloniensem electurum cedens. 9) Childerici III, annus quintus incidit | fuisse certum est (cfr. Le Coigne III, p. 941), chartam
30 in annum p. Chr. n. 747; quum vero Agilulphum | Karlomanni anno 746, scribitur.

Le Cointe V, p. 77, n. 1, ad n. 743, vitis correctis; — Bouquet IV, p. 708, n. 134, ad n. a. 743; — Bre-
quigny p. 478, n. 342, ad n. 743; — Pardessus II, p. 383, n. 568; — ex copia chartular. saec. XII. in tabul.
Matisconensi: Cartulaire de St Vincent de Mâcon . . par C. Ragot, p. 53, n. 66, ad n. a. 750. — Fragmentum
edid. Labbe, Meulang. eur. II, p. 443. — De Fay ad n. 750; Brequigny ad n. 743.

In Dei nomine Pippinus maiorum domus. Maximum^a regni nostri augere credimus
monimentum, si beneficia opportuna locis ecclesiarum benevola deliberatione concedimus,
ac Domino protegentem stabiliter producere^b confidimus^c. Igitur noverit solertia vestra,
quod^d ad petitionem cleri^e fidelis^f noster Domnolus, sanctae sedis episcopatum tenens^g
in civitate Matisicensi in honore sancti Vincentii, nobis suggestit, eo quod illa immunitas,
quae antea ad ipsam casam Dei facta fuit, anno superiori sit igne concremata ob negli-
gentiam custodientis, (et) nobis hoc petiit, ut istam^h immunitatem ex nostro nomine ad
ipsam casam Dei renovare vel adfirmare deberemus. Quod nos gratanti animo pro reve-
rentia ipsius sancti loci fecimus, et tale insuper pro aeterna retributione beneficium visi-
sumus induluisse, ut in villas ecclesiae illius, quas moderno tempore aut nostro aut
cuiuslibet munere habere videtur, vel quas deinceps in lure ipsius loci voluerit divina
pietas ampliare, nullus iudex publicus ad causas audiendas autⁱ freda^j undique exigenda
nullo omnino tempore praesumat accedere, et^k loco illi Domnolus vel^l successores eius
propter nomen Dei sub integro immunitatis nomine valeant dominari. Statuentes^m ergo,
ut neque vosⁿ neque iuniores neque successores vestri nec ulla publica iudiciaria potestas
quoquo^o tempore in villas ubicumque^p ipsius ecclesiae, aut regis^q aut privatorum^r largi-
tate^s conlatas, aut quae inantea fuerint casae^t indominicatas, ad audiendas altercationes
ingredere, aut^u freda^v de qualibet^w augere, nec mansiones aut paradas aut fideiussores
tollere non praesumatis. Sed quicquid exinde in agris vel finis seu super terris praedictae
ecclesiae donmanentes fiscus aut^x de freda^y aut undecumque potuerit sperare, ex nostra
indulgentia pro futura salute in luminaribus ipsius ecclesiae per manus agentium eorum
proficiat in perpetuum, et quod nos propter nomen Domini et animas nostras remedium
simulque nostra subsequente progenie plena devotione indulsumus, nec regalis sublimitas
nec cuiuslibet iudiciaria potestas refragare tentetis^z. Sed ut^{aa} praesens auctoritas^{ab} tam
praesentibus^{ac} quam futuris temporibus inviolata Deo^{ad} adiutore permaneat, manus nostrae
subscriptioe infra roborare decrevimus.

Signum Pippini maioris domus.

Ego Rodégus^{ae} iussus scripsi.

Actum Kalendis Ianuarii, in anno secundo principatus eiusdem Pippini, in civitate
Metis^{af}, in palatio regio.

18.

747.
Febr. 11. Pippinus maior domus in placito publico, Verno in palatio habita, basilicas S. Dio-
nysii casam in Marolio cum appenditiis eius contra feminam quandam, Christianam nomine,
adiudicat.

Ediderunt ex tabular. S. Dionysii: Mabillon, Dipl. p. 489, n. 37, ad n. 748; — Bouquet IV, p. 712, n. 131,
ad n. 747; — Brequigny p. 488, n. 350, ad n. 747; — Pardessus II, p. 403, n. 589. — De Fay ad n. 748;
Brequigny ad n. 748.

Cum resedisset inluster vir Pippinus, maior domus, Verno in palatio publico ad uni-
versorum causas audiendas et iusto iudicio terminandas, ibi veniens femina aliqua, nomine
Christiana, hominem aliquem, nomine Hrodgarium, advocatum sancti Dionysii, vel Amal-
bertum abbatem interpellabat, repetens ab eo, quod casa sancti Dionysii vel Amalbertus
abba haberet res suas malo ordine in loco, qui dicitur in Marolio, casam et mansum et vineas
et mancipia. Sed ipse Hrotgarius in praesenti adstabat et taliter dedit responsum, quod

a) maximas 2. 3. 4; om. Bouq. b) proficere Bouq. c) constridimus 2. 4. d) ad 2. 4. e) leto 2. 4. f) fidelis
nostro Domnole 2. 4. g) tenente, manu 2. correct, tenens 2; tenente 2. 4. h) ipsam 2; ipsius 2. 4. i) eo 2.
k) frida 2. l) aut 2. 3. 4. m) et 2. n) Statimus Bouq. o) iam 4. p) quoque 2; quocumque 2 et Bouq.; legendum 50
quoque. q) ubicumque om. Bouq. r) regi 2; qui ubicumque aut regis Bouq. s) privatorum 2. t) largitas 2.
u) causas 2. 4; fuerint ad audiendas altercationes, casa indominicata Bouq. v) aut freda 4. q. augere om. Bouq.
w) frida 2. 3; frida 4. x) quilibet 2. y) aut de frida aut om. Bouq. z) frida 2. 3. 4. aa) temetipsa 2; reaneta 2. 4.
bb) ad pro ut 2. 3. 4. cc) auctoritate 2. 4. dd) praesens 2. 4. ee) Domino 2. ff) Rodigus 2. 3. 4. gg) Metis 2.

instrumenta haberet, qualiter ipsas res Witgaudius manu potestativa ad ipsam casam sancti Dionisii condonasset; unde et de praesenti ipsum instrumentum ante nos ostendit relegendum, et nos ipsa instrumenta invenimus veracia. Et postea ipsa Christiana instrumentum ipsum visa fuit recredidisse, et postea de ipsis rebus se dixit exitam, ut nullam recausationem contra casam sancti Dionisii exinde facere deberet. Proinde nos taliter una cum fidelibus nostris, id est Haginone, Theudeberto, Remedio, Garehardo, Fulgario, Bovilone, Walcherio, Rauchingo et Ermenaldo, comite palatii nostro, vel reliquis quampluribus visi fuimus iudicasse, ut quia ipsa praefata Christiana ipsum instrumentum visa fuerat recredidisse et nos ipsa invenimus veracia, et ipsa Christiana se exinde dixit exitam, propterea iubemus ut, quia haec causa ita acta vel perpetrata fuerat, ut ipse Hrodgarius mansum superius nominatum in Marolio, mansum et casam et vineas et terras et mancipia, contra Christianam in causa sancti Dionisii omni tempore habeat evindicatum atque elidigatum, inspecto suo testamento; et sit in postmodum inter eos ex hac re sopita causatio.

15 Datum mense Februario, die XI. Anno V. Childerici regis.
Wilecharius iussus recognovit.

19.

Pippinus maior domus monasterium S. Michaelis Hohenauglense a teloneo absolvit. c. v. 748.

Chartul. saec. XVI. in tabul. Tabernensi, iam deperditum.

20 Edidit ex hoc chartul. Grandier I. Preuves, p. 61; — Braquigny p. 497, n. 365; — Pardessus II, p. 412, n. 598.

Dominis sanctis et apostolicis ac venerabilibus in Christo patribus, omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, vicariis, centenariis, vel omnibus missis meis discurrentibus, inluster vir Pippinus maior domus, bene cupiens vester^a. Cognoscatis, quod nos ad petitionem Dubani episcopi taliter ei concessimus in nostra elemosina, ut nec ipse nec successores sui^b de Hohenaugla monasterio, quod est in honore sancti Michaelis constructum, ullo unquam tempore ad nostros homines vel ad caballos dare debeant^c teloneum; et per hoc ad hoc concessimus, ut melius delectet ipsos monachos, Domini misericordiam pro nobis adtentius deprecari. Et ut certius credatur, has litteras de anulo nostro subter eas iussimus sigillare.

30 Rhodogarius iussus recognovi et scripsi¹⁰.

20.

Pippinus maior domus Dubanum abbatem et monasterium Hohenauglense in suam c. v. 748. tuitionem suscepit.

Chartul. saec. XVI. in tabul. Tabernensi, iam deperditum.

35 Edidit ex hoc chartul. Grandier I. Preuves, p. 60, ad a. c. 748; — Braquigny p. 497, n. 348; — Pardessus II, pag. 412, n. 609.

Dominis sanctis et apostolicis ac venerabilibus in Christo patribus, omnibus episcopis vel omnibus abbatibus seu inlustribus viris, ducibus, comitibus, domesticis, vicariis, centenariis, vel omnibus agentibus, seu iunioribus seu successoribus vestris, seu amicis meis, seu omnibus missis meis discurrentibus, inluster vir Pippinus maior domus, bene cupiens vester. Cognoscatis, quod ipse episcopus Dubanus, abba de monasterio quod est constructum in Hohenaugla in honore sancti Michaelis, ad nos venit et ad nos se una cum

a) seu p. 412. b) vel ullo unquam tempore ad nostros homines vel ad caballos de Hohenaugla monast. etc. p. 412. Grandier. c) debet Grandier.

45 10) Diploma post a. 747. emissum, quo anno Pippinus primum Austrasiae praefuit post Karolomanni secessum ad monasterium Casinense.

omni re monasterii sui commendavit; et nos ipsum Dubanum gratante animo sub nostrum mundeburde plenum recipimus vel retinemus. Propterea litteras meas manu mea firmatas eidem dedimus, per quas omnino vos rogamus atque praecipimus, ut neque vos neque iuniores aut successores vestri ipsi Dubano nec monasterio suo de re quaque, quae causa Dei antea sub Adelberto duce et postea sub meo genitore Karolo quondam fuit tradita, inquietare et depravare, nec de rebus suis abstrahere nec minueri praesumat, sed ut diximus, ut liceat eum sub meo mundeburde plenius quieto ordine vivere vel consistere. Et si tales causae adversum ipsum Dubanum aut homines suos praeeperint aut ortae fuerint, quae in pago absque suo iniquo dispendio recte definitas non fuerint, nos omnimodis iubemus, ut sint suspensae vel reservatae, et postea autem per nos pro lege et iusticia finitivas accipiant sententias. Et ut certius credatur, manu propria subter firmavimus et de anulo nostro sigillavimus.

Inluster vir Pippinus, maior domus.

Rodegarius iussus scripsit.

21.

15

749.
Aug. 17.

Pippinus maior domus in placito publico, Attinaco habito, basilicae S. Dionysii oratorium, nomine Crux, in pago Hainovio, a Childeberto et Chlothachario regibus eidem ecclesiae concessum et nunc ab Hormungo abbate monasterii Marigili iniuste abreptum, cum omnibus adiacentiis eius adiudicat.

Edidit ex tabular. S. Dionysii, Mabillon, Dipl. p. 489, n. 38, ad a. 749; — Bouquet IV, p. 715, n. 133; — 20 Brequigny p. 498, n. 366, ad a. 749; — Pardessus II, p. 414, n. 603. — De Foy ad a. 750; Brequigny ad a. 750; Waiters ad a. 749.

Inluster vir Pippinus, maior domus. Cui Dominus regendi curam committit, cunctorum iurgia examinatione diligenti rimari oportet, ut iuxta propositionis vel responsionis alloquia inter alterutrum salubris donetur sententia, quo fiat ut et nodos causarum vivaci mentis acumine coerceat, et ubi praeclucet iustitia, illic gressum deliberationis imponat. Igitur cum nos in Dei nomine una cum optimatibus vel pontificibus, apostolicis patribus, seu et illustribus viris ducibus atque comitibus, Attinaco villa in palatio nostro ad universorum causas audiendas vel recto iudicio terminandas resideremus, ibique veniens venerabilis vir Fulradus, abba de monasterio peculiaris patroni nostri domni Dionysii, ubi ipse preciosus dominus in corpore requiescit, vel ubi ipse Fulradus abba cum norma plurima monachorum adunata ad laudes Christi canendas deservire noscitur: itemque venerabilis vir Hormungus abba de monasterio Marigilo, repetens ab eo . . . oratorium aliquod, cui vocabulum est Crux, quod est constructum in honore sancti Martini, et ponitur in pago Hainovio, una cum adiacentiis suis in loca nuncupata Wassoniaco, Vertino, Santa, Albu-
niaco, Farinaria, quem Childebertus¹¹ et Chlothacharius¹² quondam reges per suas prae-
ceptiones, eorum manibus roboratas, ad casam sancti Dionysii condonaverunt, et postea
venerabilis vir Chillardus abba¹³ de ipso monasterio sancti Dionysii ante Dagobertum quon-
dam regem acceperat iudicium evindecatum, et ad ipsam casam sancti Dionysii martyris
contingebat ad habendum, et ipse Hormungus abba retinebat iniuste. Sed ipse Hormundus
abba, in praesentia adstans, taliter dedit in responsis, quod ipsum oratorium, quod ponitur
infra fiscum Solemium in pago Hainovio, vel ipsas adiacentias superius nominatas, quae
ibidem adspicere videbantur, ipse non retineret iniuste. Dicebat autem, quod Inluster vir
Roderbertus ad casam sancti Petri, quae est constructa Marigilo monasterio, condonasset
vel delegasset, et postea Chlothacharius quondam rex per suam confirmationem regalem
in spectro ipso testamento confirmasset et ipsum oratorium cum suis adiacentiis: et pro
hoc ipsum oratorium non retineret iniuste; unde et in praesenti ipsum testamentum vel
ipsas confirmationes regales, quas habere se prae manibus adfirmabat, nobis protulit ad
recensendum. Sed saepe dictus Fulradus abba praeceptiones iam dictorum principum

11) Cfr. Childeberti III diploma d. d. e. a. 706, Mart. 12, supra n. 76. 12) Cfr. Chlothacharius II, 85
Cfr. supra diploma n. 10. 13) Cfr. diplomata Chilperichi III regis, supra n. 81 et 82.

Childeberti et Chlothacharii quondam regum, vel eorum confirmationes, illorum manibus roboratas, sed et illud iudicium evindecatum, quod ante Dagobertum quondam regem illis temporibus venerabilis Chillardus abba acceperat, in praesenti ostendit ad relegendum. Relectis^a igitur et illis praeceptionibus vel confirmatione, seu et illo testamento, quod Hormungus abba se proposuit habere, dum hoc modo ipsi inter se contenderent, tam per bonos homines et magnificos viros quam per iam dictas praeceptiones diligenter veritatem inquirentes, invenimus quod ibidem nulla iustitia ipsius Hormungi abbatis apparet, et ipse de praesenti ipsas praeceptiones, quas Fulradus abba praesentabat, veras recognovit, et nihil potuit contra ipsas dicere aut opponere; sed de praesenti ipsum oratorium Crucem una cum suis adiacentibus, superius scriptis^b, una cum suum wadium ipsi Fulrado abbati visus fuerit reddidisse vel revestisse, et per suam festucam se in omnibus exinde dixit esse exitum. Proinde nos taliter una cum proceribus nostris decrevimus iudicasse, ut ipsum testamentum, quod Hormungus nobis protulit recensendum, perenniter nullum sortiatur effectum, sed vacuum et inane permaneat, quia modo contra ipsas praeceptiones nihil habuit, quod diceret vel opponeret, sed de praesenti in omnibus exinde dixit se esse exitum. Propterea iubemus, ut ipse Fulradus abba ipsum oratorium Crucem, quod est constructum in honore sancti Martini infra fiscum Solemium in pago Hainoavio, una cum suis adiacentibus superius nominatis, contra Hormungum abbatem suosque successores de partibus Marigili monasterii tam dictus Fulradus abba sui que successores partibus sancti Dionisii martyris omni tempore habeat evindecatum atque elidicatum, et sit inter ipsos in postmodum ex hac re omni tempore sopita causatio.

Data mense Augusto, die XVII. Anno VIII. regni gloriosissimi Childerici regis. Wineramnus iussus recognovit.

22.

25. *Pippinus maior domus in placito, Attintaco in palatio habito, basilicae S. Dionysii proprietates quasdam in loco Curbrio in pago Tellau, quam Chairebaldus quondam et uxor eius Ailberta per testamentum legaverant, sed postea Ragana monasterii Septemolarum abbatissa iniuste retinuerat, adiudicat.* ^{750. Jun. 20.}

30. ^a Autogr. membranaceae in tabular. Paris. signat. R. 4, n. 7. — ^b Cod. Bibl. Lugdun. n. 604, saec. XVII. fol. — Ectypon in Serie I, tab. XLV. — Scripturae specimen apud Mabillon, Diplom. tab. XXII, n. 3 (= p. 388); De Wailly, Paleogr. univ. tom. II, p. 264, tab. XI, n. 4. — Considerat ex autogr. Mabillon, Dipl. p. 490, n. 39, ad n. 751; — Bouquet IV, p. 716, n. 134, ad n. 750; — Breguigny p. 509, n. 381, ad p. 751; — Pardessus II, p. 415, n. 604; — Schoenemann, Cod. f. 4. praet. Diplom. I, p. 31, n. 17; — Felibien Proüves, p. 24, n. 24, ad n. 751; — Letronne p. 78, n. 45, ad n. 750; — Tardif p. 44, n. 53, ad n. 750.

35. † Cum resedisset iniuste vir Pippinus maiorem domus Attintaco in palatio publico ad universorum causas audiendum vel recta iudicia termenandum, tibi que veniens Fulradus abba de monasterio sancti domni Dionisii, ubi ipsi preciosus dominus in corpore requiescit, advocato Raganae abbatissa, nomine Legitemo, interpellabat; repetebat ei, eo quod ipsa Ragana vel agentis monasterii sui Septemolas res sancti Dionisii post se malo ordine retenebat iniuste, in loco qui dicitur Curbrio in pago Tellau, quem Chairebaldus et coniux sua Ailberta per eorum testamentum ad casa sancti Dionisii condonarunt. Sed ipsi Legitemus in presente adistabat et ibidem ostendebat cartas de nomine Francane, qualiter ipsas res ad Septemolas condonassit. Unde et nos ac causa^c pro veritate inquesivimus, quod ipsas res^d praedictas^e ad casa sancti Dionisii aderant; et ipsi Legitemus nulla habuit, quod contra ipsa instrumenta sancti Dionisii dicere aut opponere debuisset. Unde et de presente ipsa instrumenta in omnibus veraces esse dixit, et postea per suo wadio ipsi Fulrado abbati de ipsas res in Curbrio per suo wadio in causa sancti Dionisii visus fuit revestisse, et pro suo fistugo sibi exinde dixit, esse exitum, tam pro se quam pro ipsius Raganam abbatissa, vel agentis monasterii sui Septemolas. Proinde nos taliter una cum fidelibus nostris,

a) relectis Mab. b) scriptis edit. c) actus eclypon. d) res superscription. e) prodictum falso eclypon.

id sunt: Nibulfo, Dadone, Diddone, Chagnerico, Braicone et Wineram, qui in vice comete palate nostro adistare videbantur, vel reliquis quam pluris, visi fuemus iudicasse, ut dum ipsi Legitemo, advocato Ragane abbatissa de monasterio Septemolas, in presente adistabat, et nulla potuit tradere rationis, per quid ipsas ris sancti Dionisii in Corborio ipsa Ragana aut agentis sui habere dibuissit, et de presente Fulrado abbati exinde per suo wadio visus fuit revestisse, et per suo fistugo sibi exinde dixit esse exitum. Propterea iobemus, ut dum ac causa sic acta vel perpetrata fuit, ipsi Fulradus abba vel casa sancti Dionisii seo successoris sui ipsas ris in Corborio, de quantum quod Chairebaldus et coniux sua Ailberta per eorum instrumentum manus postestativas ad casa sancti Dionisii condonarunt, contra ipsa Raganane abbatissa vel agentis monasterii sui Septemolas, vel in contra ipsius Legitemo seo successoris eorum, habiat evindicatas adque elidiatas; et sit inter eos in postmodum ex ac re omnèquè tempore subita causacio.

† Wineramhus recognovit et subscripsit. (S. R. c. not. Tron.)

Datum quod fecit mensis Iunius dies viginti. Annum nono. VIII. Childerico rege,

23.

c. 9. 751. *Pippinus maior domus ad petitionem Fulradi abbatis basilicæ S. Dionysii omnes res proprietatis eius, labente tempore a malis hominibus alienatas, causis singulis per missos suos Guichingum et Chlodionem accurate per omnè regnum investigatis, restituit.*

* Autographum in tabular. Paris. signat. K, 4, n. 6. — Ectypa apud Silvestro, Paleogr. III, tab. LXXI; — Série I, tab. XLVI. — Sigilli imaginem dedit de Wailly, Paleogr. univers. II, p. 336, planche A, n. 4. 20
Ediderunt ex autogr. Doublet p. 692; — Le Coigne V, p. 254, cap. 45; — Felicien Preuves, p. 23, n. 33; — Bouquet IV, p. 716, n. 135, circa a. 750; — Brequigny p. 501, n. 362; — Pardessus II, p. 418, n. 608; — Letronne p. 79, n. 46; — Tardif p. 44, n. 54. — De Foy ad a. 750; Brequigny ad a. 750; Wauters ad a. 751.

† Summa¹⁴ cura et maxima sollicitudo debet esse principum, ut ea quae a sacerdotibus pro oportunitate ecclesiarum Dei fuerint postulata solerter perspicere et congrua vel oportuna eis beneficia non denegare, sed ea quae pro Dei sunt intuitu ad effectum in Dei nomine mancipare. Igitur inluster vir Pippinus maiorem domus omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, domesticis, grafionibus, vengaribus, centenariis, vel omnes missos nostros discurrentes, seu quacumque iudiciaria potestate preditis. Cognoscat utilitas seu magnitudo vestra, venerabilis vir Fulradus, abba de monasterio peculiaris patronis nostri, sancti Dionisii martyris, ubi ipsi preciosus dominus in corpore requiescit, missa petitione per monachos de ipso caenubio seu per agentes de villabus ipsius sancti nobis suggestit dicens, eo quod rebus ipsius sancti Dionisii, quae a longo tempore, tam ex munificencia regum, quam et a christianis vel Deo timentibus et bonis hominibus conlatas vel donatas fuerunt, a pravus seu malis hominibus per iniqua cupiditate seu malo ingenio vel tepiditate ablatorum vel neglecto iudicium de ipsa sancta casa abstractas vel dismanatas fuerunt; unde et ipsi monachi vel ipsi agentes una cum preceptiones regum vel reliqua strumenta cartarum de ipsas res in palacio nostro ante nos vel proceres seu ducibus nostris per plures vicibus advenerunt, et in rationis una cum plures hominibus, qui ipsas res malo ordine tenebant, ante nos adstiterunt. Et nos pro reverencia ipsius sancti Dionisii martyris vel pro amore Dei ipsas cartas diligenter relegere rogavimus, et ubicumque eorum iusticia invenimus, sicut proceres nostri seu comitis palatii nostri vel reliqui legis doctores iudicaverunt, pro compendio ad ipsa casa in luminariibus ipsius sancti vel pro stipendia ad ipsos fratres vel susceptione pauperum et peregrinorum ipsas res, sicut diximus, ubi eorum iusticia invenimus, eis reddidimus. Et missos nostros Guichingo et Chlodione ad eorum petitione per diversos pagos una cum ipsa strumenta ad hoc inquirendum vel investigandum direximus, ut ubicumque eorum iusticia invenissent, vel ipsi monachi vel ipsi agentes legitima strumenta presentabant, vel casa sancti Dionisii exinde

a) advocata autogr. b) syllaba ea superscripta.

14) Chartam Immeriko impugnat Germon II, p. 138.

vestita fuerat, vel a bonis et Deo timentes hominibus ibidem datas vel conlatas fuerunt et ipsa casa legitime et racionabiliter per lege exinde vestita fuerat, et postea per iniquo ingenio de ipsa casa abstractas fuerant, eis reddere deberent; quod ita et fecerunt. Id sunt per diversis pagis loca denominata. In pago Fanmartense cella qui dicitur Cruce, qui aspicit ad fisco Solemnio, quem dominus Childobertus quondam rex ad casa sancti Diunisi per sua preceptione concessit. Similiter in pago Bragobanto loca nuncupantes Scancia et Cambrione; similiter in pago Briegio loca nuncupante Linariolas; similiter in pago Melciano loca cognominantes Nartiliaco et Coconiaco; similiter in pago Belloacense loca nominata Pittitovillare, Masciaco, Saciaco, Ansinovillare, Theodegariovillare, Ambrico-
 10 curte, Ebroaldocurte, Gellis; similiter in pago Camliacense loco, qui dicitur Bodornello; similiter in pago Velcasino Bacivo Superiore et Subteriore; similiter in pago Madria-
 cense Vinlas, Gamapio et Niventis, Villanova, Rosbacio, Sigrancio, Beranecurte; similiter in pago Tellao loca cognominantes Pictus, Macerias, Verno, Fiscera, Pocio, Bodalcha, Brittenevale, Artiliaco, Augusta, Rausedo, Crisonarias, Guariaco; similiter in pago Vimnao
 15 loca cognominantes Marca Nialcha, Nialchis, Avisnas, Rodeno, Rodalcha, Sodicolas, Vidriaco, Horona, Arcas; similiter in pago Ambianense loca qui dicuntur Pisciaco et Adulto seu diversa loca per diversos pagos, tam maiora quam et minora, quod per singola nomenare non fuit necessarium, unde ipsa casa ad presens vestita esse videtur; ita ut, sicut ab ipsis inventum vel investigatum fuit, et ipsas res ipsi monachi vel ipsi
 20 agentes partibus sancti Diunisi receperunt, deinceps et in postmodum ab hodiernum die ipsa sancta casa vel ipsi monachi seu agentes eorum aevs et futuris temporibus habeant evindecatas atque elidegatas. Unde et ipsi iam dictus Fulradus abba seu et ipsi monachi de ipso sancto caezubio, qui in ipsa sancta casa conversare vel vitam degere videntur, nobis petierunt, ut pro futuris temporibus preceptione nostra, manu nostra firmata, exinde
 25 eis adfirmare deberemus; quod ita et fecimus, ut sicut constat quod ipsas res per legem et iusticiam in palacio nostro evindegaverunt vel reciperunt, ut tam ipsi abba quam et successoris sui omni tempore pro compendio, sicut superius insertum est, ad ipsa sancta casa ad luminaria procuranda seu vestimenta monachorum vel reliqua compendia seu susceptionem pauperum et peregrinorum habeant evindegatas atque elidegatas, et ut eis
 30 semper melius delectet, pro nos vel filios nostros seu pro stabilitate regni Francorum die noctuque incessabiliter orare vel Domini misericordia deprecare, et sicut nobis promiserunt, per singulos dies nomen nostrum tam in missas quam et in peculiare eorum oracionibus ad sepulcrum ipsius sancti Diunisi debeant recitare; si adhuc inantea eorum iusticia invenire potueremus, eis libente animo reddere volumus. Et ut haec auctoritas
 35 vel preceptio nostra, quod nobis postulaverunt, circa ipsa sancta casa proficiat et aevs et futuris temporibus inconvulsa vel firma debeat permanere, manu propria subter firmavimus et anuli nostri impressione signavimus. (L. S.)

Signum † illustri viro Pippino maiorem domus.

24.

40 *Pippinus maior domus monasterio Epternacensi ecclesiam in Crovia cum omnibus 741-750. rebus ad eam pertinentibus concedit.* Marci d.

* Liber sur. Epternac. in Bibl. Gothana, cod. n. 71, fol. 39 med. manu saec. XIII, addita.
 Edidit ex hoc libro: Beyer, Urkundenbuch II, p. 9, Nachtrag n. 8; — *Publicat. de la Société archéol. de Luxemb.*, XVI, 8; Coers, *Regest.* p. 574, n. 14, ad 4. 741-751.

45 *Dominus in euangelio dicit: Date, et dabitur vobis; Idcirco^a necesse est ut omnis christianus, quamdiu in hoc saeculo vivit, ecclesiis vel pauperibus aliquid in elemosinam conferat, ut in futura vita pro ipsa donatione mercedem recipere valeat. Cuius rei ego Pippinus maior domus satis cupidus, volo scire omnes amicos nostros, tam praesentes quam et futuros, quod nos pro mercedis nostrae augmento ecclesiam, quae est in Crovia,*

50 a) Idcirco cod.

cum omnibus rebus ad se pertinentibus, sive in vineis sive in ceteris terrarum possessionibus, necnon decimam quae fisco nostro venerit, ad monasterium Epternacum concedimus, ubi ipse sanctus Willibrordus corpore requiescit, ut omni tempore fratres ibidem Deo servientes melius delectet pro salute nostra^a misericordiam superni iudicis iugiter deprecari. Hanc donationem firma ratione volo esse firmatam, quatinus nullus successorum meorum de ipsa aeclesia quicquam abstrahere vel minuere praesumat, sed
fol. 45, semper, ut diximus, ipsi sanctae congregationi quicquid exinde venerit, ad servitium proveniat.


Et ut certius posteri nostri credant, hanc chartam^b manu propria subter firmamus et anulo nostro fideliter^c sigillamus.

a) nostri cod. b) hanciam cod. c) sic cod.

DIPLOMATA SPURIA.

2

2



CHILODOVEUS I.

I.

Chilodoveus I. rex monasterio Reomaensi, a domno Iohanne in pago Tornotrinsae in proprietate sua constructo, quantum ille asino insidens unius diei spatio circumire potuisset, iure hereditario in proprietatem concedit monachisque ibidem congregatis omnia necessaria ex censu regio praebet. 479.
Dec. 29.

1. Autogr. apud eum in Camera Computorum Dionensi. — 2. Chartular. Reomaense. — 3. Apographum saec. XVII. in Bibl. Paris. Collection de Brequigny, Cabinet des Chartes, CC.

Ediderunt ex autogr. ut assibit Parard, p. 1; — Bouquet IV, p. 618, n. 1; — ex chartular. Reomaensi: Roverius, p. 38; — Labbe, *Mélanges cur.* II, 385; *Le Coince* I, p. 173; *Gallia Christ.* IV, Instrum. col. 135, n. 1; *Mille* I, p. 347; — ex apographo saec. XVII: Brequigny p. 4, n. 2; — Pardessus I, p. 30, n. 58. — De Foy ad n. 496.

Diploma spurium censent Henschen in *Act. SS.* April. 15, p. 368; Labbe l. c. II, 385; *Mille* l. c.; *Langhans*, *Gesch. der Fränk. Könige Childerich u. Chlodowech*, Anhang 2, p. 143; — pro authenticis e contra habent Roverius l. c.; *Le Coince* l. c.; *Gallia Christ.* auctores II, 169; *Dubos* II, 159. Denique genuinam quidem, sed nonnullis ex partibus interpolatam, credunt Brequigny et Pardessus in adnotatione editionis; in lacerto rem reliquit Bouquet l. c.

Chlodoveus rex Francorum, vir illustris. Servos Dei, quorum virtutibus gloriamur et orationibus defensamur, si nobis amicos acquirimus, honoribus sublimamus atque obsequiis veneramur, statum regni nostri perpetuo augere credimus et seculi gloriam atque coelestis regni patriam adipisci confidimus. Quapropter notum sit omnibus episcopis abbatibus et illustribus viris, magnificis ducibus comitibus domesticis vicariis grafionibus centenariis, et omnibus curam sanctae Dei ecclesiae gerentibus, per nostrum regnum discurrentibus, tam praesentibus quam futuris, quia dominus Iohannes clarus virtutibus locellum suum, in pago Tornotrinsae sub regula beati Macarii ad habitationem monachorum constructum, qui Reomaus vocatur, primo nostro susceptae christianitatis atque subiugationis Gallorum anno nostrae celsitudini tradidit et commendavit, ut sub nostra emunitate et mundiburdio nostrorumque successorum regum semper maneat. Propterea et nos ipsum peculiarem patronum nostrum, cuius merito omnes hostes nostros vincere credimus, taliter honoravimus, ut quantumcumque suo asino sedens una die circa locum suum nobis traditum et commendatum de nostris fiscis circumisset, perpetuo per nostram regalem munificentiam habeat; et quod ipse nobis nosque illi contulimus, iure haereditario tam nos quam nostri successorum reges teneant in omni defensione reclamations advocations et immunitate, nullique unquam dignitati nullique ecclesiae propter meritum tanti patris subdatur et conferatur. Monachis vero ibidem per diversas cellulas manentibus seu mansuris omnia necessaria secundum numerum, quo fuerint, a nobis et successoribus nostris regibus ex censu nostro regio praebentur; ideoque has litteras, manu nostra firmatas, ipsi nostro patrono domino Iohanni dedimus. Id omnino vos rogamus atque decernimus, ut nec nos nostrisque successorum reges neque vos vestrique minores nec ullus quilibet de iudiciali potestate de villis curtibus vel rebus ipsius monasterii in quibuslibet pagi vel territorii in regno Deo propitio nostro nostrorumque successorum regum futuroque bono ipsius monasterii, quod vel ab ipso patrono Iohanne vel a nobis est concessum, seu a suis progenitoribus ipsi et nobis datum et haereditate vel iudicio fuerit delegatum tam ex munere nostro quam de paterno et proprio, vel in reliquum de comparato aut de conlato populi seu de quolibet adtracto, aliquid auferre praesumat. Et pro ipsa casa Dei aut ipso patrono nostro tam cives quam coloni ac gasindi suscepti, si aliquid violenter rapuerint, Dei

^{a)} vorace, curies edd.

nostrorumque terrore percussi ad integrum reddant; et nemo praedictas res eorum inquietare audeat, nec in eorum vicos vel villas et curtes ad causas audiendas nec ad mansiones faciendas nec freda exactanda nec ullas functiones requirendas ingredi praesumat; sed sub nostra nostrorumque regum successorum tuitione et mundiburdio praedictum monasterium propter meritum tanti patroni permaneat et quiescat. Et quod a nobis circa ipsum peculiarem patronum nostrum, dominum Iohannem, conceditur et conservatur, hoc a nostris successoribus regibus pro ipso patrono nostro ac pro ipso loco sancto ad successores suos, quos ex suis elegerint, semper sit conservatum; nec ullas requisitiones nec repetitiones nec ullum impedimentum a iudicibus publicis pertimescant; unde ipsa congregatio pro tempore tanti patroni eiusque successorum pro stabilitate regni nostri et salute patriae Domini misericordiam iugiter debeat exorare. Et ut hoc praeceptum firmiter habeatur et per omnia tempora conservetur, manus nostrae signaculo subter illud decrevimus roborare, ac signo crucis, quo sacramur, auctoravimus.

† Signum Chlodovei, fortissimi regis. Signum Chlodovei, regis Francorum.

Datum sub die quarto Kalendas Ianuarias. Indictione quinta. Actum Remis civitate. In Dei nomine feliciter.

† Ego Anachalus obtuli, anno magni Chlodovei XVI.

2.

[4997]
Ocd.

Chlodoveus I. rex ob petitionem filiae suae Theodechildis partem illi hereditatis maternas tradit ad monasterium S. Petri Vivi Senonense fundandum, scilicet ecclesiam SS. Saviniani et Potentiani et ecclesiam beati Serotini martyris prope urbem Senonensem, quarum in cimiterio novum monasterium construi concedit ad similitudinem basilicae, a se et uxore sua Chrothilde in conspectu Parisiacae urbis constructae. Tradit illi praeterea villas quasdam regias cum appendiciis suis, necnon ecclesias quatuor aliaque multa.

Recessio A. 1. *Copia saec. XIII, inc. in cod. Bibl. Paris. Latin. 11,743, fol. 494, in speciem scripturae Merovingicae in membranis scripta. — 2. *Copia saec. XVI, in Bibl. Paris. (Résidu S. Germain, carton 153, collectio D'Acharn, p. 95) in membranis scripta. — 3. Transumpta a. 1521, olim tabularis monast. Mauriacensis, iam Bibl. Paris. (Cabinet des Chartes, CC. collectio Breguigny), exscriptum ex veteri transumpto monast. S. Petri Vivi, sigillo cereo munito. — 4. Apographum decurtatum saec. XIII, ex chartularium quoddam S. Petri iam deletum pertinens, in Bibl. Paris. (Cabinet des Chartes, coll. Breguigny). — 5. Historia archiepiscopi Senon. manuscripta. — Ediderunt 1) ex Histor. archiep. Senon. Labbeus, Misc. cur. II, 358; Histoire des saints protecteurs de l'Auvergne p. 403. — 2) ex apographo authentico: Mathou, de vera Senonum origine p. 48 et 67; — Le Coigne II, p. 49. — 3) ex transumpta a. 1521, et apographo saec. XIII: Breguigny p. 6, n. 3; — Pardessus I, p. 24, n. 64.

Recessio B abbreviata et interpolata: Copia saec. XII, olim in tabular. Mauriac. iam in Bibl. Paris. (Cabinet des Chartes CC.) — Ediderunt ex hac copia: Breguigny p. 19, n. 4; — Pardessus I, p. 28, n. 65. — De Foy ad a. 500; Breguigny ad a. 500. — Diploma spurium esse demonstrant Labbeus, Le Coigne, Breguigny, Pardessus locis laudatis; pro genuino solus habet Mathou l. c.

In Christi nomine. Clodoveus, rex Francorum, omnibus Christi fidelibus, qui consistunt in universo regno meo. Pax et veritas sit semper vobiscum. Amen^a. Anno tertio^b 40 postquam^c baptismi sacramentum percepi per manus patris mei Remigii, Remorum episcopi, et catholica imbutus sum omnem legem christianam, residente^d me in urbe Parisiaca cum uxore mea Chrothilde, per cuius exhortationem^e ad christianam legem perveni, una cum filiis meis, Theodorico videlicet, Chodomiro^f, Childeberto et Chlotario, caeterisque proceribus Francorum: venit ante presentiam^g meam filia mea charissima, Theodechildis^h 45 nomine, quae seⁱ devovit virginem in Christo, postulans a me multis precibus, ut ei quantalancumque^j portionem^k condonarem illi de hereditate mea seu de hereditate matris suae, postulans insuper, ut in ipsa hereditate ei liceret aedificare monasterium monachorum in honore apostolorum. Audiens igitur ego tam iustam postulationem et tam benivolam^l devotionem, tradidi illi partem de hereditate mea, quae venit in sorte mea ex parte uxoris^m

a) Amen om. 1. 3. 4. b) tertio 1. c) postquam 1. d) residente 1. e) exortationem 1. f) Chodomiro 1. 2. g) presentiam 1. h) se om. 1. i) quantalancumque 1. j) portionem 1. k) benivolam 1; benignam 2; benignam 3. 4.

l) Theodechildis non filia Chlodovei, sed neptis fuit, filia scilicet Theoderici regis. Cfr. chartam Theodechildis spuriam pro eodem monasterio, quod infra edimus.

meae Chrochildis^a, quae hereditas fuit patris eiusdem uxoris meae Hilperici, regis Burgundiorum. Inprimis igitur trado ei ecclesias meas duas, unam in honore beatorum martyrum^b Saviniani et Potentiani, alteram in honore beati Serotini martyris, cum omni decimatione et quicquid ad ipsas pertinere videtur; distant^c enim ipsae ecclesiae ab urbe Senonica milliario uno, inter autem ipsas^d duas ecclesias sunt passus fere quinquaginta. Igitur in timisterio ipsarum ecclesiarum per voluntatem meam et uxoris meas filiorumque meorum et procerum Francorum volo, consentio, ut aedificent monasterium suum filia mea charissima ad similitudinem ipsius basilicae, quam cepimus^e aedificare ego et uxor mea in conspectu Parisiacae urbis, in honore apostolorum. Est enim in ipsis ecclesiis beatorum martyrum ab antiquis temporibus sepultura praesulum Senonum seu clericorum sancti Stephani et procerum eiusdem urbis populique ipsius pagi, ob amorem eorundem^f martyrum; nam ibi requiescunt praetiosa corpora martyrum, successoresque eorum, venerandi pontifices Senonicae urbis, id est Leontius, Severinus, Audatus, Eraclius, Lunarius^g, Simplicius et Theodoricus^h archidiaconus, cum aliis sanctis virisⁱ. Trado etiam illi villam meam indominicatum^k Vicum nomine, cum appendiciis suis, in qua sicut diximus^l aedificare desiderat filia mea charissima monasterium suum: id est Plantam^m, Masliacum subteriore et aquam Venandamⁿ, quae ibi currit, cum molendinis^o, et sylvam^p; terram etiam, quae est ad Spinetum, vel quicquid^q in circuitu ipsius vici sancti Petri habere et possidere videor. Mercatum etiam in ipso vico^r concedo illi^s, feram^t autem annualem similiter concedo illi in festivitate^u apostolorum Petri et Pauli, quae est tertio Kalendas Iulii, ita ut nullus ex ministris nostris, neque comes neque vicecomes neque ullus^v iudex publicus, in mercato neque in ipsa fera^w annuali ullam consuetudinem accipiat, nisi ipsi monachi, qui ibidem Deo deseruierint^x, neque rotaticos^y neque portaticos^z neque homines distringendos; sed teneant secure absque ullius contradictione, sicuti antecessores mei reges Burgundiorum^{aa} tenuerunt. Trado autem illi terram, quae vocatur Castellum Britonis, et villam Maii. Ecclesiam autem meam, quae est in honore martyrum Sanciani sociorumque eius, cum omni decimatione concedo illi; villam etiam meam, quae vocatur Senceyas, cum silva quae in ea est. Trado illi similiter villam, quae vocatur Salligniacus maior, cum silva quae in ea est; et villam, quae vocatur Salligniacus minor, concedo illi. In civitate autem, ut sciat omnis populus quia catholicus factus sum, et hoc quod facio libenti animo facio, iuxta portam quae est ad orientalem partem capellam^{ab} meam indominicatum^{ac}, in honore sancti Petri dicatam, quam construxit uxor mea Chrochildis, areas quoque sexaginta in eadem civitate ultra^{ad} autem terras cultas et incultas cum vineis. Item pontem qui est supra ipsum flumen, et aream subtus pontem piscatoriam, habentem porticas quadraginta sex et dextros duos. Retineo autem in manu mea areas plurimas in ipsa^{ae} Masliacum maiorem cum appendiciis suis, extra eas res, quas trado per hanc cartam filiae meae charissimae et adhuc tradam, quarum haec sunt nomina: Ecclesiam, quae est in villa quae vocatur Vicinas, cum omni decimatione, et totam ipsam villam cum appendiciis suis et silva quae in ea est. Similiter et ecclesiam, quae vocatur Villa Cato, cum omni decimatione, et totam ipsam villam cum silva sibi subiecta; ecclesiam quoque, quae vocatur Ciconias, in honore sancti Petri dicatam^{af}, cum omni decimatione, et totam ipsam villam cum silva sibi subiecta et cum omnibus appendiciis, quarum haec sunt nomina: villa quae vocatur Villa Burdellus, super Igduvero^{ag} fluvium, cum molendinis et piscatione, cum^{ah} pratis et vineis, terris cultis et incultis; item in villa quae dicitur Villaris Bonosus, totum ex^{ai} integro rem inexquestam^{aj}. Item trado ei ecclesiam meam, quae dicitur Fontanas, super Arva fluvium, cum omni decimatione, et villam totam ex integro cum appendiciis suis et molendinis; et silvam, quae in ea est; item villam, quae vocatur Calcemaurus, et Fuscilacum villam, quae est super Venedam fluvium, cum molendinis et silva, quae in ea est; item

a) Chrochildis 1; Chrochildis 2; Chrochildis 3. 4. b) martirum semper 1. c) distant — cum aliis sanctis viris om.
 30 recensio B. d) ipsas om. 1. e) cepimus 2. f) eorundem 2. g) Lunarius 1. h) Theodoricus 1. i) A. 2. rursus
 incipit recensio B. k) indominicatum 2. l) meum B. m) dicimus 2; supra dicimus B. n) Planta om. 2. spatia
 lamina vacua relicta; Placa B. o) Venedam B. p) molendinis 2. q) silvam 1. 2. B. r) quicquid 2. 2. 4. s) in
 forte quinta parsiam A. 1. addunt 2. 2. 4. ad B. t) sequente usque ad verba: Trado etiam in dorem Balolum om. B.
 u) feriam 2. v) festivitate 1. w) ultra 1. x) feriam 2. y) consuetudines 2. z) rotaticos 1; portaticos 2.
 35 b) portaticos 1; protaticos 2. c) de 1. 2; Burgundionum 2. 4. d) capellam 2. e) in dominicatum 1. 2.
 f) ultra ignavam 1; incensam loco socio ignavam 2. g) et 2. h) dicalem 1. i) loco nomine lacuna in 2. k) cum
 om. 1. l) ex om. 1. m) inexistam 2.

villam Tresmentes, cum silva quae in ea est; item villam, quae vocatur Parcedum et Vulgradum, cum silva, quae in ea est, et cum appendiciis suis; item villam et to.....^a cum silva, quae in ea est; item medietatem de villa, quae vocatur Bayon^a, cum silva quae in ea est. In Germiniaco autem ecclesiam meam, in honore sancti Petri dicatam, cum omni decimatione, et totam villam cum appendiciis suis, cum integritate. Item ecclesiam quae vocatur Baviacus, in honore sancti Petri dicatam, cum omni decimatione, et totam villam cum appendiciis suis cum integritate. Item in pago Melédunensi^a ecclesiam meam in loco, qui vocatur Vetus Campania, cum omni decimatione, et totam villam cum appendiciis suis, cum silvis et pratis, totum et ad integrum, rem inexactam; item capellam^a sancti Iusti, cum silva et cum villa sibi subiecta; item capellam^a de monte 10 Cucullo, cum tota villa sibi subiecta; item capellam, quae vocatur Cuchimillus, cum villa sibi subiecta; item capellam^a, quae vocatur Cruz, iuxta Vetus Campaniam medietatem^a, cum silvis et pratis, et cum omnibus appendiciis suis; item in pago Meldensi ecclesiam, quae vocatur Velde; item villam, quae vocatur Silviniacus^a, cum integritate et silva sibi subiecta; item in^a pago Autissiodorensi terram, quae vocatur Misciacus^a. Haec omnia 15 cum mancipiis desuper manentibus, mansis domibus aedificiis cultiferis mudiscapis vineis silvis campis pratis pascuis aquis aquarumve discursibus, totum et ad integrum, rem inexactam, cum omni solemnitate ad praedictum locum in honore peculiaris^a patroni nostri Petri apostoli fundatum illis, qui ibidem die noctuque deinceps Deo famulari^a noscuntur, proficiat in augmento. Praecipimus igitur atque statuimus id ipsum mona- 20 sterium, quod filia mea charissima fundare cupit, cum omnibus ad se pertinentibus sub nostra defensione atque mundeburdio^a et huius nostrae regiae auctoritatis confirmationem^a ab omni strepitu et iudiciali potestate impulsione adeo liberum^a et securum^a esse decernimus, ut nullus iudex publicus vel cuiuslibet iudiciali potestatis auctoritate suffultus in ecclesiis aut loca vel agros, seu aliquas possessiones, quae praesenti^a 25 tempore in quibuslibet territorii infra ditionem regiminis nostri iuste vel legaliter praefatum monasterium possidere videtur, vel in ea, quae deinceps ipsius dominio devenerint, ad causas audiendas, vel freda^a aut tributum exigenda, aut mansiones^a vel paratas faciendas, aut fideiussores aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam servos super eiusdem terram commanentes sua temeritate distringendos, vel ullas redhibitiones^a aut 30 illicitas occasiones requirendas, nec pedaticos^a nec teloneos^a nec rotaticos^a sive portaticos aut ripaticos^a tollendos, nostris nec futuris temporibus ingredi nec auferre praesumat aliquis; sed omnia sint segura et pacifica plenissima defensione^a, et sic ea teneant ipsi monachi, sicuti antecessores mei reges Burgundionum^a tenuerunt^a, secure et quiete absque ulla contradictione^a. Trado etiam illi ducem Basolum^a, amodo^a superbum^a et 35 tumidum, modo verò humiliatum, quem cathenatum retineo, cum omni hereditate sua, cum castellis, villis, vicis^a, terris et ecclesiis et reliquis possessiones suas, eo tenore^a, ut ab^a hodierna die et deinceps totum et^a ad integrum, rem inexactam^a, ad praedictum monasterium sancti Petri Senonensis omnibus temporibus permanere decernimus in alimonia servorum Dei, qui ibidem per tempus successerint, et assidua pauperum receptione, 40 et luminaria continuanda et sacrificium offerendum, ut^a ipsi^a domo Dei cum dirigendo ipsas res^a in futuro^a permaneant. Sunt autem ipsae res Basoli^a in Arvernica provincia et in Lemovicino pago et in Caturcensi^a pago et in Petragorico pago et in Cavaldano^a pago^a.

RECENSIO B.

In Arvernica quidem provincia est alia quaedam ecclesia in ripa fluminis 45 Marone, dedicata in honore sancti Pauli, et in ipsa villa coloni tres, ubi manent homines 6, solvunt in anno annonam modios^a 3^a aut redimunt. In^a villa

a) lacuna in 2. b) Baro 2. c) Melédunensi 1. d) capellam 2. e) pro parte medietatem a. u. et lacunam exhibet 2. f) loco nomine Silviniacus lacuna in 2. g) in om. 1. h) Misciacus 2. 3. 4. i) peculiaris 1. k) iam 2. l) manuburdia 1. 2; senaburda 2. 4. m) confirmationem 1. n) liberam 1. 2. o) securam 1. 2. 54 p) lacuna in 2; moderat addunt 2. 4. q) lacuna in 2; vel freda h. k. addunt 2. 4; deinde verba in 1. r) mansiones 1; mansiones 2. s) redhibitiones 1; redhibitiones 2. t) redificos 2. u) teloneos 2. v) rotaticos 2. w) portaticos tollendos 2. x) defensionis 1. 2. y) Burgundionum 1; Burgundiorum 2. z) tenentis 2; omiserunt verbum 2. 4. a) h. i. rursus incipit B. b) Basolum B. c) amodo 2. 4; omittit 1; Basolum superbum 2. d) vicis 2; villis vicis B. e) s. in 2. f) ab om. B. g) et om. B. h) inexactam 1. i) vel 1. 2. 3. 4; vel B. 55 k) ipsi 1. 2. 3. 4; ipsa B. l) domo Dei res in futuro 2. m) futurum B. n) pro nomine Basoli lacunam exhibet B. o) Caturcensi 1; Caturcensi B. p) Cavaldano 2. q) h. k. inter verba pago et Postulo recensio B lacuna fuerat. In Arvernica quidem provincia etc. — decarios quindocim. r) a. m. pro voce modios c. s) et c.

RECENSIO B.

colonus^a unus; ubi manet Heldradus, servus sancti Petri, solvit in anno solidos
 duos, denarium, vervicem^b. In villa Vidrinis colonus unus; manet ibi Frodo-
 aldus, servus sancti Petri, solvit vervicem, denarios 8. In eadem ripa fluminis
 in dominio ecclesia est indominicata sancti Martini, coloni tres, ubi manent
 Hunaldus Hildegardus Salo; sancto Petro solvunt census solidos 5 et vaccam
 unam ad quemcumque annum. In villa Ambila coloni tres, ubi manent Ama-
 bertus Frodabertus servi, Wilencus; solvunt in anno solidos quatuor, annonam
 modium unum. In villa Calmilios coloni duo, manent ibi servi sancti Petri
 Leothericus Beroardus; solvunt caropera^c et vervicem. In eadem ripa fluminis
 ecclesia est sancto Eulacho, coloni duo, ubi manent Bertrandus, Andulfus;
 sunt servi sancti Petri, solvunt in anno frisingas^d duas, annonam sextarios
 quatuor. In Vilare colonus unus; manet ibi servus Gausbertus, faber, solvit
 ferri... Vendruna colonus unus; manet ibi servus Vagbertus, solvit hoc idem et
 vervicem. In Lupiaco est ecclesia dicata sancto Petro indominicata, coloni
 duo; manent ibi servi Ragnaldus Iocelus, solvunt vaccam unam ad quintum
 annum. Ecclesia sancto Christoforo indominicata, coloni duo manent, Nitrandus,
 Walbus; solvunt annonam modios duos. In villa Faurg. coloni duo manent,
 Stradarus, Ragnobertus; solvunt in anno frisingas quatuor. In villa Vabre
 coloni duo manent, Theotrandus Babolinus; solvunt modios duos annone. In
 villa Uscladinas coloni tres; manent ibi Godrandus Bertinus Andulfus, servi,
 solidos tres solvunt, vaccas tres ad quintum annum. Sunt et alie ville huic
 adjacentes ejusdem census. In villa Beriachus est ecclesia, dicata sancto Mar-
 tino indominicata, et coloni duo manent, Dodomardus et Madranpnus; solvunt
 in anno vervices quatuor. In villa Falola colonus unus manet, servus Con-
 stancius; solvit ad quintum annum bovem unum. Sunt et aliae villae huic
 adjacentes ejusdem census. In villa Cauenato est ecclesia indominicata,
 sancto Stephano dicata, coloni tres manent; Remigius Costavols Vitembertus,
 solvunt denarios decem octo, vaccas duas. In villa Uceica coloni tres manent
 ibi: Barnaudus Anters Odo servi; solvunt annonam modios tres, denarios
 quindecim. In villa Sidrac coloni duo manent: Riguelda femina, Arglitidis
 ancilla; solvunt vaccas^e duas, denarios duodecim. In villa Austenat coloni duo
 manent: femine Genetrudis Beda ancille; solvunt vaccas^e duas, denarios duo-
 decim. In villa alia est ecclesia indominicata, sancto Vincentio dicata, coloni
 duo manent: Berfredus Bertaldus servi; solvunt frisingas duas, denarios sex.
 In villa Pomeirs coloni duo manent: Dadinerus Armanfridus servi; solvunt
 in anno solidos tres et modium annone unum. In villa Sennaberias coloni
 quatuor manent: Warinbertus et Wido servi, et Bertrudis ancilla; solvunt
 annonam modios tres^f et frisingas tres. In villa Aveza coloni duo manent;
 Iterius Erlefredus; solvunt annonam modios duos, denarios duodecim et ver-
 vicem. In villa Capuernas coloni duo manent: Ermenaldus Bertramnus servi;
 solvunt modios tres annonam, vervices tres. In pago Lemovicino ecclesia est
 indominicata in villa Rialiaco, sancto Martino dicata; coloni duo manent:
 Gaurelmus Petrus, solvunt annonam modios tres, denarios decem octo. In
 villa Saumairac coloni duo manent: Gibomertus Guirbertus; solvunt annone
 modios duos, vaccam unam in quintum annum. In villa Vixis coloni tres
 manent: Grimaldus Bertinus Rigobertus; solvunt vaccas duas in quintum
 annum, avena modios tres. In villa de Salegols coloni quatuor manent: Arfredus
 Ugo Dominicus, servi; solvunt modios tres annone, frisingas tres, avena
 modios duos. In villa Perret coloni manent duo: servi Blidebodertus, Arduinus;
 solvunt solidos tres, avena modios duos. In villa Papolprat coloni duo manent:
 servi Ragnaldus et Ragbertus; solvunt modios duos annone, frisingas duas,
 denarios decem et octo. Sunt alie ville, que adjacent istis, pari censu. Est

a) col. s.: totum unus supplent. b) vervec. c. c) mappas sine censu edict. d) modios tres annonam s. h.

55 2) vervec sive berbis = arles, ovis, francogallice bresbis; cfr. Ducangium s. v. 3) caropera = servitius
 rustica, quae carris ferri debet; cfr. eundem. 4) frisinga = porcus iunior, germanice frischling.

RECENSIO B

ecclesia indomnicata, sancto Privato dicata, in eadem villa, coloni tres manent: Guirbertus et Girbaudus, servi; solvunt annone modios quatuor et vaccam unam ad quintum annum. In villa Vaissec coloni duo manent; servi Enricus, Hirmenbertus; solvunt annone modios duos, solidos duos. In villa Adui coloni duo manent; servi Odoranus, Odo; solvunt modios frumenti unum, avene duos, denarios duodecim. In villa, que vocatur Malessec, coloni duo manent: servi Thegirbaudus, Cavalus; solvunt annone modios duos, denarios viginti. In villa Durazat est ecclesia indomnicata, sancto Stephano dicata; coloni duo manent: servi Losceranus, Durandus; solvunt medietatem fructuum in quintum annum, bovem unum, denarios viginti. In villa Feltrem coloni duo manent: servi Bertramnus, Guirbertus; solvunt modios duos avene, vervicem unum. (In villa) Glannam colonus [unus]^a manet, servus Bertemar; solvit modium annone, denarios duodecim. In villa Valors colonus unus manet, servus Gislemar; solvit frumenti modium unum, friscingam unam. Sunt et alie ville, adiacentes istis, pari censu. In ripa fluminis Rade ecclesia est indomnicata, sancto Ipolito dicata; coloni duo manent: servi Gulbertus, Rambodus; solvunt vaccas duas pingues, solidos quatuor. In villa Rupemontis manent Humbertus, Guido, Petrus, servi; solvunt vaccas duas, annone modium unum. In villa Frigidirum coloni duo manent: Losmarus, Erlebertus; solvunt vaccam unam, denarios duodecim, annone modios duos. Sunt et alie ville equiparati census, adiacentes istis. In villa Colandre ecclesia est indomnicata, sancto Martino dicata; coloni duo manent: Gislemerus, Beroardus, servi; solvunt vaccas duas pingues, frumenti modium unum. In villa Spinae coloni duo manent: servi Audraldus, Raaldus; solvunt friscingas duas, verlices duos. In villa Cepa colonus unus manet: servus Willencus; solvit solidos duos, vervicem unum. In villa Bocianellas colonus unus manet: Eldpinus servus; solvit vaccam pinguem. Alarinum montem cum integritate, sicut per ribeiram descendit aqua, et podium^b qui dicitur Merulus, et adiacentes ripas extra et infra, et capellam sancti Vincentii indomnicatam; in eadem vero villa coloni tres manent: servi Bercencius, Ildemar, Frodoaldus; solvunt frumenti modios duos, vaccam unam, solidos duos. In villa fluminis Marlionis, villa Montels, coloni manent: servi Gintrandus, Odo, Ermenaldus, Manualdus, Frederius; solvunt frumenti modios tres, vaccas tres, denarios decem et octo. In villa Trisac ecclesias tres indomnicatas, unam sancte Marie, aliam sancti Iohannis Baptiste, aliam sancti Baudilii; coloni quinque manent: servi Rignaldus, Elebaudus, Siturlus, Thebargius, Altrudis ancilla; solvunt vaccas tres, verlices, modios tres annone, denarios quindecim.

Postulo igitur ego Clodoveus rex Francorum successores meos reges, hanc donationem, quam contuli Deo^c et beatis apostolis eius et filias mese charissimas^d Thecildi^e monachisque ibi Deo^f deservientibus, ut firmam et stabilem permanere faciant per cuncta saecula^g. Amen.

Si quis autem contra hanc scriptionem venire temptaverit^h, inprimis iram Dei incurrat, et nullo modo vincereⁱ valeat. Omnipotens^j autem Deus, qui dixit: *Nichi^k vindicta^l, ego retribuam*, ipse illum condempnet^m, qui hanc nostram cartulam in aliquo calumpniamⁿ inmisit^o. Amen.

Actum publice in urbe Parisiaca coram filiis meis.

† Ego Clodoveus, in Dei nomine rex Francorum, manu propria firmavi et subscripsi.

† Ego in Dei nomine Chrochildis regina ss.

† Ego in Dei nomine Theodoricus^p rex, filius^q eius ss.

† Ego in Dei nomine Clodomirus rex, filius eius^r ss.

† Ego in Dei nomine Childebertus rex, filius eius ss.

† Ego in Dei nomine Chlotarius rex, filius eius ss.

a) Colonus Glannam minot B. b) podium sine spere edit. c) Domino B. d) reginae Thecildi B. e) Thecildi I. f) Deo om. I et B. g) secula I. h) tentaverit 2. i) vincere B. j) Omnipotens — inmisit, Amen. om. B. k) michi 2. l) vindictam I. 2. 3. 4. m) condempnet 2. n) calumpniam 2. o) inmisit 2. p) Theodoricus B. 55 r) filius rex m. 2; filius pius rex B. s) eius om. I.

b) ribeira = rievus, *Rupis*, francogallice *ricière*. c) podium = *collis, mons*, francogallice *py, pou* et *pio*; cfr. Ducangium.

- † Ego in Dei nomine Theodechildis^a, filia eius charissima^b ss.
 † Ego in Dei nomine Eraclius, archiepiscopus Senonum ss.
 † Ego in Dei nomine Remigius, iam senex, Remorum episcopus ss.
 † Ego in Dei nomine Principius, Suessionensis^c episcopus. ss.
 † Ego in Dei nomine Medardus, Noviomensis episcopus ss.
 † Ego in Dei nomine Vedastus, Atrabatensis^d episcopus ss.
 † Ego in Dei nomine Germanus, Parisiorum episcopus ss.
 † Ego in Dei nomine Austregisillus^e, Bituricensis archiepiscopus ss.
 † Ego in Dei nomine Genebaudus, Laudunensis^f primus episcopus ss.
 † Ego^g in Dei nomine Aurelianus, consiliarius regis ss.
 † Gerlebertus^h hoc testamentum scripsi et subscripsi.
 Data mense Octobrio. Indictione prima. In Dei nomine. Amenⁱ. Parisius^k, urbe regia.

3.

Chlodoveus I. rex cellae beatae Mariae de Bethleem, a discipulis apostolicis Saviniano, c. a. 508. Potentiano, Coffino aliisque in pago Wastinensi constructae, ubi anachoretas invenit, res proprietatis suae in Wastinio tradens, huius donationis limites circumscribit.

Autogr. spurium in tabular. monast. Ferrariensis in papyro scriptum, a. 1547. in praesidiali curia Senonensi examinatum et pro authentico habitum. Cfr. Morini, Naissance miraculeuse de la Chapelle de Bethleem, p. 129.

Ediderunt ex autogr. Morinus p. 769; — Saussey, de mysticis Galliae Scriptoribus liber p. 288, mendose; — Marlot I, p. 183; — Le Coigne II, p. 527; — Brequigny p. 13, n. 5; — Marini, Papiri diplom. p. 95, n. 53; — Pardessus I, p. 53, n. 78. — De Foy ad n. 508; Brequigny ad n. 508.

Diploma spurium esse ostendunt Le Coigne, Marlot, Brequigny, Pardessus locis laudatis; ut spurium omnino respicerent Bouquet et Gallia Christ.; futilibus contra argumentis chartam defendere student primi editores Morinus et Saussey.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Chlodoveus, rex Francorum. Notum fieri volo omnibus sanctae matris ecclesiae fidelibus, quod cum certior factus fuero de pietate sacelli Bethleemici, fundati in honore Dei genitricis a Saviniano et Potentiano ... Coffino, Paterno, et aliis ex Christi discipulis, ... idque per charissimum Remigium, Remorum pastorem, qui mihi illud verum esse pro certo affirmavit et ita evenisse. Cum scilicet Christus ascendisset, Petrus et alii domini apostoli per totum orbem terrarum dispersi sunt, quemadmodum et 72 alii discipuli, ex quibus cum aliqui in Gallias venissent, de quibus Savinianus, Potentianus, Coffinus et alii, antrum sive cellulam in pago Wastinensi construxerunt, in qua possent vota Domino reddere et preces fundere; et ipsis itaque orantibus sub nocte magnus splendor totum locum..... ortus est, quidquid divinum habebat in se; et inter haec ecce nascentis Christi virginis et Iosephi imagines in aere apparent, quemadmodum etiam bos et asinus, quos Christi nativitati adfuisse... angelique... carmen natale Christi domini concinentes: *Gloria in excelsis Deo*, ostendens Deus, se hoc in loco velle venerari. Quibus rationibus et quotidianis, quae in eo sunt, miraculis ego duce Spiritu sancto cognoscens, loci angustias tantam fidelium illuc affluentium multitudinem continere non posse, pro mea in Dei matrem, quam humiliter in hoc sacello precatus sum, pietate statui pro regia liberalitate templum augustum et maius construere in honore apostolorum principum Petri et Pauli, cuius antequam discederem fundamenta leci, et quod postea Deo favente perficiam. Et quia in dicto sacello cellula seu antro beatae Mariae de Bethleem inveni anachoretas iuste et pie viventes, pro remedio et salute animae meae et filiorum meorum dedi illis quicquid in Wastinio possidebam. Quibus etiam dedi ius nundinarum sive feriae die beatorum apostolorum, in iunio, vel quando evenerit. Quae autem dedi, volo esse pro sustentatione servorum Dei et pauperum. Manuissimus etiam in eorum gratiam et fecimus liberos esse omnes oppidi, in quo habitant, incolas, tam natos quam nascituros, tam maris quam foeminas, qui in banlieva dictorum anachoretarum vel servorum Dei vitam degent, quam regia auctoritate vidimus quamque ita examinari volumus: a vado Turellae usque ad nemus et ad terram, quae dicitur Groletum, usque ad terram de Brovilla, usque ad terram quae dicitur Campus

a) Thechildis B. b) regina pro charissima B. c) Suessionis 2. d) Atrabatensis B. e) Austregisillus B. f) Laudunus I. 2. 2. 4; Laudunus B. g) Ego — nomine om. B. h) Gerlebertus 1; Geylebertus 2; Gelebertus 3. 4. 55 Erlibertus B. i) —††† 1. 2. k) Parisina 2; Parisius, urbe regia om. B.

Girauldi; et ab illo campo Girauldi, sicut via vadit quae dicitur Mali Consilii, usque ad aquam quae dicitur Clarea, usque ad terram et nemus, quod dicitur Morini Casneti, usque ad vallem quae dicitur vallis Giraldi, vadens usque ad fontem Bultorii, et sicut dictus fons Bultorii usque ad Lupam, et sicut aqua, quae dicitur Lupa, currit usque ad praedictum vadum Turellae. Quod ne obliviscantur posteri, hoc scribere volui omnibusque testari, me hoc praepotenti Deo pro meis peccatis obtulisse, quemadmodum beatae Dei matri et apostolorum principibus.

Data sunt haec in antro Bethleemico. Anno Praesentibus Morilico abbate, Remigio Remorum antistite, Eraclio Senonensium praesule. Indictione
(Cetera desunt.)

4.

e. n. 510. *Chlodoveus I. rex Euspicio seni et nepoti eius Maximino, quos e civitate Viridunensi Aurelianum adduxerat, fundum Miciacum, Cambiacum atque Latiniacum, una cum piscatione in utraque ripa Ligeris et salaria de navibus, per aquam eorum transeuntibus, concedit, ut ibidem monasterio ordine Deo deserviant.*

Recensio A. 1. Chartul. Miciacense s. 1257, ab Adamo abbate conditum, iam deperditum. — 2. Copia eiusdem chartularii s. 1582, ab Iacobo Bineto exarata. — Ediderunt ex chartul. Miciae, Toynartius, Examen chartar. a Fullensibus monachis prolatarum in iudicio; — Brequigny p. 15, n. 7; — Pardessus I, p. 88, n. 88; — ex copia Bineti: Sausseyus, Annal. eccl. Aurelian. p. 97; — Labbe, Meulang. cur. II, p. 393.
Recensio B. amplificata. 3. Chartul. Miciacense s. 1257. — 4. Copia saec. XVI. in Bibl. Paris. Armouren de Baluze II, p. 1, n. 2. — Ediderunt ex chartul. Miciac. Toynartius l. c.; — Gallia Christ. VIII, Instr. col. 479, n. 1; — Brequigny p. 17, n. 8; — Pardessus I, p. 88, n. 88. — De Foy ad a. 498: Brequigny ad a. 498.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Chlodoveus^a. Quicumque regiae dignitatis^b culmine efferri desiderat, merito eum prae oculis semper^c habere debet, cuius gratia effertur^d. Noverit ergo^e omnium sanctae Dei ecclesiae fidelium et nostrorum tam praesentium quam futurorum solertia^f, quia nos res ecclesiasticas plus quam omnes vitae nostrae actus tutari atque augmentare gaudemus. Unde cunctis nostris fidelibus, omnibus videlicet episcopis abbatibus comitibus missis viceominis vicecomitibus vicariis telonariis^g centenariis villicis, seu cunctis ut diximus vero corde fidelibus, notum fieri volumus, quia nos Dei^h providente benignissima sive annuente clementia beatissimos viros Euspicium ac eius nepotem Maximinum, religione monastica complos Deique gratia conspicuosⁱ, a civitate Viridunensi adduximus Aurelianis, nostrisque eis fundum iuris concessimus nomine Miciacum, ut ibidem universorum Domino tam ipsi quam eis pie adherentes seu per annorum curricula succedentes deserviant^k Deo sub ordine monastico, nostrisque perpetuum^l habeant memoriale coram Deo. Adiecimus etiam Cambiacum atque Latiniacum^m, ut suarum habeant necessitatum aliquodⁿ supplementum. Ligeris eiam^o cursum, quantum praedicti terra fundi ex utraque tenet ripa, cum omni libera piscatione, et de^p singulis salis navibus per aquam eorum transeuntibus singulas minas, iure damus^q perpetuo. Superaddimus quoque^r nostrorum postulatione fidelium, ut quicumque eis aliquod de sui iuris beneficio tribuere voluerit in aliqua qualicumque re beneficium, liberam habeat facultatem. Nos deinceps nostro^s largitatis munere propter divinum amorem per nostram auctoritatem praefatis Dei servis cum sibi vinculo Christi iunctis, sivo^t succedentibus eis, iam dictum eo tenore^u concedimus locum, ut abhinc eundem cum omnibus supradictis terris aquis et eis pertinentibus, silvis servis atque ancillis, vel quaeque ad eos pertinent vel pertinere videbuntur, absque alicuius impedimento praesenti et futuro tempore absque ullo telonio aut vicaria habeant, Deo annuente.

Sigillo nostro subter eam iussimus assignari.

RECENSIO B.

Praecipientes ergo iubemus, ut nullus fidelium nostrorum de memorato loco praesenti et futuro tempore habeant, Deo annuente.

a) Annus . . . post Morilico abbate falso insertus edit. b) Chlodoveus 4. c) semper om. edit. d) profertur 4. e) igitur 4. f) solertia 4. g) teloneariis 4. h) Deo edit. i) D. g. c. om. edit. j) deserviant 4. k) in perpetuum edit. l) Latiniacum 4. m) aliquod om. edit. n) igitur edit. o) de om. 4. p) quoque om. edit. q) nostris edit. r) eius edit. s) tenore pro op tenore edit.

RECENSIO B.

dictis viris Dei neque sibi adhaerentibus, tam monachis quam laicis, praesentibus et futuris, sive per terram sive per aquam ullam consuetudinem vel inquietudinem aut contrarietatem facere deinceps praesumat, aut calumniam generare aut quicquam subtrahere aut aliquam infestationem illis inferre; sed liceat eis eundem locum cum omnibus, quae ad ipsum pertinent vel pertinere videbuntur, ad proprias necessitates consulendas quiete et^a libere habere et tenere nostris et futuris Deo disponente temporibus. Et nullus episcopus aut comes aut vicecomes aut vicedominus aut vicarius aut telonarius^b aut missus aut villicus, aut quilibet exactor publica auctoritate praeditus, aliquam redhibitionem^c seu exactionem neque ab ipsis neque ab eorum hominibus amodo neque per terram neque per aquam accipere praesumat; sed liceat eis et eorum hominibus et missis sive de sale sive de piscatione seu de qualicumque causa aut re eorum necessitatibus absque aliqua consuetudine fiscali procurare, atque sub nostra tuitione ac defensione plenissima sive in redeundo sive in veniendo per terram vel per aquam, sive ibidem consistendo^d, absque ullo theloneo^e aut vicaria aut aliqua publica functione aut alicuius impedimento ire et redire atque consistere in omnibus per hanc nostram auctoritatem valeant.

Et ut haec nostra auctoritas certius credatur et a fidelibus Deo annuente nostris et futuris temporibus melius conservetur, sigillo nostro subfer eam iussimus assignari.

5.

Chlodoveus I. rex ob coeleste beneficium S. Hilarii confessoris, quo victoriam contra Alaricum regem Francie contulerat, ecclesiae eiusdem sancti de possessione regia in territorio Pictavensi curtem Campaniacum donat cum pertinentiis eius, similiter in pago Autissiodorensi curtem Logumrele et dependentia eius Traciaco, Arbusta, Murzenno, cum ecclesiis ceterisque ad illas pertinentibus.

^a Copiae duae saec. XI. in tabul. Pictav. Fonds de S. Hilaire, quarum altera humore laeta est.

^b Ediderunt ex autogr. Jess Filleau, de l'Univ. etc. de Poitiers p. 61, ad n. 524 cum versione Franco-Gallica; Brequigny p. 17, n. 9; Pardessus I, p. 61, n. 91. — De Foy ad n. 524; Brequigny ad n. 524. Diploma spurium esse ostendunt Le Coigne I, p. 269, Brequigny et Pardessus locis laudatis in annotationibus.

† Ego in Dei nomine Chlodoveus^f, gratia Dei Francorum rex, notifico omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus, tam futuris quam et praesentibus, quod quia confessor Hilarius^g novissime gratis coeleste^h mihi beneficium apud Deumⁱ dignatus est impetrare signumque victoriae coelitus praemonstrare, terrenum sibi beneficium indifferenter pro debito humanitus volo remunerare. Svasu namque illius de inimicis catholicae fidei merui victoriam obtinere^k, meritis illius pro obtentu victoriae gratias ac munera debeo rependere. Alaricus enim, hereticae falsitatis executor, catholicorum fines armis invasit; Hilarius^l, catholicae veritatis assertor, per ignis columnam^m ab eiusdem sepulchro surgere visam vocemque in ea auditam surgere me contra eum pugnaturum victoremque futurum praemonuit. Nec immerito, qui vivens in corpore armis fidei verbique gladio perfidiae extititⁿ insecutor, idem etiam nunc post obitum contra eam^o spiritu dimicare non cessat. Quapropter dignum est ut, sicut spirituale confessoris auxilium^p gaudeo suscepisse, ita quoque servus eiusdem, qui dedit^q ibidem sibi famulantibus unde dedit, terrenum beneficium, ut dignum est, pro coelesti^r remunerem. Dono itaque sancti Pictavensis Hilarii^s ecclesiae de meo regali alodo in Pictavensi territorio curtem, quae Campaniacum vocatur, totam et integram, sicut est ubicumque longe lateque diffusa suisque certis terminis undique metata, cum tota pertinentia sua; in Autissiodorensi territorio^t curtem, quae Longum rete vocatur, totam et integram, sicut est ubicumque longe lateque diffusa suisque certis terminis undique metata.

a) vel edit. b) thelonarius s. c) redhibitionem s. d) consistere edit. e) teloneo edit. f) Chlodoveus cop. g) Hilarius c. h) celeste c. i) Dominum edit. k) reportare edit. l) Hilarius c. m) columnam c. n) extitit perfidiae edit. o) eum c. p) auxilium c. q) et ibidem c. r) caelesti s. s) Hilarii c. t) territoria c.

cum tota pertinentia sua, Traciaco scilicet et Arbursta^a atque Murzenno, utramque scilicet cum aeclesiis, decimis, terris cultis et incultis, vineis, pratis, lucis, aquis, molendinis, servis et ancillis^b: videlicet omnia, sicut hactenus nostri iuris extiterint, ita amodo dictorum canonicorum iuris per omnia habeantur et ad eorum usum et libitum absque ullo contradicto in perpetuum perdurent. Si quis autem huius auctoritatis^c nostrae firmamentum^d calumniando^e debilitare praesumpserit, iram Dei omnipotentis sanctique confessoris Hilarii^f omniumque simul sanctorum incurrat, et huius sancti concilii auctoritate^g atque praesentium episcoporum omnium anathematis vinculo ligatum ac nostrae maiestatis reum se sentiat^h.

Et ut hoc testamentum nostrae dignitatis inviolabile perseveret firmumque credatur, 10 creditum observetur, memori chartaeⁱ commendatum proprii sigilli impressione signamus, huiusque sancti Aurelianensis concilii^j auctoritate^k firmari praecipimus.

Signum domni Chlodovei^l, gloriosissimi regis, (M.)^m qui hoc testamentum fecit.

Signum Gelasiiⁿ Pictavensis episcopi, cuius obtentu factum est et in cuius parrochia Campaniacum situm est. 15

Signum Theodosii^o Autissiodorensis episcopi, in cuius parrochia Longum rete situm est, et cuius consensu datum est, qui et in praedicto concilio tenuit principatum.

Factum est autem hoc Aurelianis, anno ab incarnatione Domini 524^p, Iustiniano Romae imperante^q, Lampadio et Oreste^r consulibus, Vigilio summo^s pontifice, Gelasio episcopo Pictavensi, et Theodosio^t episcopo Autissiodorensi. Chlodoveo^u regnante et hoc fieri 20 praecipiente. Indictione VI.^v

THEUDEBERTUS I.

6.

541. *Theudebertus I. rex fundationem oratorii in honore S. Martini, ab illustri viro*
100. B. *Eoladio presbytero et Baudomella, Deo devota, in area ipsorum infra muros Cenomannenses 25*
constructi confirmat.

^a Cod. Bibl. Cenomannensis n. 224, saec. XIII, fol. 33.

Ediderunt ex hoc cod. Mabillon, Vet. Anal. Edit. I, tom. III, p. 108; Ed. II, p. 254; — Bouquet IV, p. 620, n. 7; — Brequigny p. 45, n. 22; — Pardessus I, p. 102, n. 137. — Brequigny ad n. 546.

Theodebertus^a rex Francorum, vir iuluster. Si petitionibus ancillarum Dei vel sacer- 30 dotibus, in quod nostris auribus fuerint prolata, ad effectum^b perducimus, hoc nobis ad aeterna salute vel stabilitate regni nostri in Dei nomen pertinere confidimus. Igitur vir iuluster Eoladius presbiter et Baudomella, Deo devota, directa^c petitione clementiae regni nostri detulerunt in notitia, eo quod ante hos dies in area ipsorum infra muram Caenomanis oratorio in honore sancti Martini construxerunt, et locella noncupantes, sitas in 35 pago Caenomanico: Molinacio, villa Levaste, Popiliaco, Aciaco, Verriciaco, Potius Cipidus, cum omnes adiacentias earum vel appendiciis, cum omni re inexquisita vel ipso oratorio,

a) Arbursta editi. b) servis ancillisque editi. c) auctoritate editi. d) calumpniando e. e) Hilarii e. f) auctoritate editi. g) deiciat e. h) chartae e. i) Chlodovei editi; Clodovei e. j) Theodosii e. k) Aresta e. l) Theodosio e. m) Clodoveo e. n) Indictione VI. om. editi. o) affectum e. p) directi e. 40

2) Concilium Aurelianense a. demum 511. celebratum est. 3) Huius monogrammati forma plane ridicula in editionibus expressa invenitur, nos inserere illam inutile duximus. Locus monogrammati in copia post gloriosissimi regis. 4) Non Gelasius, sed Adelfus tempore concilii Aurelian. episcopatum Pictavensem tenuit. 5) Chlodoveus rex iam a. 511. mortuus est. 6) Iulianus imp. a. demum 527. regnare coepit. 7) Consulatus Lampadii et Orestis in annum incidit 530. 8) Vigili consecratio a. demum 537. celebrata est. 9) De fide diplomatis dubitabat Bouquet, qui Childeberto regi

inscribere proposuit; plane fictitum esse demonstrant Brequigny et Pardessus II. cc. Charta ab eodem falsario concocta videtur, qui diploma Childeberti I. spurium pro ecclesia Cenomannensi excogitavit, cum quo in pluribus ad verbum consentit. Quod aulem de hoc nostro, idem de omnibus eiusdem ecclesiae praeceptis iudicandum erit, scilicet quae in iudicio publico, coram Carolo Calvo rege Franciae anno 863. die 25. Oct. Vermeriae habito, spuria inventa et intra quartum decimum diem aboleri iussa sunt. Confer 50 iudicium ipsum apud Bouquet VII, p. 297 sq.

ad ecclesiam sancti Gervasii et Prothasii martyris vel domno Domnolo episcopo, qui ibidem ad presens custos praesesse videtur, ipsas res per eorum strumenta delegaverunt. Ideo petierunt celsitudinis nostrae, ut hoc^a per nostram auctoritatem plenius confirmare deberemus; cuius petitione gratanti^b animo prestitisse et hi omnibus confirmasse cognoscite^c. Praecipientes enim ut, sicut constat iam dictus Eoladius et Baudomalla ipsa loca Moliniaco, villa Levaste, Popiliaco, Aciaco, Vericiaco, Potius Cupido, una cum terris^d, domibus, aedificiis, mancipiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, farinariis, pecuniis, praesidiis, mobilibus et immobilibus, vel reliquis quibuscumque beneficiis, ad ipsa casa Dei per eorum instrumentum iuste et rationabiliter delegassent, et hoc^e ad presens ibidem recto ordine videtur esse possessum vel dominatum: ita et inantea, inspecta ipsa epistola donationis, per hoc praecceptum plenius in Dei nomine confirmatum ipsa loca superius nominata cum omni integritate earum ad ipsa casa sancti Gervasii et Prothasii; matris ecclesiae, nostris et futuris temporibus iure firmissimum proficiant ad augmentum.

15 Et ut haec praecceptio firmiter habeatur et in omnibus conservetur, manus nostrae subscriptionibus eam subter decrevimus roborare.

Theodebertus rex Francorum subscripsi^f.

Adalgrimus iussus obtulit^g. (Nof. Tiron.)

Data dies octo quod facit presens mense Iunii. Anno VII. regni nostri. Captunaco^h.

20 In Christi nomine feliciter. Amen.

CHILDEBERTUS I.

511-558.
Dec. 23.

7.

Childebertus I. rex ecclesiae sanctae Mariae et sanctorum Gervasii ac Protasii in urbe Cenomannica dona ab illustri viro Haregario et uxore eius Truda nechon filia eorum Tenestina 531.
25 *tam in pago Cenomannico quam in aliis pagis delegata confirmat.* Iuu. 8.

*Cod. Bibl. Cenomannensis n. 224, saec. XIII, fol. 29.

Ediderunt ex hoc codice: Mabillon, Analect. Edit. I, tom. III, p. 94; Edit. II, p. 250, col. 2 ad n. 528; — Labbeus, Misc. cur. II, 396; — Le Coiteur I, p. 297; — Bouquet IV, p. 618, n. 5; — Brequigny p. 28, n. 14; — Pardessus I, p. 86, n. 117. — De Foy ad n. 531; Brequigny ad n. 531.

30 Chartam spuriam esse probavit Brequigny l. c. in adnotat. et ibid. p. 24 in adnotatione ad chartam fictitiam Haregarii, viri illustris, quam Childebertus rex h. l. confirmare effingitur.

Childebertus rex Francorum, vir illuster. Si petitionibus ancillarum Dei vel bonorum hominum, quae nostris auribus fuerant relata, augmentum praestemusⁱ et eas ad effectum perducimus, hoc nobis ad aeternae salutis praemium vel stabilitatem regni in Dei nomine 35 pertinere confidimus. Igitur illuster vir Haregarius et uxor eius Truda, sive filia eorum Tenestina Deo devota, directa petitione clementia regni nostri asserentes, nobis per eorum missos intimaverunt, eo quod ante hos dies in area sanctae Mariae et sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, matris et Cenomannis civitatis senioris ecclesiae, una cum consensu Innocenti Cenomannice urbis episcopi vel eius congregatione, monasteriolum quoddam, 40 predicto episcopo consentiente seu adiutorium non modicum praestante, in honore sanctae Mariae et sanctorum apostolorum tam infra civitatem quam et infra murum civitatis et fluvium Sartae construere coeperunt; et locella proprietatis eorum tam in pago Caenomannico quam et in aliis pagis, cum omnibus adiacentis earum, cum omnibus appendiciis, cum omni re inexacta^j, ad praedictam matrem et civitatis ecclesiam, quae est con- 45 structa in honore sanctae Mariae et sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, vel domno Innocenti predictae urbis episcopo, qui ibidem ad praesens custos et rector praesesse videtur, ipsas res per eorum strumenta delegaverunt. Ideoque petierunt celsitudini nostrae, ut hoc per nostram auctoritatem plenius confirmare fecissemus; quorum petitionibus gratanter adsensum praestavimus, et in omnibus confirmavimus. Praecipientes enim, ut

50 a) per hoc per (sic) cod. b) gratanter e. c) cognoscitur e. d) tribus edit. e) subf. cod. f) obtulit cod. nota Tironiana addita, quae sic legitur: recognovi et subscripsi. g) Captunaco e. h) praestamus edit. i) Inexacto cod.

sicut iam dictus Haregarius et uxor eius Truda, sive filia eorum Tenestina Deo sacrata, ipsa loca hereditatis eorum una cum terris, domibus, aedificiis, mancipiis, vineis, sylvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, peculiis^a, praesidiis, mobilibus et immobilibus, vel reliquis quibuscumque beneficiis, ad ipsa casa Dei per strumenta iuste et rationabiliter delegassent, et hoc ad presens ibidem recto ordine videtur esse possessum, ita et inantea inspecta ipsa^b epistola donationis per hoc preceptum plenius in Dei nomine confirmamus, ipsa loca superius nominata cum omni integritate eorum ad ipsa casa sancti Gervasii et Prothasii martyris nostris et futuris temporibus iure firmissimum proficiat in augmentum.

Et ut haec praeeptio firmiter habeatur et in omnibus conservetur, manus nostrae subscriptionibus eam subter decrevimus roborare.

Childebertus rex Francorum subscripsit.

Adogrimus iussus obtolit et subscripsit^c.

Datum dies VIII. quod facit presens mensis Iunius. Anno VII. regni nostri. Opatinaco¹⁰. In Christi^d nomine feliciter. Amen.

8.

⁵³⁹
^{Iun. 8.} *Childebertus I. rex ecclesiae Cenomannensi monasterium SS. Petri et Martini Anisoleense, a Carileffo monacho illi traditum cum omnibus adiacentiis suis, auctoritate sua confirmat.*

²⁰
²⁰ ^a Cod. Bibl. Cenomannensis cod. n. 224, saec. XIII, fol. 26.

Ediderunt 1) ex hoc codice Mabillon, *Analec. Edit. I, tom. III, p. 86; Edit. II, p. 269, col. 2; — Bouquet IV, p. 619, n. 6; — 2) ex MS. veteri de pontif. Cenomann. Labbeus, *Miscell. cur. II, p. 396, ad a. 526; — Brequigny p. 43, n. 20; — Pardessus I, p. 100, n. 135.**

Diploma spurium esse probant Le Cointe I, p. 297, Brequigny et Pardessus l. c., iudicio inanis, quod a. 663. eorum Carolo Calvo rege chartam nostram una cum aliis ecclesiae Cenomannensis documentis ut spuria eodem demnavit. — De Foy ad n. 536; Brequigny ad a. 538.

Childebertus^e rex Francorum, vir illuster. Si petitionibus servorum Dei vel bonorum hominum, quae nostris auribus fuerit relatum, augmentum prestemus^f et eas ad effectum perducimus, hoc nobis ad aeternae salutis praemium vel stabilitatem regni in Dei nomen pertinere confidimus. Igitur inluster vir domnus Carileffus, sacerdos atque monachus, 30 directa petitione elementiam regni nostri asserens nobis intimavit, eo quod ante hos dies in terra sanctae Mariae vel sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, matris et Cenomannensis civitatis senioris ecclesiae, una cum consensu Innocenti Cenomannicae urbis episcopi vel eius congregatione, monasteriolum quoddam^g, predicto episcopo consentiente seu adiutorium non modicum prestante, in honore sancti Petri et sancti Martini super 35 fluvium Anisoliae, quod secundum nomen ipsius fluminis nuncupatur Anisola, qui ab antiquis dicebatur Casa Galano, construxit vel aedificavit, et res atque mancipia, quae ad ipsam monasteriolum tam a nobis quam et ab alijs bonis et Deo timentis hominibus traditae sunt, tam in pago Cenomannico quam et in alijs pagis atque territoriis, cum omnibus adiacentiis earum vel appendiciis, cum omni re inexquisita, ad praedictam matrem et 40 civitatis ecclesiam, quae est in honore sanctae Mariae vel sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, vel domino Innocenti, predicto urbis episcopo, qui ibidem ad praesens custos^h vel rector praeesse videtur, ipsas res nostro ex permissum sive per nostram licentiam et auctoritatem per sua strumenta tradidit atque delegavit. Ideoque petiit celsitudinis nostrae, ut hoc per nostram auctoritatem plenius confirmare fecissemus; quorum 45 petitionibus grater assensum praestavimus etⁱ in omnibus confirmavimus^k. Precipientes

^a peculus c. ^b ipsa om. edit. ^c obtolit subscripsit c. ^d Dei edit. ^e antecedit in cod. lat. rubrum. Sequitur exemplar precepti, quod Childebertus rex super predictam precariam et de monasteriolo Anisoleense sancto Innocenti episcopo et sancto Carileffo abbati Armitatis causa loci, sicut in eo habetur insertum, cuius exemplar supradicto prelosto hic inserere necesse fuit. ^f praestavimus edit. ^g primum d g corr. add. cod. ^h curator c. ⁱ et — con- 50 firmavimus om. edit. ^k quodfirmavimus c.

10) sive Captinaco, ut legi jubet Mabillon, *Dipl. p. 257, placito Innisus Chlodovei III. regis d. d. 691, Aug. 12, supra n. 59.*

enim iubemus, ut sicut iam dictus domnus Carileffus monachus ipsum monasteriolum, quod in honorem^a sanctae Mariae et sancti Gervasii et Prothasii aedificavit, una cum terris, domibus, aedificiis, mancipiis, vineis, silvis, pratis, aquis aquarumque^b decursibus, farinariis, peculiis, pecuniis, mobilibus et immobilibus, vel reliquis quibuscumque beneficiis, (quae) ad ipsa casa Dei per sua strumenta tradidit et delegavit, seu quod nostris et futuris temporibus ad eundem locum traditum fuerit, et hoc [quod] ad presens ibidem recto^c ordine videtur esse possessum vel dominatum, ita et inantea, inspecta ipsa epistola donationis, per hoc preceptum, plenius in Dei nomine confirmatum^d, monasteriolum superius nominatum cum omni integritate ad ipsa predicta casa sanctae Mariae et sancti Gervasii et Prothasii martyris nostris et^e futuris temporibus iure firmissimo^f proficiat in augmentum.

Et ut haec praeceptio firmiter habeatur et in omnibus conservetur, manus nostrae subscriptionibus eam subter decrevimus roborare.

Childebertus rex Francorum subscripsit.

Adogrimus iussus obtulit^g, scripsit^h et subscripsit.

Datum dies octo, quod facit mensis Iunius. Anno XV. regni nostri. Opatinacoⁱⁱ. In Christi nomine feliciter. Amen.

CHLOTHACHARIUS I.

9.

20 *Chlothacharius I. rex monasterium Reomaense, sicut antea a patre suo Chlodoveo⁵³⁹ in emunitatem receptum erat, ita et ipse una cum Sylvestro abbate in suam successorumque suorum emunitatem et defensionem recipit et ab omnibus requisitionibus publicis liberat, simulque sumptus necessarios ad victum monachorum, ad vestimenta et calceamenta eorum, ex camera regia praestitutum sese promittit.* Febr. 22.

25 1. Autogr. (?) in camera computorum Divionens. — 2. Chartular. Reomaense. Ediderunt 1) ex autogr. ut asserit Perardus, Recueil, Instrum. p. 3; — Bouquet IV, p. 616, n. 3; — Bréguigay p. 44, n. 21; — Pardessus I, p. 161, n. 136. — 2) ex chartular. Reomaensi: Roverius p. 71, ad a. 537; — Le Coigne I, p. 591; — Gallia Christ. IV, Instr. col. 127, n. 2. — De Foy ad a. 516; Bréguigay ad a. 516. Diploma spurium censent Henschen et Papenbrochius, Acta SS. April. Tom. II, p. 387; Mille I, p. 356. Contra pro auctoritate chartae nostrae pugnavit Bréguigay l. c. et Pardessus, haud recte, cum diplomati Chlodovei spurio inlatur supra n. 1.

35 Chlotarius rex Francorum, vir illustris. Omnibus episcopis, abbatibus et illustribus viris, magnificis ducibus, comitibus, domesticis, vicariis, grafionibus, centenariis, vel omnibus iunioribus nostris, tam praesentibus quam futuris. Si petitionibus sacerdotum, quos profectum ecclesiarum pertinet, auditum mente devota praestamus, retributorem omnium bonorum Iesum Christum ex hoc nos habere confidimus. Igitur notum sit omnibus, quoniam, sicut divinae memoriae genitor noster Chlodoveus monasterium domni patroni nostri Iohannis ex dono ipsius sub sua emunitate recepit, tenuit et honoravit, suisque posteris regibus per praeceptum haereditarium reliquit, ita et nos venerabilem Silvestrum, abbatem ipsius loci et domni Iohannis, nostri generis peculiaris patroni et oratoris, discipulum ac 40 successorem, sub nostra nostrorumque regum successorum emunitate et defensione recipimus et revocamus, decernentes ut semper sub nobis et regibus nostris successoribus tam abbas quam monachi, quamque omnes qui pro ipsa casa Dei aut ipso abbate spectare videntur seu in reliquum esse debent, semper maneant et abbatem ex suis constituent, 45 nullasque requisitiones nec nos nec publici iudices ab ipso loco vel a dominis eiusdem

a) in ipsam e. b) aquarum vel e. c) recti e. d) confirmamus e. e) ut e. f) firmissimum e. g) obtulit e.

ii) sive Caplinaco; cfr. diploma antecedens.

monasterii requiramus. Sumptus vero, quos genitor noster monachis ad vestiendum, calciandum et victum praeiuit, similiter et hos nostrique reges successores ex nostra camera vel fiscalibus redditibus abbati Sylvestro eiusque monachis et successoribus liberaliter conferamus, ut pro nobis nostroque progenitore et regno Dominum iugiter exorent.

Signum incliti regis Chlotarii.

Ego Atalus obtuli et subscripsi.

Datum sub die VIII. Kalendas Martii^a. Anno V.¹² regni nostri. Actum Suessionis civitatis. In Domini nomine. Feliciter.

10.

a. a. 560. *Chlothacharius I. rex basilicae S. Mariae prope Pictavos, quam post mortem filii sui rebellis Chramni ad preces uxoris suae Radegundis construxerat, villam Villiacum et arcem de Bertegonto cum oppido de Muris, cum omni iurisdictione omnibusque pertinentiis tradit.*

E diderunt ex cod. voleri J. Filieau, de l'Université etc. de Poitiers, p. 27; — Brequigny p. 85, n. 29; — Pardessus I, p. 118, n. 164.

Diploma spurium esse primus exposuit Ls. Coine II, p. 325, cum quo consentiant Brequigny et Pardessus locis laudatis.

Clotarius, filius Clodovei, nuper rex Suessionum, modo monarcha Franciae. Cum iam diu inter charissimum fratrem nostrum Childebertum, tunc temporis regem Parisiensem, et nos aemulorum perfidia verteretur controversia, et congregantes aciem grandem; quod videns excelsa et charissima domina Clotildis, genitrix nostra, accessit Turonis ad ecclesiam et fudit preces pro nostrorum concordia, et in signum exauditionis auditum est tonitruum coelo sereno. Dum autem retrocessissem, non potens aliis resistere, et stare cum paucis, aliis in multitudine prope existentibus, tanta tempestas tonitru, pluviae et grandinis cecidit super gentes exercitus Childeberti, quod ipsi ad Deum recurrentes miserunt ad me, super cuius acie erat magna serenitas, pro pace, quam libenter concessi; et rediit quilibet ad propria. Tunc verificatum est miraculum, et ob hoc monitu Remigii nisi Romam apud sanctum Petrum coronam auream pretiosam in signum humilitatis et recognitionis beneficiorum Dei. Insuper quia apparuit mihi stella ita rigido cursu delata per firmamentum, quod visa est intrare orbem lunae, eapropter de consilio Mauri dedicari feci coenobium sancti Vincentii per Germanum episcopum, quod et dotavi abunde. Volui tunc temporis habere tertiam partem proventuum ecclesiae, sed mihi obstiterunt episcopi; quapropter a me combusta est ecclesia beati Martini Turonensis¹²; sed postea ad preces dicti Germani refici feci pulchriorem, quam antea. Praeterea quia insurrexi contra filium meum Cramirem¹⁴, qui aciem congregavit et Britones habuit in auxilium, et cum non posset sedari animus meus, fuit indictum bellum; et cum preces fudissem ad Dominum, ut contereretur filius meus, sicut contritus fuit Absalom, devictus est filius, et ipse cum uxore et filiis in parva domo ligatus, in eadem combustus est¹⁵. Quamobrem ad preces charissimae Radegundis, sponsae et consortis nostrae, basilicam beatae Mariae prope Pictavis construi feci miro aedificio, quam a fundamentis extruxi et ibi priorem cum clericis posui ad divinum servitium assidue celebrandum. Pro dote vero et fundatione servitii villam nostram Villiaci largitus sum cum terris, praediis et possessionibus adjacentibus, quas puro dono eis contulimus cum omni iurisdictione, auctoritate et praesentia digniori qua possumus, demptis et reservatis tantum nobis et successoribus nostris superioritate et ressorto. Volumusque insuper ex singulari privilegio et ad creberrimas preces dictae nostrae consortis auctoritate regia districte praecipiendo omnibus iudicibus,

a) Mail Aoterius.

12) Annos Chlotharii numerandos inde a divisione Burgundiae inter Childebertum et Chlotharium a. 534. 14) I. e. Chramnum; cfr. Gregor. Turon. monet Brequigny. Quare annus Chlotharii quintus incidit in a. p. Chr. 539. 13) Cfr. Gregor. Turon.

quacumque autoritate utantur, ne in dictorum prioris et clericorum eorumque subditorum
 cognitionem, causam, iurisdictionem capiant, immo quantocius et omni excusatione ces-
 sante totum remittant ad eorum iudicem; praedictam basilicam beatae Mariae ad instar
 praedictae ecclesiae Turonensis fundando ac sancti Marci Suessionis. Rursus elapso
 5 modico tempore, et ad sinceram et creberrimam supplicationem iam dictae nostrae con-
 sortis Radegundis, et ut praedicti prior et clerici ferventius valeant vacare servitio Dei
 saltem in praecipuis et magnis festis, legavimus et donavimus arcem nostram de Bertegonio
 cum oppido de Muris, cum omni iurisdictione, et ad instar praedictae villae nostrae de
 10 Villiaco, expresse ordinando et districte praeciando, ne fructus dictorum locorum, pro-
 ventus et redditus in alios usus convertantur et applicentur, quam ad nutrimentum et educa-
 tionem praedictorum clericorum: ita quod dictus prior non sit nisi solum administrator et
 commendatarius. Quin ipsi eorumque procuratores, qui pro tempore erunt in praedicta
 basilica, omni excusatione cessante, prandia et comestiones dictis festis bene et decenter
 15 dictis clericis teneantur ministrare; et in verbo regio districte praeciando, ne in priorem
 seu clericos aliquatenus via facti procedatur, seu in eorum subditos, quin damnificantes
 et eos opprimentes velut praedatores acriter puniantur. O Clotari, miserabilium infimus,
 iam decrepitu et morti propinquior, et quasi ad mortis ianuas! O peccator, compos
 mentis, gravi tamen morbo animae detentus! Quid ultra proferam? Stupefactus nunc eru-
 besco. O prior mi carissime, in te confidit anima mea! O inclita et amabilis congregatio
 20 clericorum, in te consolor! Posco vos ex parte Altissimi et sub redemptione animae meae,
 quatenus dignemini votum meum consummare et perficere seu ad plenum effectum ducere,
 ut mensam non superfluum et luxuriosam perpetuo communem habeatis, non comati cae-
 sariae vitam clericorum utique teneatis, et in illa omnino perseverantes, divertere, deviare
 seu in aliam quovis modo transferri caveatis, qualicumque autoritate, apostolica, Imperiali
 25 vel regali, prorsus inhibentes. Horas diurnas et nocturnas cum dulci harmonia, et aliud
 divinum servitium diluculo omni feria cantet, et devote omni tempore celebret vestra
 devota caterva ad decus et laudem Dei, Officio matutinali peracto, loca sancta et religiosa
 visitet et assidue claustra ambiat et cum vigiliis et orationibus circumdet; in cubili vel
 stratu pernoctet, fabularia verba evitet, rixas fugiat, orationi et contemplationi frequenter
 30 incumbat. Viri arrogantes, invidi, accari, gulosi, divinatores, astuti, avari, calumniatores,
 malae famae et conversationis et penitus vitae iniquae animadvertat ipse prior, ne in huius-
 modi congregatione et adunatione admittantur, et deficientes seu delinquentes clericos ab
 officio suspendat. Et haec omnia vobis relinquo adimplenda sub damnatione animae meae
 in die iudicii, de illa responsuri, alias gravi contumacia et iniuria repugnaturi; diversisque
 35 contumeliis vos afficiam, increpabo et maledicam. O generosa et clara concordia cleri-
 corum! Haec est nostra vera, indubitata et ultima voluntas, quam teneri in praesenti coe-
 nobio per nos noviter a fundamentis instructo volumus Altissimo, et volumus et expresse
 praecipimus de verbo ad verbum, per vos et successores vestros pro salute animae nostrae
 inviolabiliter et perpetuo observari, per istam chartam vobis priori per vos relinquendam
 40 et observandam; districte praeciando vobis et cuilibet vestrum et successoribus vestris
 in futurum in verbo regio et sub anathema et clade, et in quantum nos et potentiam
 nostram et successorum nostrorum formidatis violare et infringere, (nec) in toto seu in parte
 seu in aliqua eius clausula vel particula istam nostram suprascriptam voluntatem clam,
 latenter vel occulte, potestate quacumque, apostolica, Imperiali sive regia, recusare,
 45 negligere et contemnere, seu irritare et infringere quovis modo. Alias scitote maiestatem
 nostram, et ut verius dicam, Dei omnipotentis graviter incursum; et si aliter feceritis,
 quod absit, nos ex nunc prout ex tunc expresse ipsam iurisdictionem, quam ex speciali
 privilegio et ex abundantia liberalitatis tam libenter et sincero corde et dictae nostrae con-
 sortis Radegundis consilio sub dictis conditionibus adimplendis et observandis, et non
 50 alias, vobis et successoribus vestris cum magnis privilegiis nuper contulimus et donavimus,
 confestim et illico irritam et penitus revocatam esse noveritis, et quam tenore huius com-
 pendii in illum eventum irritamus, districte praeciando omnibus iudicibus nostris et suc-
 cessorum nostrorum, ne in casu supradicto dictis nostris privilegiis et iurisdictionibus
 pareant et obediant quoquo modo. Dictis tamen possessionibus, terris et dominiis, desupra
 55 declaratis et donatis, pro arida terra gaudeant ipsi prior et clerici, demptis praedictis iurisa-
 dictione et privilegiis, apud nos et in manibus successorum illo tunc remanentibus.

FILII CHLOTHACHARII I.

II.

[c. a. 562.]

Childebertus, Guntramnus, Sigibertus, Chilpericus reges, Chlothacharii I. filii, fundationem ecclesiae beatae Mariae Pictaviensis, a patre institutam, approbant et confirmant.

Ediderunt ex cod. vetori: J. Filleau, de l'Université etc. de Poitiers p. 32; — Brequigny p. 60, n. 33, 5 ad a. 562; — Pardessus I, p. 124, n. 169.

Diploma ab eodem falsario confectum videtur, qui Chlothacharii I. chartam pro eadem ecclesia composuit, supra n. 10. Indicia falsitatis vide apud V. C. de Brequigny in annotatione editionis.

Cum praexcellentissimus dominus Clotarius, genitor noster, considerans ut dicebat et revolvens breves dies hominis et numerum mensium eius apud Altissimum, qui sibi 10 quos praeterire non poterit terminos constituit, Deum, qui suo proprio filio non pepercit, hominem statuisse mori, a morte omnia mordenti exceptiones non recipi nec ulla dilationes admitti, immo viros strenuissimos, principes potestate terribiles, assidue mori et eos omnes fore morti tributarios: profecto igitur praefatus illustrissimus princeps, in sua mente gerens, quanta summus largitor Dominus dominantium, per quem reges regnant, 15 sibi fecerit, qui ipsum sua ineffabili gratia ad honoris regalis culmen erigendo et a laboribus plurimis mortisque periculis frequentius liberando, multos et maximos cum eorum provincialis suae ditioni subiugavit, et eum honoribus et bonis mundanis extulit; et quia mirabilia sunt opera Domini et ipsius miserationes super omnia opera eius, ne beneficiorum quae sibi fecit videretur immemor, et de bonis a quo bona cuncta procedunt eidem collatis 20 ordinare et disponere desideraret, mente et intellectu sanus, aeger tamen corpore, animam suam, cum ab eo separaretur, summo creatori flexis genibus devotissime commendavit et gloriosissimae ac beatae virgini Mariae, matri suae, in cuius honore inter caetera ad preces excelsae et charissimae Radegundis, eius sponsae, ecclesiam miro aedificio prope Pictavis construi fecit et aedificari pro salute animae suae, et ibi priorem cum clericis 25 posuit ad divinum servitium celebrandum, et pro dote et fundatione dictae ecclesiae dicto priori et clericis villam de Volliaco largitus est, et arcem de Bretegonio cum oppido de Muris etiam donavit, cum certis possessionibus illis adiacentibus, quas puro dono illis contulit cum omni iurisdictione et omni iure castellaniae, cum autoritate et praeceminentia digniori qua potuit, dempta illi solum et suis successoribus superioritate et ressorto, et 30 ad sinceram supplicationem dictae dominae Radegundis ex speciali privilegio et in perpetuum districte praecipiendo omnibus iudicibus, quacumque autoritate utantur, ne in subditos de Volleio, Bretegonio et de Muris cum suis praediis adiacentibus se intromittant quovis modo, seu causam et cognitionem capiant; immo quantocius, omni excusatione cessante, illico totum remittant apud iudicem ordinarium. Quam fundationem, dotationem, 35 privilegium pariter et etiam extremam voluntatem, dicti serenissimi principis nos Childebertus¹⁶ rex Parisiensis, Guntramnus¹⁷ rex Aurelianensis, Sigibertus rex Metensis, Chilpericus rex Suessionensis, eius haeredes et successores, in quantum paterna voluntate et materna supplicatione, laudamus, approbamus et in quantum possumus ratificamus, praesentibus Gregorio Turonensi archipraesule et Marovaeo Pictaviensis civitatis pontifice, per quos 40 iussimus subscribi chartam sigillorumque nostrorum appensione muniri.

Sic signatum: Gregorius, Turonicae sedis archipraesul, et Marovaeus Pictavorum episcopus.

Cum quatuor sigillis cerae albae sigillatum.

561-593.

GUNTRAMNUS I.

45

12.

c. a. 564.

Guntramnus rex basilicam sancti Marcelli Cabillonensis praediis dicit, et ut ab incolis diversorum in circuitu locorum hospitale, solarium, lobia, secretarium, thesaurarium, porticus, refectorium ceteraque necessaria construantur, disponit.

¹⁶ Guntramnus edil.

¹⁷ Childebertus rex non filius, sed frater Chlotharii fuit, 50

* Copia chartularii S. Marcelli Cabilonensis in Collect. Douhier. in Bibl. Paris. n. 37, fol. 6*.

Ediderunt ex chartulario S. Marcelli: Perry Probat. p. 22, a. n. 584; — Bouquet IV, p. 625, n. 14; — Bertrand II, probat. p. 69 ad a. 577; — Labbe, Meel. cur. II, 402; — Gallia Christ. IV, instr. col. 322, n. 2 a. n. 577; — Brequigny p. 79 n. 46; — Pardessus I, p. 150, n. 191 a. n. 584. — Fragmentum ed. Le Coinc II, p. 268 (ex Labbeo) a. n. 584. — Brequigny ad a. 584.

Divina disponente gratia servus servorum Domini, Gontramnus^a rex, regnante Deo^b universis sanctae matris ecclesiae filiis salutem. Quoniam culpis exigentibus tum ob immoderatam principum ingluviem, tum etiam^c ob negligentiam praelatorum et incuriam, caelestibus fundatis obsequiis ecclesias heu pessundari^d dolens video vidensque^e doleo, nec me cunctis pro velle^f subvenire^g efficacem sentio: unam saltem — ne ad dominicam arcam manu vacua redeam — pretiosissimi videlicet martyris Marcelli Cabilonensis, quam ei Deo^h donante construximusⁱ, basilicam, et solidioribus ditare^j praediis et ordinationibus munire et^k officii disponimus. Censemus ergo^l regalique auctoritate roboramus, ut^m ibi manentes servi hospitales construant; solarium vero cum caminata illi de Gergiacoⁿ et de Alciaco^o faciant, illi autem de Mercureis et de Canobiis^p lobiam aedificent^q; de Floriaco quoque introitus ecclesiae et secretarii atque thesauri monachi ibidem demorantes operatores mittant. Illi de Vermiaci^r ad claustrum introitum praeparandum dirigantur, porticum sancti Petri^s illi de Rosiaco dimidiam partem^t, illi de Berincis^u et de Tapariaco^v et de Blairo^w dimidiam^x. Cellarium^y illi de Arco^z et de Ogniaco et de Liliaco construant; qui vero Frenis^{aa} et Lingis habitant, refectorium faciant, de Litua^{ab} et de Scociolis et^{ac} de Oriengis^{ad} et de Aquis caetera peragant necessaria. Haec autem sic disponimus, ut quicumque ea turbaverint, de vitae libro^{ae} deleantur. Amen.

SIGIBERTUS I.

13.

23 Sigibertus I. rex capellam S. Petri ad oppidum Nanthonis in pago Vastinensi, a duobus 345. monachis coenobii Bethlemitici constructam, sibi ab abbate eiusdem ecclesiae traditam esse testatur.

Ediderunt Morin. Naissance miraculeuse de la Chapelle de Bethlem p. 137; — Brequigny p. 50, n. 25; — Pardessus I, p. 108, n. 143. — De Foy ad a. 545; Brequigny ad a. 545.

30 Diploma spurium esse ostendit Brequigny l. c.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Sigibertus, gratia Dei rex. Notum fieri volumus universis tam futuris per regnum nostrum constitutis, quatenus duce Spiritu sancto eiusdemque virtutis auxilio venientes in pago Vastinensi ad oppidum, quod Nanthonis dicitur, quo capellam in honore principis apostolorum ex lignis constructam a duobus 35 fratribus, qui licentia sui pastoris a Bethlemitico coenobio quo degebant egressi, sub regula Deo famulantes invenimus; quam ingressi, corpus beati patris Severini, Aganensis quondam abbatis, sepultum invenimus. Igitur animus noster prospectu vigili pietate deductus, in tantum quod . . . pro temporalibus et transitoriis aeternam retributionem, volentes quaedam ibi maiora addere constructis pro dilectione Dei et amore dilecti patris 40 Clovis¹⁷ et sancto confessori de nostris largiri, mox cuius iuris et rectitudinis locus ille existeret interrogamus; quod nobis a circumstantibus respondetur, Bethlemitici iuris

a) Gontramus 2. b) Domino 2. c) etiam om. 1. d) pessundari 2. e) indeque 1. f) subvenire om. 1. g) Domino 2. h) ditare om. 2. i) et om. 2. j) Igitur 2. k) quatenus ibi manentes 2. l) Gergiaco 1. m) Alciaco 1. n) Canobis 1. o) aedificent 2. p) Niviniaco 2. q) Petri om. 2. r) partem om. 1. s) Berincis 1. t) Tapariaco 2. u) Blairo 1. v) dimidiam partem 1. w) Cellarium 2. x) Arco 1. y) Travis 2. z) de Litua om. 1. aa) atque 2. ab) Oriengis 1. ad) de libro vitae 2. ae) lacunam editi.

17) Cf. Fredegarii Chronic. cap. 11 a. 24. regni sui (Guntchramnus rex) sine amore ecclesiam beati Marcelli, ubi ipse pretiosus regulegit in corpore, suburbano Cabilonensi, . . . mirifice et solerter aedificari iussit, ibique monachis congregatis monasterium condidit, ipsamque ecclesiam rebus plurimis ditavit. Synodum 40 episcoporum fieri praecipit, et . . . huius synodi conjunctione monasterii s. Marcelli Guntchramnus institutionem Armandam curavit. De hac synodo cf. annotata ad Fredegarium ed. Bouquet II, p. 417, not. d. 18) Sigibertus rex non Chlodovel, sed Chlothacharii filius erat.

existere, et in fundo terrae illius a primordio capellam fundatam fuisse. Hoc cum audivimus, multorum usi consilio, ut nobis suggeritur¹⁹, Bethlemiticensis ecclesiae abbatem precibus palatio accersimus, et locum praedictum ab eodem et eiusdem conventu humiliter postulamus. Qui etiam nostris, sicut erat pius, piis obtemperans affectibus, locum saepe dictum nobis concessit, et capellam ad componendam in eandem clericorum catervam, salvo iure memoratae ecclesiae, cum commisso sibi grege alacriter condonavit: tali namque conditione, ut in statu suo augmentum haberet, ad nullam ecclesiarum transcenderet, nec illi, nisi per licentiam iam dictae ecclesiae, aliam quis religionem imponeret, sed mox cum ad hoc perveniret, Bethlemiticensis ecclesiae, de qua principium habuit, retro concessimus provenire. Nos ergo per omnia regiae sequentes dignitatem et circa regios actus 10 nostrum declarantes affectum, praecipue divinae retributionis intuitu, praefato abbati et eius successoribus promisimus reddere²⁰. Ut autem haec per omnia Christo auctore firma et stabilia permanerent, praeceptum de his fieri et subscribi praecepimus, et anuli nostri impressione iussimus roborari.

Actum est Parisiis, publico. Anno Verbi incarnati quingentesimo quadragésimo quinto, 15 regnantem nostri septimo, adstantibus in palatio nostro quorum nomina praetitulata sunt et signa.

Signum Praestati Rothomagensis archiepiscopi.

Signum Gregorii Turonensis archiepiscopi¹⁹.

Signum Agricii Senonensis archiepiscopi²⁰.

Signum Germani Parisiensis episcopi.

Signum Clotarii, fratris nostri²¹.

Signum Childerici.

Signum Gogonis, dapifer nostri.

Signum Guitharli, praepositi nostri.

Datum per manum Cancellarii, archidiaconi Parisiensis.

561 - 564.

CHILPERICHUS I.

14.

562.
Mat. 1.

Chilperichus I. rex Chrasmaro, episcopo Tornacensi, theloneum de navibus super fluvium Scalt, qui pertinet ad fiscum Tornacensem, de quolibet commercio, carrigio, de saginis, 30 de ponte super fluvium praedictum et de omnibus vectigalibus infra muros civitatis sive in appendiciis murorum, sicut fiscus regius illum exigere poterat, una cum iudicio de eodem theloneo concedit.

1. Autogr. sigillatum in tabular. eccles. Tornacensis, anno 1567, ab Iconoclastis igne deletum. — 2. Transumptum anni 1290, in diplomate Philippi IV, regis Franciae, d. d. menses Februario, ibidem. — 3. * Chartular. capituli cathedralis Tornacensis saec. XIII. loc. accuratissime conscriptum, ibidem. — 4. * Chartular. alterum eiusdem ecclesiae saec. XIII. loc. fragmentum tantum exhibens, ibidem.

Et videntur 1) ex transumpto a. 1290: Miraeus, Cod. Donati. par. p. 15, cap. 2, ad s. 575; — Idem, Notit. eccles. Belgii, p. 5, n. 3, ad s. 575; — Chifflet, Anastasis Childerici regis p. 306 ex. ad s. 580; — Le Coite II, p. 156, cap. 3, ad s. 575; — Miraeus, Opera diplom. I, p. 6, cap. 2, ad s. 575; — Brequigny p. 58, n. 31, 40 ad s. 562; — Pardessus I, p. 122, n. 167, ad s. 562. — 2) ex chartul. saec. XIII: Cousin I, p. 322; — Catulle p. 196; — Poutrain Preuves p. 2; — Miraeus, Opera dipl. II, p. 1310, cap. 170, ad s. 569 vel 575. — De Foy ad s. 575; Brequigny ad s. 575; Wauters ad s. 562.

In²² nomine omnipotentis Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hilpericus, divina praeveniente clementia rex Francorum.

Quanto alios regia celsitudine praecellimus, tanto Christum honorare et eius aecclesiam impensius volumus, et in Christi repetitionibus sacerdotum et pontificum vel servorum

a) locum editi. b) redire editi.

19) Gregorius eps. annis 573-594, ecclesiae Turonensi praefuit. 20) Agricius eps. iam a 485. Pardessus spurium esse postea concedit. Cfr. Prologomena p. 30 a. fin. Eum post Philippum regem e vivis excesserat; cfr. Galliam Christ. XII, p. 151. 21) Chlothacharius pater Sigiberti erat, non frater. Iterum confirmaverunt Karolus IV. rex a. 1325, et 22) Diplomata spurium esse primus vidit Le Coite Karolus VI. a. 1362.

Dei, quod^a pro eorum utilitatibus pertinet, libenter praestamus vel concedimus, et hoc nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Idcirco cognoscat omnium fidelium sanctae Dei aeccliesiae nostrorumque praesentium scilicet et futurorum humilitas seu magnitudo, quod nos apostolico viro domno Chrasmaro, Noviomagensis vel Tornacensis urbis episcopo, teloneum de navibus super fluvio Scalt, qui pertinet ad fiscum Tornacum, tam ultra quam et citra decursum, de quolibet commertio seu et de carrigio vel de saginis, necnon de ponte super flumine Scalt, vel de omnibus venalibus ubicumque vendantur, seu infra muros seu in appendiciis murorum praedictae civitatis, undecumque teloneus exigitur, sicut fiscus noster et regia potestas evindicare^b potest; nec non et iustitiam de eodem teloneo, sicut eam libere possidemus, ad aeccliesiam ipsius pontificis domni Chrasmari, quae est in honore sanctae Mariae in ipso Tornaco constructa, in stipendiis canonicorum eiusdem aeccliesiae promerendis [et] nostrum^c augmentum plene et integre nostra gratia visi fuimus concessisse. Quapropter per hoc praeeptum specialius decernimus^d ordinandum^e, quod perpetualiter circa ipsum domnum Chrasmarum pontificem vel ipsius sanctae aeccliesiae Tornacensis et successoribus suis pro tempore volumus esse concessum, ut neque nos neque iuniores nostri vel successores nostri, nec quaelibet iudiciaria potestas, teloneum de quolibet commertio, tam navigio quam et de carrigio, aut de saginis, vel de ponte, tam ultra quam et citra ipso fluvio Scalt, nec non de omnibus venalibus ubicumque apud Tornacum vendantur, undecumque teloneus exigitur et fiscus noster evindicare potest, ab ipso domno Chrasmaro vel iunioribus aut successoribus suis nec de eorum potestate contradicere vel auferre praesumat; sed ipse teloneus et iusticia de teloneo, iuxta quod supra per singula continetur, ipsi domno Chrasmaro pontifici vel successoribus suis ad partem ipsius sanctae aeccliesiae beatae virginis Mariae, quae est in ipso fisco constructa, omni tempore nostris et futuris temporibus ad mensam canonicorum eiusdem aeccliesiae perpetuo proficiet.

Et ut haec auctoritas firmior habeatur, manus nostrae subscriptione firmavimus et anuli nostri impressione consignare atque corroborare praeeptimus.

Signum Hilperici gloriosi regis.

Halconinus^f notarius recognovi et signavi.

Data^g Kalendis Maii. Anno primo regni Hilperici^h gloriosiⁱ regis. Indictione XIII.

Actum apud Bibrax. In Dei nomine feliciter^k. Amen.

15.

Chilperichus I. rex chartam precariam, quam Domnolus episcopus Gallo, abbati 566. monasterii Anisolensis, de subiectione eiusdem ecclesiae fecerat, auctoritate sua confirmat.

³⁵ *Cod. Bibl. Cenomannensis n. 224, saec. XIII, fol. 33.

Ediderunt ex hoc cod. Mabillon, *Vel. Anal.* III, 106 = Edit. II, p. 253; = Labbe, *Meslang. cur.* II, 411; = Le Coiteur I, p. 298; = Bouquet IV, p. 624, n. 12; = Brequigny p. 64, n. 26; = Pardessus I, p. 129, n. 173. — De Fay ad n. 365; Brequigny ad n. 572.

Chilpericus²³ rex Francorum, vir iuluster. Si iustis petitionibus fidelium nostrorum, in quo nostris auribus fuerunt prolati, perducimus ad effectum, regiam consuetudinem exercemus et nobis ad mercedem vel stabilitatem regni nostri pertinere^l confidimus. Omnibus [igitur] fidelibus sanctae Dei aeccliesiae et nostris, praesentibus scilicet et futuris, notum esse volumus, quia pater [noster] vir venerabilis Cenomannensis urbis episcopus, Domnolus, una cum abbate suo nomine Gallo nostram adiit praesentiam humiliter deprecans, ut ei propter multum amorem et utilitatem ipsius Galli facere iuberemus^m praeeptum super chartam precariae, quam ipse episcopus iam dictus domnus Domnolus praedicto domno Gallo abbate de monasterio, qui vocatur Anisola, ubiⁿ domnus Carelephus requiescit in corpore, quod antecessori suo domno Innocenti^o nonnullis iam transactis annis^p ipse domnus Carelephus

a) q̄ = quae 3. b) vindicare 4. c) nostri 3. 4. d) decernimus 4. e) proponendo 3. 4. f) Halconinus edit. g) Data 50 — Indict. XIII. manu saec. XV. in margine suppleta sunt in 3. h) Hilperici 3. i) gloriosissimi 3. k) feliciter om. 3. l) pertinentis 3. m) ei iuberemus 3. n) ibi 3. o) Innocenti 3. p) nonnullis iam transactos annos 3.

23) Haec charta iam n. 363. in iudicio publico coram Carolo Calvo rege apud Vermeriam habito spuria iudicata est. Cfr. iudicium illud apud Bouquet VII, p. 297 sq.

per consensum Childeberti regis per strumenta cartarum una secum et cum suis monachulis publice tradidit, sicut in suis cartis, quas matri et civitatis Cenomannicae ecclesiae sanctae Dei genitricis Mariae et sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii legitime fecit, et iam dicto domno Innocenti⁶ per scripturam tradidit, et postea per precariam iure beneficiario ab eo percepit; sicut in ipsis cartis et precariis continetur⁷ insertum. Quas nobis ostendentes, et suas precarias, quas dominus Domnolus memorato Gallo abbati⁸ fecit, et censum sibi et suis successoribus, sicut in eis continetur scriptum, solvere censuit; ipsas⁹ enim ante nos relegentes, petierunt celsitudini nostrae, ut super eorum precarias nostrum praecceptum facere iuberemus, ut eorum praecariae firmiores futura temporibus fierent. Quod et nos gratulanti animo pro eorum amore et domini nostri Iesu Christi reverentia fieri iussimus, et censum quod in eorum precarias invenimus, eisdem precantibus hic inserere rogavimus: id est, ut memoratus Gallus de iam dicto monasteriolo per singulos annos in luminaribus praedictae matris ecclesiae sanctae Mariae et sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, quamdiu advixerit, de cera libras 4, et fratribus canonicis Domino in praedicta aeclesia deservientibus, solvat in caena Domini plenum modium de ovis, et plenos fiascones paratos de vino optimo; et ad opus episcopi unam cambullam bene paratam, et duas subalares ad missam cantandam optimos; et insuper debitam subiectionem ei semper faciat et fidelis in omnibus existat. Haec quoque omnia recitantes et cum nostris fidelibus considerantes, hanc praecceptionem¹⁰ eis, sicut petierunt, pro firmitatis studio facere iussimus, per quam praecipientes iubemus, ut sicut ipsi petunt et eorum scriptum demonstrat¹¹, ratum permaneat¹², et eorum praecariae firmatae futuris temporibus persistent, et nullus eas violare praesumat. Et post discessum praedicti Galli abbatis praedictum monasteriolum ad memoratam matrem aeclesiam absque ullius consignatione aut contradictione redeat, et quicquid deinceps episcopi et rectores praedictae civitatis iure aeclesiastico facere elegerint, firman¹³ in omnibus habeant potestatem faciendi. Hoc vero praecceptum, ut meliorem obtineat firmitatem, manus nostrae subscriptionibus roborare iussimus.

THEUDECHILDIS.

16.

569.
Sept.

Theudechildis, filia Chlodovei quondam regis, dona plurima de iure suo in ius et dominationem monasterii S. Petri Vivi Senonensis transfundit. 30

1. Vidimus ann. 1221, iam deperditum. — 2. Chronicon S. Petri Vivi MS. auctore Dno Cottoron, in Bibl. Antislodorensl, cod. n. 157, p. 171, ex transumpto laudato ann. 1221. — 3. Copia velus in tabular. S. Petri Vivi Senonensis, quatuor paginis eodscripta, membranace, valde depravata, iam deperdita.

Ediderunt ex Chronico Cottoronii MS. Quantin, Carul. de Yvonne 1, p. 2, n. 1. — et copia veteri: Brequigny p. 65, n. 27; — Pardessus 1, p. 131, n. 177.

Diploma spurium esse ostendunt Brequigny et Pardessus in notis suis; cfr. etiam Prolegomena p. 39.

Domino sancto sacro monasterio, in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli sub oppidum civitatis Senonum¹ nostro opere a fundamentis² constructo, ego³ in Dei nomine Theodechildis, filia Chlodovei quondam⁴ regis⁵. Illud unusquisque⁶ ad mercedis⁷ augmentum sibi Domino retribuente confidat pertinere, si aliquid de rebus propriis erga loca sanctorum plena animi devotione cum inspiratione divina perennis⁸ et futuris temporibus⁹ in alimonis servorum Dei vel pauperum voluerit¹⁰ delegare. Igitur ego pertractans casum¹¹ humanae fragilitatis, pro amore domini nostri Iesu Christi, et meorum facinorum parentumque meorum abluenda discrimina, per hanc epistolam cessionis cedo ad¹² ipso loco sancto cessumque in perpetuo esse volo, et de iure meo in iure et dominatione ipsius¹³

a) Innocente e. b) consilios e. c) abbate e. d) ipse e. e) sic ead. manus ex precationem superscribendo corr. cod. h) demonstrat e. i) permanentes e. h) firma e. i) Senonensis S. h) fundamentaliter S. l) enim h. i. addit S. m) eandem S. n) regis illustrissimo, quisquam S. o) mercedis i. S. p) pro bonis (sic) S. q) proprietibus (sic) S. r) voluit i. s) ad postri (sic) S. t) ab i. S.

24) Theodechildis non Chlodovei, sed Thenderici regis filia, Chlodovei vero neptis fuit; eundem errorem quod supra impressimus; cfr. diplom. n. 9. Idem falsarius in diplomate Chlodovei pro mona-

monasterii transcribo^a atque transfundo: hoc est res proprietates meas, quae^a a progenitoribus nostris in hereditate nobis successerunt^b. Id est Masliaco^c subteriore et Planca, vel quicquid in circuitu ipso vico^d sancti Petri habere et possidere videor, seu in ipso pago tam de^e comparato vel de quolibet adtracto ad nos noscitur^f pervenisse in villas, quarum vocabula sunt: Saliniaco, Sauciacas, Vicinias, Ciennias, Fontanas, Villacato, Curtemauro, Fusciano, Villare, Tresmonte, Paredo, Vogrado, Baione medietatem; in Germiniano ecclesiam in honore sancti Petri, et quicquid ibidem aspicere videtur cum integritate; Baniaco cum integritate, aream quoque piscatoriam in Imgama fluvio subtus pontem, habentem perticas 40 et 6 et dextros duos, quam a genitore meo praefato Chlodoveo pro hoc ipso impetravi. In pago Meglidonense villa quae vocatur villa Vetus Campania, Silviniaco cum integritate, et in pago Alchiodrense locello eognominante Mischiaco. Haec omnia cum mancipiis desuper manentibus, mansis, domibus, aedificiis, curtiferis, vidiis, campis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, totum et ad integrum, rem^g inexactam, cum omni soliditate ad praedictum locum, in honore peculiaris patroni^h nostri Petri apostoli fundato, illis qui ibidem die noctuqueⁱ deinceps Domino^j famulari^k noscuntur, proficiat in augmentis. Illud quoque nobis in praesenti epistola cessionis addere complacuit, ut res quas homo aliquis nomine Bazolus^l pro redemptione vitae suae in Aquitania nobis per suum instrumentum condonavit, in locis quorum nomina subtus tenentur inserta, pleniter ad supradictum locum perpetualiter in Dei nomine proficiant^m in augmentum. Id est in pago Alvernico in vicaria Mauriacenseⁿ inprimis ipso vico^o Mauriacico, in honore sancti Tyrri^p martyris constructo, vel quicquid in ipso vico portio mea esse videtur ad integrum, et casam indominicatam in loco nuncupante Cuciniaco, cum appendiciis suis: id sunt Turpiaco, Cartigias, Montesugo, Albolo, Viriliaco, Carise, Fagido, Faria, Albirolas, Ternesugo, Bolon, Crausino superiore cum integritate, Monte Tredente, Nova Villa, Villa Barbarorum, Carmina, Biavera, Areas, Magniaco, Rigniaco, Surinlaco, Bion, Montetraglum, Mitiaco, Tolinlaco, vel quicquid ad ipsa loca pertinere videtur, tam mansis, domibus, aedificiis, mancipiis, servis et libertis, terras cultas et incultas, silvis, ingrediciis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, totum ad integrum, rem^q inexactam. Etiam et in ipso pago Alvernico villa, quae vocatur Urticido, cum mansis et servis ibidem commanentibus, et vineas indominicatas cum integritate. Similiter quoque in pago Lemovicino Sauriacico villa cum appendiciis et adiacentiis suis. In eadem villa Sauriacico ecclesias quatuor, una in honore sanctae Mariae et sancti Petri et sancti Sulpicii, alia in honore sancti Iohannis baptistae, tertia in honore sancti Iuliani martyris, quarta in honore sancti Martialis; ad quas subiecta sunt loca denominata: Longunzianicas, ubi casa indominicata memorato Bazulo^r fuisse dignoscitur; villa quae vocatur Pungum, super alveum Durnonia, villa Rigato, Clusa, Calma, Vapra villa hibernalis, Monte Majorinas, Casanica, item Monte Cisternas, Unardo, Papulanjas, Pometas, Lovena, Riberia, Ederia, Culippia, Luco, Fauzanicas, Euganicas, Casanicas, Clamisco. Item Montevilla, quae vocatur Latissima, Marinvilla, Ursinnanicas ad illa fagia. Item Iasunias, Marisco, Transmonte, Cabianias, Rensferias, Halmabras, Milla villa vetula; nec non etiam in ipso pago Lemovico Ingrafias, Canteleuse, villas nominativas quarum vocabula sunt: Ricularicas,

a) transcribo 1. 2. a) quis eod. b) successerunt 2. c) Masliaco 2. d) vico 2. e) tandem (sic) 2. f) noscitur 2. g) inexactam 2. h) peculiaris om. 2. i) noctu 2. j) Martialis 2. k) noscuntur 2. l) Bazolus 2. m) proficiant 2. n) Mauriacense 2. o) ipso vico 2. p) Tyrri 2. q) inexactam 2. r) fuisse 2. s) Pungum 2. t) super alveum 2. u) Durnonia 2. v) Rigato 2. w) Clusa 2. x) Calma 2. y) Vapra villa hibernalis 2. z) Monte Majorinas 2. aa) Casanica 2. ab) item Monte Cisternas 2. ac) Unardo 2. ad) Papulanjas 2. ae) Pometas 2. af) Lovena 2. ag) Riberia 2. ah) Ederia 2. ai) Culippia 2. aj) Luco 2. ak) Fauzanicas 2. al) Euganicas 2. am) Casanicas 2. an) Clamisco 2. ao) Item Montevilla 2. ap) quae vocatur Latissima 2. aq) Marinvilla 2. ar) Ursinnanicas 2. as) ad illa fagia 2. at) Item Iasunias 2. au) Marisco 2. av) Transmonte 2. aw) Cabianias 2. ax) Rensferias 2. ay) Halmabras 2. az) Milla villa vetula 2. ba) nec non etiam 2. bb) in ipso pago Lemovico 2. bc) Ingrafias 2. bd) Canteleuse 2. be) villas nominativas 2. bf) quarum vocabula sunt 2. bg) Ricularicas 2.

Clementiaco⁴, Luchono, Brutia, item Brutia, Luco⁵, Wapra⁶, Nubriaco, omnia et ex omnibus, quicquid in praedictis pagis aut territoriis habemus, tam mansis, colonicis⁴, aedificiis, silvis, ingreditis, widis, campis⁴, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, comitibus⁴ et redbibus, ad ipsa loca superius memorata aspicientes, totum et ad integrum, rem inexactam⁴, ad praedictum monasterium sancti Petri omnibus temporibus permanere decernimus in alimonia servorum Dei, qui ibidem per tempora successerint, et assidua pauperum receptione, in elemosina videlicet domini et genitoris nostri Chlodovei et remedium animae meae⁴, ac ad luminaria concinnanda⁴ et sacrificium offerendo⁴, vel pro⁴ ipsa⁴ domo Dei⁴ dirigendo⁴, ipsae⁴ res in futuro permaneant⁴. Si quis vero contra hanc conscriptionem meam, quam ad⁴ memoratum monasterium plena et integra voluntate⁴ describere rogavimus et praesentialiter⁴ tradidimus, ullo⁴ unquam⁴ tempore de hereditibus nostris aut ulla opposita persona aliquid opponere aut⁴ repetere vel contradicere conaverit, inprimis iram Dei omnipotentis⁴ incurrat, et a populo christiano sequestratus et a communione ecclesiastica alienus efficiat, et insuper inferat partibus ipsius monasterii distringente fisco auri libras 15⁴, argenti⁴ pondera⁴ 50, et nihilominus quod repetit⁴ evindicare⁴ non valeat; sed haec cessio voluntatis nostrae auctore Domino perpetuum⁴ hoc teneat firmitatis vigorem cum stipulatione subnexa.

Actum Senones, in mense Septembrio. Anno⁴ nono regnante Chlothario rege, germano meo. Indictione secunda. In Dei nomine feliciter. Amen.

† Ego in Dei nomine Theodechildis, Deo devota, manu propria firmavi. 20

In Dei nomine Heraclius⁴ Senonensis⁴ archiepiscopus.

In Dei nomine Geritus⁴ episcopus rogatus.

In Christi⁴ nomine Hebatius abbas.

In Dei nomine Moschardinus⁴ archidiaconus.

In Dei nomine Gualdebertus abbas. 25

In Dei nomine Tudebertus⁴ diaconus.

Signum Gualnemarus⁴. Signum⁴ Waldebertus.

In Christi nomine Germanus Parisiorum⁴ episcopus.

In Dei nomine Medardus episcopus Noviomensis⁴.

[Signum] Agedulphus⁴. Signum Drannus⁴. Signum Ragnardo⁴. Signum Elario⁴. 30
Signum Adrebertus⁴. Signum Ecreberti⁴. Signum Eberico⁴. Signum Airulfo comiti⁴.
Signum Boniverto⁴ defensoris⁴.

Ego in Dei nomine Amalbertus peccator⁴ abba hoc⁴ testamentum rogante⁴ domina mea Theodechilde⁴ scripsi.

CHLOTHACHARIUS II.

17.

627.
lan. 8.

Chlothacharius II. rex monasterium S. Petri in terra Cenomannica, quod Longisilus sacerdos cum consensu Haduindi episcopi construxerat et cum omni proprietate eius ecclesiae Cenomannicae tradiderat, eidem ecclesiae confirmat.

* Cod. Bibl. Cenomannensis n. 224, saec. XIII, fol. 48.

Ediderunt ex hoc Cod. Mabillon, Vet. Anal. III, p. 156 — Edit. II, p. 266; — Bouquet IV, p. 626, n. 15; — Broquigny p. 125, n. 63; — Pardessus I, p. 226, n. 240. — Broquigny ad n. 627.

Diploma spurium esse primum intellexit V. C. de Broquigny.

Chlotharius rex Francorum, vir illuster. Si petitionibus servorum Dei vel bonorum hominum, quae nostris auribus fuerunt relatae⁴, augmentum⁴ praestamus⁴ et eas ad 45

- a) Elemosinis d. b) Lucis d. c) Nuspa d. d) colonicas i. e) widis, campis om. d. f) cum rebus (sic) d.
g) inexacta d. h) habet pro se ad perpetuam l. i) continuanda d. k) deferendo d. l) pro om. i. m) hoc om. d.
n) Domini d. o) condigendo (sic) d. p) ipsas d. q) periacuant (sic) d. r) qua pro qua ad perpetuam l. quae d. s) presentatior d. t) ullam d. u) nunquam d. v) vel i. w) omnipotentis om. d.
x) XI. d. y) argenteo d. z) pondera d. aa) requirit d. ab) perpetua l. prepotente d. ac) Anno om. d. 50
ad) Erselius d. ae) Senonum d. af) Caritus d. ag) Ego in nomine (sic) d. ah) Archardinus d. ai) Tadebertus d.
aj) Gualnemarus d. ak) Signum om. d. al) Parisiensis d. am) Noviomis episcopus d. an) Radulphus d. ao) Draunus d.
ap) Roguardi d. aq) Elaso d. ar) Adrebertus d. as) Sanderi d. at) Eberico d. av) Signum Draunus d. aw) Berp-
uerto d. ax) de Foulora (sic) d. ay) peccator om. d. az) hunc d. ba) subente d. ab) Theodechilde d. bc) relate c.
bd) et augmentum c. cd) presentatior p. 55

effectum perducimus, hoc nobis ad aeternae^a salutis praemium vel stabilitatem in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur inluster vir dominus Lonegisilus directa petitione clementiam regni nostri adserens nobis intimavit, eo quod ante hos dies in terra sanctae Mariae vel sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, matris et Cenomannis civitatis senioris ecclesiae, una cum consensu Haduindi Cenomannicae^b urbis episcopi^c vel eius congregatione, monasteriolum quoddam, praedicto^d episcopo consentiente seu adiutorium non modicum praestante^e, in honore sancti Petri construxit vel reaedificavit, seu de argento, quem ei dederamus, immelioravit. Et postquam ille ibi venit et largitione memorati episcopi illud habuit, sicut in eorum strumentis et praecariis continetur, res atque mancipia, quae ad ipsum monasteriolum a bonis et Deo timentis hominibus traditae sunt, tam in pago Cenomannico^f quam et in aliis pagis atque territoriis, cum omnibus adiacentibus earum vel appendiciis, cum omni re inexplorata, ad praedictam^g matrem et civitatis ecclesiam, quae est in honore sanctae Mariae et sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, vel domo Chadoindo praedicto episcopo, qui ibidem ad praesens custos^h et rector praesesseⁱ videtur, ipsas res nostro ex permissu sive per nostram licentiam et auctoritatem per sua strumenta tradidit atque delegavit. Ideo petiit celsitudinis nostrae, ut per nostram auctoritatem plenius confirmare fecissemus; quorum petitionibus gratanter adsensum praestavimus^k et in omnibus confirmavimus. Praecipientes^l enim iubemus, ut sicut iam dictus Lonegisilus sacerdos et monachus ipsum monasteriolum, quod in ipsa terra sanctae Mariae et sancti Gervasii et Prothasii aedificavit, una cum terris, domibus, aedificiis, mancipiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, peculiis, pecuniis, mobilibus et immobilibus, vel reliquis quibuscumque beneficiis, ad ipsa casa Dei per sua strumenta tradidit et delegavit, seu quod nostris et futuris temporibus ad eundem^m locum traditum fuerit, et hoc ad praesensⁿ ibidem recto^o ordine videtur esse possessum vel dominatum, ita et inantea, inspecta ipsa epistola donationis et precaria acceptionis, per hoc praeceptum^p plenius in Dei nomen confirmatum^q monasteriolum superius nominatum cum omni integritate ad ipsa praedicta casa sanctae Mariae et sancti Gervasii et Prothasii martyris nostris et futuris temporibus iure firmissimo^r proficiat in augmentum.

Et ut haec praeceptio^s firmiter habeatur et in omnibus conservetur, manus nostrae subscriptionibus subter eam^t decrevimus roborare et nostro sigillo sigillare.

Chlotharius rex Francorum subscripsit.

† Adogrimus iussus optuli et subscripsit.

Datum dies VIII. quod fecit mensis^u Ianuarius^v. Anno LIII. regni nostri. Copypendio, palatio nostro In Dei nomen feliciter. Amen.

DAGOBERCTUS I.

18.

Dagobertus I. rex petente Madoaldo archiepiscopo Treverensi abbatiam sancti Mauricii sive monasterium Thielogense, iuxta fluvium Sarrae in ducatu Austriae Mosellansio a se constructam, ecclesiae sancti Petri Treverensi concedit.

40 Edidit Franc. de Rozières¹ fol. 2 ex autogr. ecclesiae sancti Mauricii, a se excoigato; — Brequigny p. 117, n. 18; — Pardessus I, p. 217, n. 232. — De Foy ad n. 622; Brequigny ad n. 622; Wautors ad n. 622.

In nomine sanctae et Individuae Trinitatis. Amen. Dagobertus, divina ordinante clementia Francorum rex. Prudenti consideratione agitur, ut dispositionum vel commutationum

a) aeternam e. b) Caenomannicae e. c) episcopi om. e. d) praedicto e. e) praesens e. f) Caenomannicae e. g) praedictam e. h) custos e. i) praesens e. k) praestavimus e. l) Praecipientes e. m) eundem eundem. n) praesens e. o) recti e. p) praeceptum e. q) confirmavimus e. r) firmissimum e. s) praeceptio e. t) cum e. u) mensis e. v) Iulii e.

25 Roserius, ob fraudem accusatus et a. 1583. publico iudicio convictus, poenitentiam dedit et liber et solutus est; cfr. Thuani historiam ad a. 1583. Eodem modo qui postea Roserii vestigia sequuti sunt, Mauricius, (La Lorraine ancienne et moderne. Nancy 1712.) et Carol. Lud. Hugo (Traité historique etc. sur l'origine de la Maison de Lorraine, avec les Chartes... par le Sieur de Balescourt, Berolini 1711.) anno 1712. iterum convicti et damnati sunt. — Argumenta salutaris exposuerunt v. Zurlauben in Histoire de l'Académie des Inscriptions etc. vol. 24, p. 190 sqq. et Brequigny in note ad editionem suam et in Prolegomenis p. 42 (p. 48 apud Pardessus).

sanctarum memoriae literarum constitutio tradatur, quoniam per representationem scripti oblivionis nebula tollitur et mala machinantium pravitas destruitur. Quapropter comperiat omnis sanctae Dei ecclesiae fidelium praesentium scilicet et futurorum solertia, quoniam vir apostolicus pater noster dominus Modoaldus, archiepiscopus Trevirensis, adiit culmen serenitatis nostrae supplicans, ut quandam abbatiam sancti Mauriti martyris, quae vocatur monasterium Thielogiense, a nobis constructam ac iuxta fluvium Sarrae in ducatu Austriae Mosellanae nuncupato constitutam, ad ecclesiam sancti Petri principis apostolorum, quae constructa constat in civitate Treverensi, ubi principalis episcopatus sui sedes esse dignoscitur, ad honorem Dei sanctorumque eius ibidem quiescentium traderemus; statimque nos congruae eius suasioni volentes ob reverentiam sui gratanter satisfacere, decrevimus ita fieri. Dedit quoque eandem abbatiam cum universa integritate sua ad praefatae sedis ecclesiam, in beatae memoriae Chilperici regis avi nostri, nec non Clotarii genitoris nostri paternorumque nostrorum, videlicet Chilperici et Clotarii, christianissimorum regum, animaeque nostrae perpetuam commemorationem, cum ecclesiis, vineis, campis, hominibus, viis, quae sitis et inquirendis, mobilibus et immobilibus, et cum universis appenditiis et adiacentibus suls. Et praefatis ecclesiis et patri fratrum praedictae cellae sancti Mauriti, super Sarrae flumen constructae, protectorem, rectorem et advocatum, illustrem dominum dominum Clodulphum, Austriae Mosellanae ducem, Arnulphi ducis filium, sanguine regio natum, constituimus. Haec itaque universa per hoc praesens nostrae auctoritatis praeceptum ad saepe memoratam sedem aeternaliter pertinenda donamus, tradimus; ea scilicet ratione, ut praefatus episcopus successoresque illius similem perpetuis temporibus ex praelibata abbatia habeant potestatem, veluti de caeteris eiusdem episcopatus causis, iuxta utilitatem ipsius ecclesiae cuncta prout illis placuerit secure disponere; quatenus rectores eiusdem sedis cum omni clero, eorum regimini subacto, tam pro nobis quam pro antedictis praedecessoribus nostris et protectore constituto Dei misericordiam semper exorare delectet. Haec donationis nostrae auctoritas nullo unquam successore nostro irrumpente solidissimam in Dei nomine per omnia mundi volventis saecula obtineat stabilitatem; quam munimine nostro roboratam, manu nostra cum duce Clodulpho subtus eam firmavimus, quod et fecit Cunibertus archiepiscopus Coloniensis, annulorum nostrorum impressioibus iussimus sigillari.

Datum Kalendis Maii. Anno dominicae incarnationis 622. Actum Metis, in palatio regali. In Dei nomine faeliciter.

Dagobertus Francorum rex.

Cunibertus²⁶ archiepiscopus Coloniensis.

Clodulphus Austriae Mosellanae dux.

19.

⁶²³
^{fol. 29} *Dagobertus I. rex exemplo praedecessorum suorum, petente Modoaldo archiepiscopo, ecclesiae sancti Petri Trevirensi omnes res ad illam pertinentes, scilicet cellam sancti Hilarii, quae et sancti Maximini vocatur, omnesque possessiones eius circa Rhenum, Ligerim, Mosellam iacentes confirmat, eique Arnulphum, Austriae Mosellanae ducem, advocatum tribuit.*

Edidit ex autographo, et suerit, in monasterio sancti Hilarii, quod tamen ipse effudit. De Rosieres fol. 1; — Brequigny p. 118, n. 89; — Pardessus I, p. 218, n. 233. — De Foy ad a. 622, fol. 18; Brequigny ad a. 623; Wailers ad p. 622.

Diploma spurium autem ostendunt Browerus I, p. 381, col. 2 et.; Brequigny et Pardessus in notis ad editionem suam. Fabricatum videtur à Roserie ad exemplum diplomatis spurii Dagoberti pro ecclesia Treverensi a. 632; 45 ch. infra n. 26.

In nomine Domini. Amen. Dagobertus rex Francorum, illustribus duci Austriae Mosellanae Arnulpho ac caeteris ducibus, comitibus, domesticis, vel omnibus agentibus tam ultra quam citra Rhenum, Ligerim, Mosellam, tam absentibus quam praesentibus. Illud ad augmentum vel stabilitatem regni nostri sine dubio in Dei nostri nomine credimus permanere, si sacerdotum petitionibus vel ecclesiarum rectis postulationibus id, quod

²⁶ Cunibertus episcopus die eadem 28. Sept. anni 622, sedem Coloniensem obtinuit; cfr. Galliam Christ. III, col. 626.

nostris auribus patefecerunt, perducamus ad effectum. Ideoque vis apostolicus pater voster
 Modoaldus, archiepiscopus Treverensis, praeceptum praedecessorum nostrorum anteriorum
 regum, parentum nostrorum, Sigiberti, Theodeberti, Theodorici, imo bonae memoriae ac
 recordationis Lotharii gloriosi regis, genitoris nostri, eorum manibus roboratum, obtulit
 obtutibus nostris, in quo erat insertum, quod non solum idem genitor noster, verum etiam
 praefati reges praedecessores eius, videlicet Francorum reges, quascunque res boni ac
 sancti viri pro divinae contemplationis intuitu ad partem sancti Petri Treverensis eccle-
 siae delegaverunt suorumque auctoritatibus sigillorum confirmaverunt, quatenus eorum
 regnum superno auxilio tueretur et postmodum in aethereo regno cum Christo sine beato
 10 gauderent. Pro rei firmitate idem praefatus praesul Modoaldus deprecatus fuit sublimi-
 tatem nostram, ut paternum ac praedecessorum morem sequentes, huiusmodi auctori-
 tatis praeceptum ob amorem Dei et reverentiam sancti Petri de eisdem rebus fieri lube-
 remus. Cuius petitioni libenter assensum praebuimus, et hoc nostrae auctoritatis prae-
 ceptum erga ipsam ecclesiam pro divini cultus amore et animae nostrae remedio fieri
 15 decrevimus, per quod praecipimus ac iubemus, omnes res vel facultates ad ecclesiam
 sancti Petri Trevericae urbis pertinentes, scilicet cellam sancti Hylarii, quae modo appel-
 latur cella sancti Maximini, quae est in praedio sancti Petri constructa, castella, vicos,
 villas, vineas, sylvas, homines, vel quicquid largiente clementia divina deinceps ad eam
 augmentandam ecclesiam circa Rhenum, Ligerim vel Mosellae fluvium in regno nostro
 20 insistentia, omnia super iure et potestate sancti Petri Treverensis ecclesiae eiusque ponti-
 ficis perpetualiter mancipatura permanere. Pro qua re melius observanda, ac ut praefa-
 tarum ecclesiarum res prospere serventur, videlicet beati Petri ac beati Maximini, ne deinceps
 a grassatoribus quidquam molestiae inferatur, praefatae ecclesiae beati Petri Trevericae
 urbis et fratribus antedictae cellae beati Hylarii, quae modo appellatur cella sancti Maxi-
 25 mini, quae est in praedio sancti Petri constructa, protectorem, rectorem et advocatum
 damus illustrem dominum, dominum Arnulphum, sanguine regio natum, parentem nostrum
 ac instructorem, Austriae Mosellanae ducem, cui haec omnia fideliter observare prae-
 cipimus. Propterea pari modo statuimus, ut nullus ex ducibus, publicis iudicibus, vel
 aliquis ex iudicaria potestate in monasterio circa ecclesias, cellas, vicos, agros, homines,
 30 vel loca alia impedimenta ponat, sed liceat memorato praesuli suisque successoribus
 omnia praefata in integrum perpetuo tempore pro remedio animae nostrae seu parentum
 nostrorum, sicut in praeepto genitoris nostri piissimi continetur, quieto ordine possidere
 et nostro fideliter parere imperio ac nostri domini Arnulphi. Sed ut hoc nostrae auctori-
 tatis praeceptum plenorem in Dei nomine obtineat vigorem, et a fidelibus sanctae Dei
 35 ecclesiae matris, videlicet praesentibus et futuris temporibus, verius credatur et diligentius
 a successoribus nostris conservetur, illud propria manu cum principibus nostris subter
 firmavimus et annulorum nostrorum impressionibus signari iussimus. Data IV. Kalendas
 Augusti. Anno ab incarnato Domino 623.

Dagobertus rex Francorum.
 Cunibertus archiepiscopus Coloniensis.
 Atto episcopus Metensis.
 Principius episcopus Spirensis.
 Arnulphus dux Austriae Mosellanae,
 Pipinus maior domus, dux Hasbaniae.

20.

*Dagobertus I. rex petente Modoaldo archiepiscopo secundum privilegia antecess- 623
 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200 210 220 230 240 250 260 270 280 290 300 310 320 330 340 350 360 370 380 390 400 410 420 430 440 450 460 470 480 490 500 510 520 530 540 550 560 570 580 590 600 610 620 630 640 650 660 670 680 690 700 710 720 730 740 750 760 770 780 790 800 810 820 830 840 850 860 870 880 890 900 910 920 930 940 950 960 970 980 990 1000*
 45 *torum suorum omnes res ad ecclesiam sancti Petri Treverensis pertinentes, scilicet cellam*
sancti Eucharit, quae modo appellatur cella sancti Mathiae apostoli, in territorio Treverensi,
omnesque proprietates circa Rhenum, Ligerim, Mosellam Avios auctoritate sua confirmat,
54 praedictisque ecclesiis Arnulphum, Austriae Mosellanae ducem, advocatum statuit.

Edidit ex autografo, ut scribit, Sancti Eucharit Treverensis, quod tamen ipse negavit; De Rosiers fol. 1; —
 Brequigny p. 126, n. 66; — Pardessus I, p. 270, n. 234; — Beyer I, p. 3, n. 4 ad a. 623. (ex copia veteri). —
 De Fay ad a. 623, Nov. 21; Brequigny ad a. 623, Nov. 13; Coora ad a. 623, Nov. 11; Wanters ad a. 623, Nov. 11.
 Diploma spurium esse ostendunt Brequigny et Pardessus in notis editionis.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Dagobertus, divina favente et ordi-
nante providentia rex Francorum. Expediit cuilibet auctoritatis personae, tum maxime
privatibus regibus, humilibus ac moderatis sub religione degentium precibus obtemperare
et eorum quietem et pacem pro facultate fovere et post munire. Igitur noverit omnium
fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum sagacitas, quod vir venerabilis et
apostolicus, pater noster dominus Modoaldus, sanctae Trevirensis ecclesiae archiepiscopus,
nostris obtulit obtutibus praeceptum anteriorum regum Francorum, in quo erat insertum,
quod praedecessores, reges videlicet Francorum, omnes res, quascumque boni et sancti
viri pro divinae contemplationis intuitu ad partem sancti Petri Treverensis ecclesiae delega-
verunt, suorum decretorum auctoritatibus confirmaverunt, et duces probos in protectores
et advocatos dederunt, quatenus eorum regnum superno auxilio tueretur et postmodum
cum Christo, regē regum, regnarent in coelis. Pro rei veritate et firmitate praefatus praesul
Modoaldus postulavit celsitudinem nostram, ut paternum ac praedecessorum regum mores
sequentes, huiusmodi auctoritatis praeceptum ob amorem Dei et reverentiam sancti Petri
de eisdem rebus fieri iuberemus, ac eis protectorem seu advocatum daremus. Cui petitioni
libenter consensum praestulimus, et hoc nostrae auctoritatis et protectionis praeceptum
erga ipsam ecclesiam pro divini cultus amore et animae nostrae remedio fieri decrevimus;
per quod praecipimus atque iubemus omnes facultates vel res, ad ecclesiam sancti Petri
Trevericae urbis pertinentes, scilicet cellam sancti Eucharrii, quae modo appellatur cella
sancti Mathiae apostoli, quae est in territorio sancti Petri principis apostolorum constructa, 20
castella, vicos, villas, vineas, sylvas, homines, vel quaeque largiente clementia divina
deinceps ad augmentandam eandem ecclesiam circa Rhenum, Ligerim, vel Mosellam fluvios
in regno nostro insistentia, omnia super iure et potestate sancti Petri Treverensis ecclesiae
eiusque pontificis perpetualiter mancipatura permanere. Pro qua re melius observanda,
ac ut praefatarum ecclesiarum res prospere serventur, videlicet ne beati Petri et beati 25
Eucharrii ecclesiis deinceps a grassatoribus quidquam molestiae inferatur, praefatae eccle-
siae beati Petri Trevericae urbis et fratribus antedictae cellae beati Eucharrii, quae modo
appellatur cella sancti Mathiae apostoli, quae est in praedio sancti Petri constructa, pro-
tectorem, rectorem et advocatum damus illustrem dominum, dominum Arnulphum, sanguine
regio natum ac instructorem nostrum, Austriae Mosellanicae ducem, cui haec omnia fide-
liter observare praecipimus. Praeterea pari modo statuimus, ut nullus ex ducibus, publicis
iudicibus, vel aliquis ex iudiciali potestate, in monasterio circa ecclesias, cellas, vicos,
agros, homines, vel loca alia, impedimenta ponat; sed liceat memorato praesuli suisque
successoribus omnia praefata in integrum tempore perpetuo pro remedio animae nostrae
seu parentum nostrorum, sicut in praecepto piissimorum antecessorum nostrorum conti- 35
netur, quieto ordine possidere et nostro fideliter parere imperio, ac domini Arnulphi. Sed
ut hoc itaque nostrae auctoritatis praeceptum plenorem in Dei nomine obtineat vigorem,
et a fidelibus sanctae Dei ecclesiae nostris, videlicet praesentibus et futuris temporibus,
verius credatur et diligentius a successoribus nostris observetur, illud propria manu cum
principibus nostris subter firmavimus, et annulorum nostrorum impressionibus signari 40
iussimus.

Data III. Idus Novembris. Anno ab incarnato Domino 623.

Dagobertus^a rex Francorum.

Cunibertus archiepiscopus Coloniensis.

Atto episcopus Metensis.

Pipinus episcopus Spirensis.

Arnulphus dux Austriae Mosellanicae.

Pipinus dux Hasbaniae, maior domus.

21.

⁶²⁷
^{Sept. 21} *Dagobertus I. rex consilio Pippini maioris domus, Arnulfi episcopi Mettensis, Hun- 60*
berti Coloniensis episcopi, ecclesiae beati Petri Wormatiensi omnes res iuris sui in pago Lode-
dungowe tradit.

a) auctoritati add. b) subscriptiones om. Beyer.

1. *Chartular. Wormatiense saec. XII. in Bibl. regia Hannoverana, fol. 1. — 2. *Liber privileg. eccles. Wormat. saec. XV. in tabular. Darmsiad. fol. 289.
 Ediderunt ex Libro privileg. saec. XV (1); Freherus, de Lupoduno, antiquissimo Alemannico oppido, p. 263, ad n. 636; — La Cointe II, p. 786; — Gallia Christ. V, Instrum. col. 451, n. 1; — Schannat, Hist. Wormat. p. 309; — Hartkeim, Concil. Germ. I, 25; — Brequigny p. 127, n. 65. — 2) ex Chartular. Wormat. saec. XII; Acta Acad. Theodoro-Palatinae VII, p. 61; — Pardessus I, p. 228, n. 242. — De Foy ad n. 627; Brequigny ad n. 627, Sept. 30; Wauters ad Sept. 21.
 Diploma interpolatum iudicavit La Cointe, cum tamen sine dubio spurium sit.

Traditio curie Lobettenburg cum omnibus adjacentibus per Dagobertum regem.

Dagobertus rex Francorum. Cunctos nosse volumus, qualiter nos de remedio anime nostre et de futura retributione cogitantes, omnino proposuimus in signo nostro ecclesias Dei de allodiis nostris coheredes facere et loca sanctorum augmentare. De hoc tulimus bonum consilium precerum nostrorum, Pippini qui est maior domus, Arnolfi Metensis episcopi, Hunberti Coloniensis episcopi, et inde misericordiam Domini consequi et eius sanctorum suffragia promereri confidimus. Ideo omnes Dei fideles et nostri, presentes et futuri, cognoscite, qualiter omnes res iuris nostri in pago Lobedungowe, et quicquid ad nostram urbem ambulare visum est, et omne quod ad fiscum nostrum hactenus pertinebat, excepto stipe et comitatu, nihil ex eo dimittentes, tradimus totum ex integro, magnum et parvum, ad basilicam sancti Petri et Pauli apostoli vel ceterorum domorum, que est in Wormatia civitate constructa, cui preest dominus vir apostolicus Amandus. Hoc est, quod tradimus; Civitatem nostram Lobedunburg, palatium nostrum, edificia, mancipia, vineas, terras cultas et incultas, agros, prata, campos, omnem silvaticum in silvis Ottenwald, cum omni utensilitate in omni pago Lobedungowe et undique in Lutraha, in pascuis, materiamina, aquas aquarumque decursus, piscationibus, quesitis et inquirendis, omnem teloneum, mercatum, et quicquid dici aut nominari potest, sicut prius ad nostram urbem ambulare videbatur, sic inantea ad prescriptam basilicam pro eterne mercedis augmentum possidendum donavimus, et sub integra communitate omnia ad eandem basilicam pertinentia preceptione nostra a novo confirmamus, sicut priori anno communitatis tuitionem dedimus de omnes villas, facultates, seu abbatias, et quicquid ad ipsam civitatem Wormatiam aspicere videntur, ut nullus iudex publicus nec ad causas audiendo, nec freda exigendo, nec homines ipsius ecclesie tam ingenuos quam et servientes distringendo, nullum impedimentum audeant facere, nisi ad partem ipsius ecclesie vel ipse pontifex Amandus aut successores hoc habentur concessum atque indultum, quieto ordine possidere atque dominare, quod partibus fisci nostri fuit consuetudo reddendi.

Et ut auctoritas hec firmiter sit, manu nostra subscriptionibus subditis illam decrevimus roborare.

Dagobertus rex Francorum.

Odefridus recognovit.

Datum sub die XI. Kal. Octobris. Anno regni nostri VI. Actum Mogontie palatio nostro. Feliciter satis.

22.

Dagobertus I. rex basilicæ sancti Dionysii, ubi Aigulfus abba preesse videtur, villam Stirpiniacum in pago Fulcasino cum omni integritate tradit.

- 45 Chartular. S. Dionysii saec. XIV. in Bibl. Paris. n. 5415, p. 10.
 Edidit 1) ex aulige. spurio; Doulet p. 674. — 2) ex chartular. S. Dionysii; Brequigny p. 175, n. 193, ad n. 637; — Pardessus II, p. 53, n. 285, ad n. 637. — De Foy ad n. 638; Brequigny ad n. 638.
 Diploma spurium esse ostendunt Gernon II, p. 114; Brequigny et Pardessus in notis editionis.

a) Dagobertus I. b) Humbertus 2. c) Laudemburgensis 2. d) dominus 2. e) Laudemburg 2. f) ad nostrum
 50 talia 1. 2, quod corrigendum ad nostram urbem, cfr. supra vers. 18. g) augmentum 2. h) sicut 2. i) preda 1. 2.
 k) quam 1; tam om. 2. l) per partem 2; pro parte editis. m) Dagobertus 1. n) restio 2.

28) Eater fluvius.

Dagobertus²⁹ rex Francorum, vir illuster, omnibus agentibus nostris^a, presentibus et futuris. Optabilem esse oportet de transitoriis^b promerere eterna, vel de caduca substantia eroganda^c lucrari gaudia sempiterna. Igitur nos rem ipsam considerantes, prout in eternum vel in aliquantulum mereamur iustorum esse consortes, villam cui nomen est Stirpiniacum^d, sitam in pago Vulcasino, eam cum omni integritate vel merito^e ad basilicam domni Dionysii martyris, peculiaris patroni nostri, ubi ipse preciosus dominus in corpore requiescit et venerabilis vir Aigulfus abbas custos preesse videtur, ideo quod ibidem^f devotissimus per tempora bona, propitiante Domino impertire presentaliter plena devotione visi fuimus iubentesque specialius ordinamus concessisse^g. Iubentes etenim, ut villa antedicta cum omni integritate et soliditate, hoc est domibus, edificiis, presidiis, mancipiis, colonis, 10 inquilinis, accolabus, libertis, servis tam ibidem oriundis quam aliunde^h translatis, rusticis et urbanis, salsis atque subiunctis terris cultis et incultis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, pecoribus, pecuniis, mobile et immobile, omneque genus pecudum et universaⁱ merita, appendiciis, adiacentiis, tam intra terminos quam et extra terminos, omnemque rem ad exquisitam^j, quicquid dici aut nominari^k potest vel quod ad 15 fisco nostro presente nunc tempore in Dei nomine possidetur, ex indulgentia nostra^l ad ipsam sanctam basilicam concessa^m permaneat, ut in postmodum ad ipsum sanctum locum tamⁿ clerus quam^o pauperes inibi consistentes^p pro regni nostri^q stabilitate vel remedio^r animae nostrae valeant^s Deum exorare, et quod concessimus absque ullius in postmodum refragatione perpetuis^t temporibus illis^u in augmentum debeat^v proficere; et^w sic fiat, ut 20 dum nos haec^x ad memoratum^y clerum vel pauperum^z ipsius^{aa} sancti loci substantiam^{ab}, vel in aliquantulum pro^{ac} reverentia antedicti domni Dionysii martyris deputamus, illius^{ad} intercessione apud Dominum in futurum^{ae} mercedem mereamur^{af} adipisci^{ag} sempiternam. Et ut hec concessio auctoritatis nostrae tam per presentium quam succedentium tempora inviolabilem capiat firmitatem, manus nostrae subscriptionibus ac propria annotatione^{ah} 25 eam fluximus^{ai} adumbrare.

Vir illuster Dagobertus rex^{aj} subscripsit.

Data sub die Kalendas Octobris. Anno^{ak} VI. regni Sauriciagore.

23.

629
Jul. 30.

Dagobertus I. rex in strata Parisiensi, in loco Pasellus sancti Martini dicto, semel 30 quotannis die 7. Idus Octobris in honorem patroni sui, sancti Dionysii martyris, mercatum constituit per quatuor septimanas extensum, eiusque leges et vectigalia exponit.

1. Autogr. in papyro scriptum, in tabular. S. Dionysii, iam deperditum. — 2. Chartular. S. Dionysii saec. XIII. in tabular. Paris. — 3. Cod. Bibl. Paris. Colbertin. 9415.

Edidit etiam 1) ex autogr. Doublot p. 655; — Miraeus, Opp. dipl. l. p. 241, ad a. 630; — Bouquet IV, p. 627, 35 n. 17, ad a. 629; — Marial p. 97, n. 61; — 2) ex chartul. S. Dionysii; Brequigny p. 131, n. 69; — Pardessus II, p. 4, n. 247. — De Foy ad a. 629; Brequigny ad a. 629.

a) nostris om. chart. b) transitoria chart. c) erogandum chart. d) Esterpiniacum D. e) meritum chart. f) ibidem om. D. g) concessisse, iubentes etenim chart. h) ex aliunde D.; aliundie chart. i) in universum chart. j) exquisita chart. k) nominare chart. l) nostra sint ad chart. m) concessa specialius ordinamus ut in post- 40 modum chart. n) vel eorum chart. o) vel chart. p) consistentes D.; consistentibus chart. q) nostri om. chart. r) remedium chart. s) valeant — concessimus om. chart. t) eius pro perpetuis chart. u) illis in augmentum om. chart. v) delectet chart. w) quo fut. chart. x) haec om. chart. y) memoratum om. chart. z) pauperes chart. aa) ad ipsum sanctum locum consistentibus chart. ab) substantia chart. ac) deputatus pro intercessione chart. ad) illius 45 intercessione om. chart. ae) futuro chart. af) quod ageretur pro mereamur chart. ag) adipisci sempiternam om. chart. ah) subscriptionibus inferam, ut diximus, propria etc. chart. ai) lata duobus chart. aj) res om. chart. ak) Anno VI. regni om. Doubl. al) q chart.

29) Diploma in Gestis Dagoberti cap. 22 sic memoratur: *Stirpiniacum villam in pago Vulcasino praesentialiter per firmitatis suae praeceptum sancti Dionysii basilicae (Dagobertus) tradidit. Ergo credendum est saeculo nono, quo Dagoberti Gesta scripta sunt, iam existisse in archivo Sancti Dionysii instrumentum de quo agimus; nec ideo minus inter spuria instrumenta ablegandum. Esterpiniacum enim, quod et Stirpiniacum et Sterpiniacum alias dicitur, villa re-*

gala fuit sub Dagoberto I. (cfr. Mabillon, Dipl. p. 327), nec e regiarum villarum numero essa desit ante Chlotharium III, qui ibi debebat anno regni sui quinto, 50 cum Corbelensibus immunitates concessit diplomate, quod ordine suo proferemus. In actis autem Suessolonicae synodi anno 862. inter Dionysianas villas recensetur; unde licet conicere, deperdito legitimo concessione instrumento, aliud forte circa 800 seculi 55 initia fabricatum fuisse, quod superest. BREQUIGNY.

Dagobertus³⁰ rex Francorum, vir illuster, Leuthone, Vulfione, Raucone comitibus, et omnibus agentibus nostris, vicariis, centenariis et ceteris ministris rei publice nostre. Cognoscat sollicitudo et prudentia vestra, qualiter volumus et constituimus in honore domini et gloriosi patroni nostri Dionysii mercatum construendo ad missa ipsa, quae evenit s septimo Idus Octobris semel in anno, de omnes negotiantes in regno nostro consistentes Oct. 9. vel de ultra mare venientes, in illa strada que vadit ad Parisius civitate, in loco qui dicitur Pasellus sancti Martini. Et sciatis nostri missi ex hoc mercato et omnes civitates in regno nostro, maxime ad Rothomo porto et Wicus porto, qui veniunt de ultra mare pro vina et melle vel garantia³¹ emendum; et isto et altero anno seu ante sit ipse theloneus indultus 10 usque ad tertium annum. Et inde in postea de unaquaque quarrada de melle persolvant partibus sancti Dionysii solidos duos, et unaquaque quarrada de garantia similiter solidos duos; et illi Saxones et Wicarii³² et Rothomenses et ceteri pagenses de alias civitates persolvant de illos navigios de unaquaque quarrada denarios duodecim et vultaticos³³ et passionaticos per omnes successiones et generationes illorum, secundum antiquam con- 15 suetudinem. Iubemus etiam, ut ipse mercatus per quatuor septimanas extendatur, ut illi negotiatores de Longobardia sive Hispanica et de Provincia ac de alias regiones illuc advenire possent. Et volumus atque expresse precipimus, ut nullus negociator in propago Parisiaco audeat negociare, nisi in illo mercado, quem in honore sancti Dionysii constituimus vel ordinamus; et si quislibet hoc fecerit, bannum nostrum pro hoc persolvat ad 20 partem sancti Dionysii. Precipimus denique et expresse vobis mandamus et omnes agentes seu iuniores vel successores vestros³⁴, presentes et venturos, ut nullo unquam impedimento pars sancti Dionysii de ipso mercado habeat ex parte nostra et vestra, neque intra ipsa civitate Parisius neque ad foras in ipso pago, de ipsos theloneos vel navigios, portaticos, pontaticos, rivaticos, rotaticos, vultaticos, themonaticos, chespetaticos, pulveraticos, foraticos, mestaticos, laudaticos, saumaticos, salutaticos, omnia et ex omnibus; (sed) quicquid 25 ad partem nostram vel fisco publico de ipso mercado ex ipsa mercimonia exactare potuerit, pars sancti Dionysii vel sui agentes imperpetuo habeant per hanc nostram indulgentiam et auctoritatem. Et ut hec nostra preceptio ad ipso sancto loco nostris et futuris temporibus firmior habeatur, manus nostre subscriptionibus eam subter decrevimus roborare, et de 30 anulo nostro sigillare iussimus.

Dagobertus³⁵ rex subscripsi.

Dado obtulit.

Datum sub die III. Kalendas Augusti. Anno secundo³⁶ regni Dagoberti. Compendio feliciter. In Dei nomine. Amen.

24.

Dagobertus I. rex petente Berentruda regina, matre sua, Sigeberto patrueli, duci³⁷ 630. Alemanniae, arcem Castrum altum vicis Praevani, in Alpibus Curtensibus in Praevalia sitam, Mat. 4. Othoni a praepositis regis restituere iubet.

Ediderunt: Labbeus, Miscell. cur. II, p. 407 (ex schedis MSS.); — Briquigny I, p. 133, n. 70; — Pardessus II, p. 7, n. 250. — Briquigny ad n. 630.

Anno salutis sexcentesimo trigesimo, Lothario secundo Galliarum rege octavo, genitore nostro, defectionis imperii occidentalis centesimo quinquagesimo nono, Heraclio

a) Ungaris Doublet; Labbeus legit iubet Wicarios, scilicet qui Wicum portum incolabant, de quo paulo ante sermo est. b) nostras 3. c) Ego Dagobertus Doublet; eos deest in 2 et 3.

30 Diploma spurium esse contendunt Germon, tom. II, pars 2, cap. 3, p. 94 et Le Coite II, p. 824; auctoritatem eius contra Constantium defendit Mabillon Dipl. p. 626 F. diplomati Childeberti III, d. d. Mamaccas, n. 16. (709) Dec. 13. Iunius, quo dictus rex privilegia 50 antecessorum de mercato S. Dionysiano confirmat. Quae autem charta privilegia tantam Chlodovei, Childeberti, Theoderici, Chlothacharii enumerat, hoc nostro Dagoberti regis plane omisso; itaque haec ex causa et ob alias oblectiones a Germono h. e. prolatae charta 55 dubiae saltem esse fidei videtur. Cf. Gest. Dagoberti

c. 34, ubi tale privilegium basilicae S. Dionysii a 12. Dagoberti regis concessum eiusque privilegio munitum fuisse narratur (Bouquet II, p. 588 ex.). Chartam nuper defendens studet A. Jacobs in Revue archéol. Nouvelle Série, IV, p. 187 sqq. (a. 1861); contra suspectam eas merito iudicat G. Waits, Deutsche Verf.-Gesch. Edit. II, Vol. II, 603, not. 4. 31) sandix, herba tinctoria. 32) = voluticos. 33) scilicet regni Neustriae, quod Chlothachario II. mortuo n. 628. Dagobertus adeptus est, ut adnotat Mabillon, Dipl. p. 626.

Orientali imperatore decimo nono, Honorioque Romano pontifice sexagesimo nono, die quarto mensis Maii. Nos Dagobertus magnus, Austrasiae Burgundionumque rex, ex precibus matris nostrae Berentrudae, Francorum reginae, visa tamen prius tabulis antiquissimis a Romanis imperatoribus confectis, fidelitate semper conservata, nec non nobilissimi sanguinis patricii, Fabia gente orti, prospecta origine, restituimus, damus et confirmamus arcem in Alpibus Curiensibus Rhaetiae sitam in Praevalia, quae appellatur Castrum altum vici Praevani, cum omnibus censibus et iuribus ad eam pertinentibus, etiam cum decimis, a Julio monte usque Oselam oppidum lacus Larii dictae Praevaliae, strenuo equestris ordinis Othoni a praepositis nostro, militum profectori contra Arlovaldum Longobardorum regem decimum sextum. Ita tibi Sigeberto, dilecto patruelo nostro, Alemaniae primo duci, iubemus, mandamus et sic volumus, ut restituas supradictam arcem supranominato Othoni nostro a praepositis cum omnibus rebus, quae pertinebant ad ipsam, cum fuerit ei directae; et eum constitues vasallum omnium rerum ante a maioribus retentarum. In quorum, etc. Datum in arce nostra Isenburg.

25.

^{631.} *Dagobertus I. ecclesias numero quinque, in honorem S. Dionysii in regno suo a se*
^{Apr. 10.} *constructas et basilicae eiusdem sancti martyris, ubi ipse post mortem suam sepeliri optat, subiectas enumerat, easque praedictae ecclesiae auctoritate sua confirmat.*

Ediderunt: Huet, Antiquités d'Anjou p. 95; — Le Cointe II, p. 860; — Brequigny p. 135, n. 72; — Pardessus II, p. 8, n. 252. — De Foy ad a. 632; Brequigny ad a. 632.

Diploma spurium esse probant Le Cointe l. c. et Brequigny in annotationibus ad editionem.

Dagobertus, Dei gratia rex Francorum, vir illustris, archiepiscopis, episcopis, actuariis. Non immemores beneficiorum, quae summi regis largitio meritis beatissimi Dionysii, specialis patroni et protectoris nostri, contulit, prae oculis quoque habentes humanae fragilitatis conditionem, imo corde et mente gerentes praecordiale erga eundem beatum Dionysium amorem eiusque amoris debitam executionem, inter plurima quae contulimus ecclesiae ipsius, in qua sepeliri optamus, multas in regno nostro ecclesias construximus, quas in honore et nomine ipsius dedicatas principali ecclesiae ipsius subici fecimus. Quarum unam apud castrum Doe in confinio Pictavensi et in diocesi Andegavensi sitam aedificavimus, et nomini eiusdem beatissimi martyris consecratam praedictae principali ecclesiae ipsius subdidimus cum aliis duabus ecclesiis, infra idem castrum constructis, una in honore sancti baptistae Iohannis, altera vero in veneratione beati Leodegarii; duas quoque villas in eadem diocesi Andegavensi sitas, Sisiacum videlicet et Albinacum, cum duabus ecclesiis in eisdem villis constructis et in honore et in memoria praefati martyris praecellentissimi dedicatis. Concessimus quoque beato Dionysio quicquid eidem quinque ecclesiis adiacet, cum omnium reditu cunctarum rerum; unde hoc nostrae altitudinis preceptum fieri et praedicto sancto Dionysio fratribusque ibidem Domino servientibus dari iussimus, quatinus iam dictas ecclesias perpetualiter teneant atque possideant, absque ullius contradictione. Et ut omnia immutabiliter per omnia tempora conserventur, manu propria praesentem nostram auctoritatem subter firmavimus, et annulo nostro insigniri iussimus.

Signum Dagoberti gloriosissimi regis. S. Ludovici filii Dagoberti. S. Arnulphi Mercensis episcopi. S. Nonomensis episcopi peritissimi Aurifalo.

Data per manum Dadonis, regiae dignitatis cancellarii. Actum Parisius, faeliciter. In Dei nomine. Data III. Idus Aprilis. Indictione XII. Anno IV. regnante Dagoberto rege.

26.

^{632.} *Dagobertus I. rex secundum consultationem in synodo generali, Cliptaco palatio*
^{Mal. 26.} *habita, ecclesiae sancti Dionysii ius asyli concedit,*

a) dedicatas edill. b) receptum edill. c) super edill. d) eorum Signum suppletimus.

1. Autographum in papyro scriptum in tabulario S. Dionysii, iam deperditum. — 2. Chartular. S. Dionysii saec. XIV. in Cod. Bibl. Paris. n. 3415. — 3. Schedae Sirmoendi.

Edidit 1) ex autogr., ut adserit, Doublet p. 657; — Brequigny p. 146, n. 75; — Pardessus II, p. 12, n. 258. — 2) ex schedis Sirmoendi: Harduinus, Collect. maxima Concil. III, p. 2685 (fragmentum). — De Foy ed. n. 632; Brequigny ad n. 631.

Diploma spurium esse ostendunt Germon II, p. 100 et Brequigny et Pardessus in annotatione editionum.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Omnibus episcopis, abbatibus, comitebus, centenariis, vicariis et caeteris agentibus nostris. Quicquid de utilitate sanctae Dei ecclesiae et honestate in praesente ordenamus et ad effectum perducemus, hoc nobis valde necessarium esse contra visibiles et invisibiles hostes confidemus. Ideoque nos in Dei nomine palacio nostro Clypiaco in synodo generali resedentes, pertractavimus una cum venerabilibus episcopis, abbatibus, comitebus et caeteris fidelibus nostris, qualiter honor et laus ecclesiae beatorum marterum, videlicet peculiaris patroni nostri domni Dionysii, sociorum eius Rustici et Eleutherii, haberetur et observaretur; id est, ut quisquis fugitevorum pro quolibet scelere ad praefatam basilicam beatorum marterum fugiens Tricenam pontem advenerit, vel ex parte Parisius veniens Montem Marterum praeterierit, sive de palacio nostro egrediens publicam viam quae pergit ad Luperam transierit, sicut nos Deus liberavit per ipsos sanctos marteres de manibus inimicorum nostrorum et furore domini genitoris nostri, ita omnes quicumque ivi confugerint, liverentur et salventur. Si autem Deus omnipotens per intercessionem ipsorum sanctorum brutum animal, videlicet cervum, manifeste inibi in ipso sacro loco liveravit, multo magis dignum est homines rationaviles, quocumque delicto facinoris sive contra nos vel succedentes reges Francorum vel contra quemlibet alium fidelem sanctae Dei ecclesiae aliquod crimen commiserint, relaxentur et liverentur. Contestamur namque et obtestamur omnes successores nostros, reges sive principes, per sanctam et individuan Trinitatem et per adventum iusti iudicis, ut honor et reverentia sanctae matris ecclesiae, ubi dominus et patronus noster sanctissimus Dionysius requiescit, in omnibus conservetur, sicut Romae ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli per privilegium Constantini imperatoris obtinere dignoscitur. Si quis vero haec non observaverit, et hic et in futuro anathema sit. Ut autem haec nostra autoritas plenorem et firmiterem in Dei nomine obteneat vigorem, manu propria nos et sancta synodus nostra subter eam decrevimus rovari.

Landericus obtulit. Dagobertus rex subscripsit. Laudomerus episcopus consensit et subscripsit. Crodobertus episcopus consensit et subscripsit. Acterius episcopus peccator subscripsit. In Christi nomine Eligius episcopus subscripsit. In Christi nomine Landericus ac si peccator episcopus subscripsit. Raunemundus episcopus subscripsit. In Christi nomine Sylvinius episcopus consensit. Dado episcopus Rothomagensis ecclesiae consensit et subscripsit. Lorado episcopus consensit. Maurinus episcopus consensit. Palladius peccator episcopus subscripsit. Aegynavi^a. Clarus in Dei nomine subscripsit. Ermenricus vir illuster subscripsit. Hubertus consentiens subscripsit. Rado peccator consensit. Data sub die septima Kalendas Iulias. Anno quinto regni nostri. Clypiaco. In Dei nomine feliciter. Amen.

27.

Dagobertus I. rex petente Aigulfo abbate basilicae S. Dionysii martyris privilegium immunitatis, paullo antea in placito generali Compendio habito eidem concessum, denuo confirmat. [631-632] Jul. 29.

1. Copia saec. IX. in speciem autographi in dorae diplomatis Chlothacharii III. regis in papyro scripta, in tabular. Paris. signata K. 1 n. 7. — 2. Chartular. S. Dionysii saec. XIV. in. in Bibl. Paris. cod. n. 3415, p. 2. — Ectypon in serie I, tab. VI.

Ediderunt 1) ex copia saec. IX; Doublet p. 659; — Letroune p. 10, n. 6; — Tardif p. 6, n. 6. — 2) ex chartul. S. Dionysii; Brequigny p. 171, n. 100, ad n. 637; — Pardessus II, p. 48, n. 262. — De Foy ed. p. 630; Brequigny ad n. 638.

Chartam spuriam esse ostendit Germon II, p. 103; haec ad verbum fere consentit cum alia charta hactenus eiusdem regis pro eadem basilica, d. d. Compendio, 4. Kal. Aug. anno 2^o regni (= 637, Jul. 29). quam infra exhibebimus.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, centenariis ceterisque agentibus nostris, presentibus ac(i)liscet et

55 a) Aegynavi 2.

futuris. I Oportet clementiae principali inter ceteras petitiones illud, quod pro salute
 anime ascribitur et pro divino nomine postulatur, placabili auditu suscipere et procul dubio
 ad effectum perducere: quatinus de caducis rebus presentis saeculi aeterna i vita conqui-
 ratur, iuxta preceptum Domini dicentis: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Ergo*
 de mammona iniquitatis iuxta ipsius dictum non oportet mercare eterna et celestia; et
 dum ecclesiis Christi impertimur congrua beneficia, i retributorem Dominum ex hoc
 habere mereamur in eterna tabernacula. Igitur venerabilis Aigulfus abbas de basilica
 peculiaris patroni nostri, domni Dionisii martiris, ubi ipse preciosus dominus in corpore
 requiescit, clementiam regni nostri supplicavit, ut iuxta hoc, quod ante hos dies in
 Compendio in nostro generale placito tractavimus, ita nunc in universali nostra synodo,
 Parisius congregata, per propriam nostram auctoritatem sub immunitatis nomine denuo
 pro rei firmitate circa ipsum sanctum locum, vel homines qui se cum substantia eorum
 vel rebus ad ipsam sanctam basilicam tradere et devoverse voluerunt, hoc nos in Dei
 nomine prestare et confirmare circa ipsum sanctum locum dignemur. Ideo cognoscat
 magnitudo seu utilitas vestra, quod ita nos pro reverentia ipsorum sanctorum vel pro
 quiete monachorum ibidem Deo famulantium promptissima voluntate denuo concessisse
 et in omnibus confirmasse visi sumus. Quapropter per hoc preceptum, quod specialius
 decessimus et in perpetuum volumus esse mansurum, iubemus atque constituimus: ut
 neque nos neque successores nostri, neque quilibet episcopus vel archiepiscopus, nec
 quicumque de iudiciaria potestate accinctus, in ipsam sanctam basilicam vel imma-
 nen[te]s in ipsam, nisi per voluntatem abbatis et suorum monachorum, ullam unquam
 habeat potestatem; sed sit hec sancta mater ecclesia, videlicet peculiaris patroni nostri
 domni et magni Dionisii, libera et absoluta ab omni invasione vel inquietudine omnium
 hominum, cuiuscumque ordinis vel potestatis esse videantur. In curtes vero prefate
 basilicae domni Dionisii, ubi et ubi in quascumque regiones vel pagos in regno Deo
 proprio nostro, quod a die presente pars ipsius monasterii possidere et dominari videtur,
 vel quod a Deum timentibus hominibus per legitima cartarum instrumenta ibidem fuit
 concessum aut in antea erit additum vel delegatum, nec ad causas audiendum, nec ad
 fideiussores tollendos, nec ad freda vel bannos exigendum, et ad mansiones vel paratas
 faciendum, nec ullas redhibitiones requisitendum, infra immunitatem sancti Dionisii
 ingredi vel requirere quoquo tempore presumatur. Sed quicquid exinde fiscus noster
 poterat exactare, omnia et ex omnibus pro mercedis nostrae augmento sub integra et
 firmissima immunitate a die presente concedimus ad ipsum sanctum locum et imperpetuo
 confirmamus. Si autem quispiam hanc nostram auctoritatem vel immunitatem infringere
 voluerit, et alios ad hoc conduxerit: unusquisque pro semetipso libras triginta ex auro
 purissimo partibus sancti Dionisii componat, et ut dictum est, quicquid exinde fiscus noster
 ad partem nostram sperare poterat, illuminariis vel stipendiis monachorum seu et in
 elemosinis pauperum ipsius monasterii perenniter per nostra oracula ad integrum sit con-
 cessum atque indultum, ita ut eis melius delectet pro stabilitate regni nostri vel pro
 quiete et quibuslibet laudis nostris Domini misericordiam attentius deprecari.

Et ut hec auctoritas nostris et futuris temporibus circa ipsum sanctum locum
 perenniter firma et inviolata permaneat, vel per omnia tempora integra custodiatur atque
 conservetur, et ab omnibus optimatibus nostris et iudicibus publicis et privatis melius ac-
 ceptius credatur: manus nostrae subscriptionibus subter eam decrevimus roborare, et
 de anulo nostro iussimus sigillare.

Dado obtulit. (S. R.)

Dagobertus rex subscripsit. (Subscriptio regis.) (L. S.)

[Johann(es) episcopus subscr.	Eligius episcopus subscripsit.	Aeterius episcopus subscr.
Palladius episcopus subscr.	Laudemerus episcopus subscr.	Clarus episcopus subscr.
Richoaldus episcopus subscr.	Silvinus episcopus subscripsit.	Mommolus prefectus subscr.
Maurinus episcopus subscr.	Landericus episcopus subscr.	Gondoenus comes subscripsit.
Atherius episcopus subscripsit.	Brado episcopus subscripsit.	Werpienus comes subscripsit.

Drutoaldus.

Charimundus comes subscripsit.

Audinus.

Charulfus comes subscripsit.

Data III. Kalendas Augustas. Anno decimo regni nostri. Parisius. In Dei nomine
 feliciter. Amen.

28.

Dagobertus I. rex Sigranno, generi suo, filio Sigelacti comitis Bituricensis, locum Longoretum in confinibus pagi Pictavenis et Turonensis cum omnibus appendiciis eius concedit, ut ibi monasterium construeret; et alium locum, Millepecum nomine, ad basilicam in honorem sancti Petri fundandam.

1. Autogr. deperditum. — 2. Schedae D. Turpini (ex autogr.) — 3. Codex vetus membranaceus. — 4. Schedae Labbei. Ediderunt 1) ex cod. vet. Choppinus, *Monasticon*, lib. II, p. 281; — Gallia christ. edn. I, tom. IV, p. 828, col. 3; — Le Coine III, p. 232 (fragmentum). — 2) ex schedis Labbei: Labbeus, *Metang. cur.* II, p. 413 (fragmentum). — 3) ex schedis D. Turpini: Brequigny p. 145, n. 76; — Pardessus II, p. 19, n. 258. — De Fay ad a. 632; Brequigny ad a. 632.

Diploma spurium eius viri docti omnes agnoscunt; cfr. Brequigny in nota ad editionem.

Cum per universum mundum fides christianae religionis, ab apostolis sacris eroganda doctoribus, prodigiis et miraculorum signis praeeuntibus, Christi praemisso nomine divulgaretur, innumera multitudo populi totius conditionis ad sacramentum baptismi, purificandi noxam veteris culpa, confluebant. Clodovicus ergo, Francorum rex, praedicatione sancti Remigii baptismi lavacrum sacrae purificationis suscepit, a quo nempe ego Dagobertus, filius Clotarii regis, filii Chilperici, filii Clotarii, filii Childeberti, ab eodem Clodovico primo nostrorum fide Christi imbutus quintus, vitam sanguinis trahens, fidei Christi ac individuae Trinitatis verus cultor, cuius nutu nec etiam astra resistunt vel quidquid coelo subsistit famulatur, caelestis patriae cohabitationem potiore ducens, sacra loca pignorum sanctorum praemissa et a sanctis apostolorum imitatoribus aedificata, a Deo mihi concessis rebus augmentare et etiam in quibus non fuerit locis Christi memoria, non impiger fundata extruere cupio. Est etenim locus non longe a confinibus Pictavenis seu Turonensis pagi, uberrimus pascuis pecorum ac iumentorum, irriguus decursibus aquarum atque amenus venationi ferarum, quo fuit mihi animus saepius commorari, qui etiam ob frequentiam regum delectandi gratia Longoretus a comitantibus vocatur; quem mihi placet dare Sigranno, mihi genere propinquo, qui ab archidiaconatu Turonensium se felice vita frui desiderans, removens sub monachali norma cum iam sibi iunctis fratribus existentem vitam transigere mihi profitetur. Itaque ego Dagobertus Francorum rex, tranquilla pace, divina praedordinante clementia quietus, cum Clodoveo filio meo, quampluribus praesentibus ex meis magnatibus, hunc supradictum locum in decursu Clasiae consitum ac sanctae Dei genitricis et semper virginis Mariae honore praenotatum, cum omni curia et honoribus ipsius curiae pertinentibus, ecclesias cum decimis videlicet et earum exequiis, et omni ecclesiastica redditione, et etiam quidquid vel incultum vel cultum terrae, seu viarum publicarum vectigalibus ac silvarum pascariis, nec non et capite censi ex omnibus hominibus ad ipsam curiam pertinentibus; omnia nempe quae esse videntur decursu Andriae usque transcursum Crosae circa fines Biturigensis ac Pictavenis confinii, quae omnia meae ditioni ac propriae potestati dominicae consistunt, dono et concedo ac perpetuo tenore habenda confirmo regali potentia et dignitate Sigranno, Sigelacti filio comitis ac Turonum episcopi, quatenus qui saecularibus pompis Biturigensis comitis filius abrenuntians, castitate custode virtutum Deo placere gestiens, inibi ex meis propriis rebus ac facultatibus coenobiale monasterium, ut animo concipit, construere liceat, et cum consortio fratrum sub regulari monachorum ordine se Deo vivere devotentium protectione Dei genitricis, quae potior est nostra, devoto obsequio mysteriorum Dei pro sua et nostrorum salute invigilare libeat. Hunc ergo locum, mihi primordio constructionis praecipuum, parte salutiferi ligni, quo Christus passus est, ac parte vestimenti Dei genitricis auro reconditum, seu Ioannis baptistae parte menti, et aliorum sanctorum reliquiis, quas a religiosis viris habemus, cum exorabili obsequio honestissimorum virorum, clericorum videlicet et monachorum, laudes Deo decantantium, sacro munimine adornamus; quatenus fidelis populus, huc orandi devotus adveniens, sciat suffragia quorum Deo propitiante implorare

a) christiana 2. b) promissibus 3. c) rosa edit. d) S. Remigii, Rem. episcopi, divinis afflatus spiramina, ab eodem primo Francorum regum baptismi etc. 2. e) praemissa deum apud Choppinum. f) filius Clotarii regis ab eodem Clodoveo etc. 2. g) sicut Chopp. h) fuerunt 2. i) memoriam 2. k) innumeris Chopp. l) quia Chopp. m) Clasia Chopp. n) praenotato Chopp. o) iurisdictione Chopp. p) censi et emolvi Chopp.; utique ex emolvi Gall. christ. q) dominice Chopp. et Gall. christ. r) ad Deo verere protectione Chopp.; ut ad vivere devotentium Gall. christ. s) devotio Chopp. t) constructas Gall. christ. u) sacra deat Gall. christ.

debeat. Clodoveo etenim, filio meo, quem in tranquillitate pacis et quietudinis regno totius Franciae mihi superstitem statuo, commendo, monéo et praecipio ut, si crescente numero monachorum, in hoc loco consistentium, praeter haec quae damus aliquid ex nostris rebus seu facultatibus superaddere opus fuerit, paternali amore! Deo sibi remunerante impendere non recuset. Et^b si quispiam ex haeredibus nostris aut collateralibus vel propinquorum vel extraneorum, invidioso furore impatiens, vel in maximo vel in minimo hoc conturbare ac distrahere praesumpserit, cum diabolo gehennali perempturus igne, aut Sigiranno seu sequacibus monachis, in aevum^c Deo et sanctae eius matri Mariae deservientibus, contrarius extiterit, regalis in eo expectatur vindicta et insuper dignus irae Dei cum his, quibus in die iudicii dicturus est: *Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et ministris eius*, cum duobus filijs Chore, Daton videlicet et Abiron, hiatu terrae vivus absorbeatur^d, aut cum Iuda traditore coelo et terra perosus in pulverem redactus, turbinibus ventorum expositus disperat. Ob firmitatem igitur perpetui tenoris huius nostri doni locum, quem sibi Sigirannus iam dicit praevidissee^e fore aptum ad construendam basilicam in honore sancti Petri, quem etiam Millepecum^f vocat, cum omnibus 15 ecclesiis iam constructis seu construendis denotari praecipimus, et cum omnibus tam decimis quam pedagiis atque pascariis et vectigalibus et cunctis exitiis terrarum et silvarum, quidquid inde videlicet culti^g vel inculti esse videtur, ut dictum est, infra metas supradictarum^h finium ei monasterio assignamusⁱ, quatenus supervenientes reges se defensores et authores esse debere recognoscant huius regalis coenobii ab omni insectatione 20 persecutorum, si aliquid quispiam quasi ex nostro dono vel fredo^j vel aliquo fraudulentum ingenio praeripere praesumpserit^k. Ego nempe Dagobertus, et Clodoveus filius meus, regali potentia et dignitate propriis manibus firmamus, autorizamus et confirmamus hoc donum^l sanctae Dei genitricis ac perpetuae virginis Mariae, honore cuius fieri praecipio altare in inea regali domo ad celebrandum solemne sacrificium, quousque per amplius 25 construatur aedificium. Anno^m ab incarnatione Domini sexcentesimo trigesimo secundo. Vusseodoⁿ episcopali sede Biturigae civitatis residente. Indictione 6, epacta 11, luna 7. Signum domini Dagoberti. Signum Pipini ducis regiae domus. S. Ebroini. S. Clodovei. S. Odonis comitis. S. Bosonis archiclavus. S. Theodorici praecentoris. Sigiranno dictante firmatum est^o.

29.

633. Apr. 6. *Dagobertus I. rex monasterio S. Maximini, a Constantino imperatore fundato, curlem Decimam cum praediis ad eam pertinentibus et rebus omnibus inter Ruveram fluvium et silvam Idar sitis concedit.*

1. * Autogr. spurium saec. X. sigillo ceræ munitum, in Bibl. Paris. Supplement. Latin. n. 1362, n. 1. — 2. * Vidimus eni 1436, die 18. Januar. in Biblioth. Treverensi, cista B, n. 3. — 3. Transumptum in diploma Karoli V. imp. 4. d. Norimbergae anno 1523, Dec. 4, in Bibl. Paris. Cod. Latin. n. 8768, fol. 2. — 4. * Liber aureus S. Maximini saec. XIII. in tabular. Berolin. fol. 1, n. 15.

Scripturae specimen apud Papebrochium, Propylaeum antiquar. (in Actis SS. April. tom. II, tab. I); — Baring, Clavis diplom. edit. II, p. 243; — Kollar, Analecta Vindobon. I, p. 1027; — Monogramma et sigillum dedit 40 Zyllenius p. 8; — Sigillum apud De Wailly, Paleoge. univers. tom. II, p. 338, planche A.

E d i d e r u n t 1) ex autogr. spurio; Bruscius, monast. Germ. Centuria prima, edit. I, fol. 126; — edit. II, p. 455; — Zyllenius I, p. 8 et II, p. 9; — Papebrochius, Propyl. antiq. (Acta SS. April. tom. II.) p. 6, col. 2, n. 23, et apud Baring, Clavis dipl. p. 243; — Miraeus, Diplom. Belgicae p. 3; — Le Coigne III, p. 6, cap. 6, ad a. 633; — Miraeus, Opera dipl. I, p. 124, cap. 2, ad a. 640; — Calmet, edit. I, tom. I, Preuves, col. 261; — 45 edit. II, tom. II, Preuves p. 76, col. 3; — Lünig, Reichsarchiv XVI, p. 254, n. 67, ad a. 640; — Berthold I, Preuves col. 21; — Hontheim I, p. 78, n. 17; — (Winkelmann,) Histoe. succinctae Hospitalis S. Elisabethae p. 23; — Brequigny p. 148, n. 80; — Pardessus II, p. 21, n. 260; — Broussin, Metropolis Treverensis edit. II, edit. de Strumberg I, p. 339; — 2) ex libro aureo S. Maximini; Guden, Cod. dipl. III, p. 1018; — Beyor, Urkundenbuch I, p. 1, n. 3; — De Foy ad a. 633; Brequigny ad a. 633; Goert ad a. 633; Wau- 50 ters ad a. 633.

a) amore mei Chopp. et Gall. christ. b) desunt apud Chopp. quae sequuntur, usque ad verba ob firmitatem. c) cum Gall. christ. d) providisse Chopp. e) Millepecum edit. f) cultus vel incultus 2. g) supradictorum finis 2. h) ei mon. assignamus om. 2. i) fredo Gall. christ.; hie 2. h) hic desunt Choppinus. l) donum devolutione sanctae etc. Gall. christ. m) Anno — trigesimo secundo om. Gall. christ. n) Vulfoldo Gall. christ. o) S. Ebroini, S. Dodonis, comitis omittit verba S. Clodovei, Gall. christ. et Latine. p) h. l. Labbeus signaturam spuriam omniam exhibet. 55 S. Clodovei.

34) Cfr. Psalm. 105, vs. 17.

Diploma spurium probant Mabillon, *Diplom.* p. 88 et p. 218; *Le Cointe I.* p. 7; *Hontheim I. c.*; *Brequisny, Prolegomena* p. 46 et p. 264 in adnotat.; *Gruber, Lehrsystem der Diplom.* II, 318; *Mart, Gesch. des Erzbistums Triers*, III, p. 40, 139 etc. Chartam una cum aliis pro eodem monasterio Actibus: Pippini, Karoli Magni, Ludovici Pii imperatorum, iam ante a. 963, a falsario confectam fuisse, ex diplomate Ottonis II. regis d. d. 963, Jul. 21, has ipsas confirmante, discimus; *chr. Stumpf, Regest.* n. 533.

† In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Omnium christianorum noverit industria, qualiter ego Dagobertus, rex potentissimus, cum convenienti consilio episcoporum meorum comitumque legalios de mea parte ad abbatem Memilianum direxi, mandans ei, ut diligenter inquireret mihi que per se ipsum indicaret, quibus auctoribus illud monasterium sancti Maximini constructum, vel cuius imperio a pristinis temporibus esset subiectum. Hanc legationem abbas cum fratribus sollicitè percipiens, perlectisque in eodem loco quibusdam vetustissimis cartulis, inventum est id ipsum monasterium Constantini imperatoris fuisse regale templum, atque iussu eius dedicatum fore in honore sancti Iohannis euangeliste a sancto Agricolo venerabili archiepiscopo. In quo videlicet templo, ut idem pater monasterii nostre regalitati certa relatione patefecit, Helena sacra famula petente et favente, supradictus imperator pauperes Christi congregavit eisque virum Dei Iohannem praeponit, ut in servitio Dei semper vacarent et pro se orationibus insisterent; et insuper illius loci habitationem alie persone noluit subdere, nisi sue successorumque imperatorum potestati. His rebus ita esse firmiter intellectis, regio more constituta atque firmissima iussione praecepit, ut nullus unquam proterve illud monasterium, in quo abbas supradictus praeesse videtur, audeat inire, vel ullam inhumanitatem illi violenter inferre. Igitur ut assidua recordatio mel meorumque parentum maneret in praedicto monasterio, ipsorum sancti Maximini praebendariorum victualia, sub praememorato imperatore constituta, additis mea ex parte praediis augere curavi, quorum nomina haec sunt: Kannin, Cressiacum, Lonewih, Regiodola, Vallis Polih, Bodeliacum, Talavanc, Loavia. Haec loca ad regiam curtem que dicitur Decima pertinent: quam curtem^a cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, hoc est quicquid praedii visus sum habere a fluvio, que nuncupatur Rubora, usque ad silvam que dicitur Leder, sancto Maximino praesuli in perpetuam hereditatem contradidi. Insuper etiam cum consilio et rogatu meorum principum ceterisque mihi Deo deservientibus hanc legem firmiter ac perpetualiter in posterum habendam decrevi, scilicet ut centenorum ibidem summa monachorum^b semper integra maneat et inconvulsa, excepto si imperatorum principumve per secula succedentium benivolentia praediis augmentetur vel thesauris. Et si propter paganorum vel infidelium christianorum devastationem eisdem Christi servitoribus penuria ultra modum ingruerit, et per thesauri effusionem expelli nequiverit; Dei omnipotentis^c et mei meorumque successorum habeant licentiam, alodium cum familia, a fidelibus illo contraditum, dandi et vendendi, antequam Dei destruantur servitia. Et ut istius cartule confirmatio firma in eum permaneat, descripsi eam precepti ac nostro sigillo eam inde firmavi. Actum pridie Nonas Aprilis. Anno regni nostri 12. Mogoncie feliciter. Amen.

(L. S.) (S. R.)

Signum (M.) Dagoberti regis. Heriveus cancellarius ad vicem Ricolfi archicapitani recognovi.

30.

Dagobertus I. rex monasterio Haselacensi, quod divino iudicio territus ob remissionem peccatorum suorum in diocesi Argentinensti construxerat, regalem habitationem Kirckhaim cum suburbis Marley, vallem Virdenheim, villam Yege, aliaque dona tradidit. 633. Apr. 16.

1. Chartular. abbatis Weisenburgensis; *chr. Schöpfung, Abbat. dipl.* I, p. 26. — 2. Copia saec. XVI. in tabulario eccles. collegiatae Haselacensis.

Ediderunt ex copia praefata saec. XVI. 1) Coccius, *Dagobertus etc.* p. 139; — Heuschenius, de tribus Dagobertis, p. 88; — *Le Cointe III.* p. 768; — a *Yorburg, Hist. Res. German.* VIII, p. 257; — *Berain, Mémoire hist. sur les régnes des trois Dagoberts etc.* IV, p. 72; — *Schöpfung, Abbat. diplom.* I, p. 26, n. 23. — 2) *Grandidier II.* *Probat.* p. 35; — *Brequisny* p. 149, n. 81; — *Pardessus II.* p. 23, n. 261. — *De Foy ad n. 613; Brequisny ad n. 613.*

Diploma spurium praedicant *Le Cointe I. c.*, *Mabillon, Annales* I, p. 533, *Schöpfung, Grandidier II.* p. 88, *Brequisny et Pardessus I. c.* Charta magna ex parte consentit cum diplomate spurio Dagoberti pro ecclesia Weisenburgensi, d. d. 633, Mai. 11. (*infra* n. 31.)

a) curtem hic scriptum. b) monachorum autogr. c) omnipotentis autogr.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Dagobertus³⁵, divina favente clementia Francorum rex. Omnibus regni sui primatibus, imo cunctis fidem christianam profitentibus, tam futuris quam presentibus. Gratia vobis et pax ab eo, qui est, qui erat et qui venturus est omnipotens. Votum, quo Deo et sanctis se quis obligaverit, sine macula reatus irritum fieri non poterit, et quanto maior et dignior est is, cuius votetur, eo ferietur graviori iudicio votentis et non reddentis praesumptio. Debemus igitur et volumus nos quoque reddere, quod votimus, domino Deo terribili et ei, qui aufert spiritus principum, terribili apud omnes reges terre; qui qualiter in brachio sue virtutis nos terruerit, et qualiter percussit et sanans rursus nos visitaverit, omnibus ad exemplum correctionis notum fieri dignum duximus, precipue ut quisquis fidelis, 10 audito nostro periculo, ab ecclesiarum Dei vastatione se contineat et honorem congruum rebus Deo dicatis exhibeat. Primum ergo de divina super nos habita terribiliter examinatione, postea de voto et voti nostri redditione breviter exponemus. Patre meo Clothario felicitis memorie defuncto, patris regni curam suscepi; sed iuvenili ductus levitate dominique cupiditate distractus, regalis officii debitum neglexi, nihil exhibens 15 commississe sollicitudinis vel diligentie, nihil faciens vel iudicans mansuetudinis aut zelo iustitie. Inter alios excessus meos ecclesiarum destructor et dissipator esse ceperam, quarum defensor et sublimator esse debueram, nec divine maiestatis oculos nec hominum veritus acclamationem. Tandem Dei benignitas obstinate mentis superbiam conterens, virga correptionis iniquitates meas visitavit et castigato mihi veniam non denegavit. Nam 20 raptus in sublime divineque maiestati, inter choros sanctorum in habitu iudicantis sedenti, presentatus a sanctissimis ecclesiarum patronis, pro rebus ecclesiasticis per rapinam distractis a me et consumptis graviter et constanter sum accusatus, maxime a sanctissima Dei genitrice Maria et susceptore animarum sancto Michaeli archangelo atque a beatissimis Petro et Paulo apostolorum principibus. Cumque conscientia gravatus non auderem delicta 25 defendere, ex arbitrio presidentis pene sum addictus, diuque ceso et penis atrocibus confecto adest predictus archangelus, flammeo gladio super me extenso, ultionem de sibi usurpatis bonis sanctorumque quos prenominaui, et propter acclamationem inopum et pauperum in me volens exercere, quibus materiali gladio infestus eram, iudicia non iudicans recta. Succurrit mihi tandem specialis meus patronus martyr Dyonisius, pro me satis 30 faciens sancto Michaeli archangelo, qui precibus suis instantis a pene dilationem et penitentiae mihi tempus obtinuit. Idem ipse quasi modum statuens penitentiae, in hoc mihi spem plene posuit indulgentiae, si ad honorem Dei et sanctorum predictorum, quos magis offenderam, domum divinis aptam servitiis construerem. Qua promissione letatus, lubens voti dimissusque a supernis rediit. Igitur sub certa spe indulgentiae et remissionis peccatorum 35 nostrorum reddentes alacri studio votum, quod fecimus, monasterium in honorem sanctae Trinitatis ac sanctae Mariae perpetuae virginis in loco, qui Hasela dicitur, in meo regno ac diecesi Argentinensi situm, construxi, et honorabili Florentio, Dei amico ac tunc ibidem in solitudine commorante, divini instinctu spiritus a nobis impetrante, iam dictum monasterium sublimare et regali munificentia ditare decrevimus. Donamus ergo predicto monasterio et in perpetuum datum esse volumus de rebus fisci nostri illic adiacentibus, quidquid ad nos spectat, tam in villis quam mancipiis, silvis, vineis, campis, pratis, pascuis, aquis 40 aquarumque decursibus, et omnia haec in usum monasterii antedicti et fratrum ibidem Deo servientium seu famulantium, sub canonicali tamen regula degentium, libera donatione redigimus. Tradimus etiam venerabili Dei cultori Florentio sueque ecclesie locum ac 45 vallem terminorum Vosagi, quos scilicet pro solitudine seu eremo nec non pro regule et expectatione generalis resurrectionis sibi suisque sequacibus fideliter elegit. Sed ne servitores divini cultus ibidem, videlicet et loco et ecclesia predictis, penuriam aliquam vel

a) et instantis edit.

b) — poenas.

c) sic emendatarius est diplomata spuria Dagoberti pro eccles. Walsenburgensi; diligentiam edit.

35) In hoc diplomate duo confunduntur Dagoberti, quod acute observavit Coitius, Ann. T. II, p. 768. Et certe ad regem huius nominis primum pertinent, quae dicuntur de Dagoberto, sancti Dionysii cultore summo, de Nanthilde eius uxore, de filiis Sigeberto et Chlodoveo. Sed Florentius, ad cuius preces Dagobertus Haselacensis monasterii conditor fingitur, ad

actalem Dagoberti secundi pertinet; unde Mabillonius (Ann. I, p. 533.) hoc monasterium a Dagoberto II. conditum sub anno 676. potiori iure censet, expressa charta a Cocchio edita. Nomina autem testium partim senioris, partim junioris Dagoberti regnum in- 55 dicant, ut docet Coitius, quem videatis. BREQUIGNY.

aliquem substantie paterentur defectum, regalem nostram habitationem bene ordinatam seu procuratam Kirckhaim cum suburbiis Marléy, vallem Corone, Virdenheim, villam Vege, castellum situm in monte iuxta stratam Tabernensem, usque ad rivulum Mosellum, cum omnibus adiacentibus hubis, silvis, vineis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, ipsis tradidimus. Locum autem ipsum, quem singulari amplectimur dilectione, nunc et deinceps ab omni servitutis oppressione liberum sub regali volumus esse tuitione; ita videlicet ut nullus iudex publicus, nullus ex iudiciaria potestate, quidquam potestatis vel negotii in ipsis exercere vel habere^a presumat, nec homines locorum antedictorum adstringere vel ad causas audiendas aut freda vel tributa solvenda, postremo nihil penitus ab eis audeat exigere. Ut autem hec nostra traditio et iuris et concessae dignitatis institutio stabilis et inconvulsa iugiter permaneat, chartam hanc inde conscriptam disposuimus, adiectione sigilli nostri appensioneque corroboratam signavimus.

Datum quod fecimus cum filiis nostris, Clodoveo scilicet atque Sigeberto, in dicto Haselacensi monasterio, fratribus ibidem divino famulatu devote insistentibus. Huius traditioni interfuerunt Nanthildis, regina Francorum nostra legitima, cum filia nostra Rathilde. Affuerunt etiam archiepiscopi, episcopi, abbates, prepositi, duces, marchiones, palatini comites et plerique principes regni nostri.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini sexingentesimo tredecimo, mense Aprilis, die sexta decima, in loco saepe nominato.

31.

Dagobertus I. rex ecclesiae Weissemburgensi, quam divino iudicio territus ob remissionem peccatorum suorum construxerat, res fisci adiacentes, tam villas quam mancipia, silvas, vineas, campos, prata, aquas aquarumque decursus, in usus fratrum ibi Deo servientium tradit.

Ediderunt ex veteri membrana eccles. collegiat. Weissemburgensis: Trithemius, Opera I, p. 31; — Nauclerus, Chron. I, p. 757; — Coccius, Dagobert. p. 172; — Magerus, de advocat. armata p. 124; — Heda, Hist. episc. Ultralect. edit. I, (1612.) p. 106; — edit. II, (1643.) p. 15; — Le Coigne III, p. 164; — Vorburg, Hist. rer. German. VIII, p. 241; — Lünig, Reichsarch. XVIII, p. 185, n. 1; — Schoepflin, Atlas. dipl. I, p. 22; — Brequigny p. 503. Addenda n. 1; — Monum. Boica XXXI, Pars I, p. 1, ad a. 623; — Pardessus II, p. 25, n. 262.

Versionem Gallicam edid. Charles Iaulnay in Vie de Saint-Ricule, p. 271 (ex Trithemio). — De Foy ad a. 623; Brequigny ad a. 623.

Diploma spurium esse ostendit Le Coigne I. c., cui assentiunt Mabillon, Annal. I, 384 et reliqui; cfr. Brequigny et Pardessus in annotationibus; magna ex parte ad litteram consentit cum diplomate spurio eiusdem Dagoberti praecedenti pro monasterio Haselacensi.

Dagobertus, divina favente clementia Francorum rex. Omnibus regni primatibus, imo cunctis fidem christianam professis, tam futuris quam praesentibus. Votum quo Deo vel sanctis eius se quis obligaverit, sine macula reatus irritum fieri non poterit, et quanto melior et dignior est se cui vovetur, eo fertur gravius iudicio voventis et non reddentis praesumptio. Debemus igitur et volumus nos quoque reddere, quod vovimus dominus, Deo terribili et ei, qui auctor spirituum principum, terribili apud omnes reges terras; qui qualiter in brachio auae virtutis et nos terruerit, et qualiter percussus et sanans rursus nos visitaverit, omnibus ad exemplum correctionis notum fieri duximus, praecipue ut quisque fidelis auditis nostrae periculo ab ecclesiarum Dei violatione se contineat, et honorem congruum rebus Deo dicatis exhibeat. Primum ergo de divinis super nos habitis terribiliter examinatione, postea de voto et voti nostri redditione breviter exponemus. Patre meo Lothario felicitis memoriae defuncto, patrii regni curam suscepi; sed vivendi ductus levitate dominandique cupiditate distractus, regalis officii debitum neglexi, nihil exhibens commisso sollicitudinis vel diligentiae, nihil faciens vel iudicans mansuetudinis aut zelo iustitiae. Inter alios excessus meos ecclesiarum Dei destructores et dissipator esse coeperam, quarum defensor et sublimator esse debueram, nec divinas maiestatis oculos nec hominum veritus acclamationem. Tandem Dei benignitas obstinatas mentis superbia conserens, virga correptionis iniquitates meas visitavit et castigato mihi ventum non negavit. Nam raptus in sublime divinaeque maiestati, inter choros sanctorum in habitu iudicantis sedenti, praesentibus a sanctissimis ecclesiarum patronis, pro rebus ecclesiasticis per rapinam distractis a me et consumptis graviter et constanti sum accusatus, maxime a sanctissima Dei genitrice Maria et beatissimis Petro et Paulo apostolorum principibus. Cumque conscientiae gravatus non auderem delicta defendere, ex arbitrio praesidentis poenae sum addictus, diuque caeso et paenis atrocibus confecto occurrit mihi tandem specialis patronus meus, martyr Dionysius, qui precibus suis instantis poenae dilationem mihi et poenitentiae tempus obtulit. Idem ipse quasi modum statuens poenitentiae, in hoc mihi spem plenae posuit indulgentiae, si ad honorem Dei et sanctorum praedictorum, quos magis offerendam, domum divinis aptam servituti construerem. Quae promissione laetatus, libens voti, dimissisque a superioribus reddit. Igitur sub certa spe remissionis et indulgentiae peccatorum nostrorum reddentes sacri studio votum quod facimus, ecclesiam in honorem sanctae Trinitatis et sanctae Mariae perpetuae virginis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli in loco,

a) vocem exercere vel habere ex dipl. insequente supplimus. b) vocem supplimus ex diplom. antecedente.

qui dicitur Weissemburgo, constructimus, quam sublimare et regali munificentia ditare decrevimus. Donamus ergo ei et in perpetuum datum esse volumus de rebus suis nostri illic adjacentibus, quicquid ad nos spectat, tam in villis quam mancipiis, sylvis, vineis, rampis, pratis, pascuis, aquis squarumque decuribus, et omnia haec in usum fratrum ibidem sub monastica professione Deo servientium libera traditione redigimus. Et ut huius nostrae donationis auctoritas in omne tempus perseveret stabilis et firma, terminos et circumiacentium nomina locorum subnotare curavimus. Versus orientalem plagam extenditur marcha, quam tradidimus, usque ad Marchenhofen et ad Aldenherden, et inde ad Geboldeswege, et inde subter vadum Lutrae, et inde Buozdingeshorste, et inde ad limitem qui stat in summitate vallis Invesdal, et inde ducit ad meridianam plagam super Warspach, et inde ad Bodemlose stompha, et inde ad Sebach, et inde ad Kirchdale, et inde ad Ingoldeshare, et inde ad sylvosos montes usque ad Bedehur. Ad occidentalem vero plagam usque ad Lautenbach et Berenbach, et inde ad Erlebach, et inde ad Grunenbrunnen, et inde ad Otterichescheyt; ad septentrionalem plagam usque ad Eichenberg. Locum autem ipsum, quem singulari dilectione amplectimur, nunc et deinceps ab omni servitutis oppressione liberum sub regali volumus esse iuritione; ita videlicet, quod nullus publicus iudex, nullus ex iudiciaria potestate, quicquam potestatis vel negotii in ipsa marcha sine patris monasterii licentia exercere vel habere praesumat, nec homines ipsius loci constringere vel ad causas audiendas aut freda aut tributa solvenda, postremo sibi penitus ab eis audeat exigere.

Illud etiam pari decrevimus auctoritate, ut nullus pontificum Nemetensis civitatis vel reliquorum episcoporum aliquam dominandi ibidem vel quaslibet causas agendi habeant facultatem, sed sub nostrae emunitatis defensione omnia illuc pertinentia pater monasterii cum fratribus suis libere et quiete possideant. Ad haec monetam, in se habentem imagines et literas expressamque similitudinem Nemetensis monetae, eidem loco concedimus; parique nostrae auctoritatis donatione ratum et firmum esse volumus, ut homines eiusdem ecclesiae per omnes fines regni nostri libere negotiis suis inserviant, ita videlicet ut nullis debitum telonei persolvant, et nullus iudex seu quaelibet cuiuscumque ordinis persona in huiusmodi causa violentiam eis aliquam inferre praesumant. Fratribus autem ibidem Deo servientibus, ut eo devotius et tranquillius sacratae conversationis ordinem custodiant, liberam inter se eligendi sibi abbatem donamus potestatem. Cui abbati omnibusque sibi succedentibus hoc speciale concedimus privilegium dignitatis, ut in ordinem et ius possit promovere ministerialium, quemcumque de familia tali honore dignum iudicaverit. Omnes etiam ministeriales eiusdem ecclesiae ex dono abbatis accipiant beneficium, solique abbati serviant, nec aliquam potestatem super eos advocatus exercere audeat, nisi forte ex aliqua inobedientia quasi ad rebelles ipsos ministeriales constringendos abbas advocatum invitet. Reliqua vero familia legitimo loco et tempore ter in anno pro iustitia facienda ad placitum advocati debet convenire, et in servitium advocati, si praesens est, singuli singulos denarios solvere, exceptis his qui sunt in emunitate. Quod si in his placitis absens fuerit advocatus, nihil ei ex his denariis debetur, nisi in servitio regis esse probetur.

Ut autem haec nostra traditio et iuris et concessae dignitatis institutio stabilis et inconvulsa iugiter permaneat, chartam hanc conscriptam adiectione sigilli nostri roboratam signavimus. Datum quod fecimus in ipso monasterio mense Maii, die undecima. Anno regni nostri vicesimo tertio. In Christi nomine feliciter. Amen.

32.

633. *Dagobertus I. rex morem antecessorum secutus, ob petitionem Madoaldi episcopi omnes res et facultates, ad ecclesiam S. Petri pertinentes vel ad eam deinceps deferendas, confirmat.*

1. *Chartulae Balduini aet. XIV. in tabular. Confluentino; eod. n. 140, fol. 60, inter putrefacta. — 2. *idem, copia altera coeva, in tabular. Berolin. fol. 55, inter putrefacta. — 3. Gesta Treverorum in *Cod. Bibl. Trever. n. 81, saec. XI, fol. 24, et in cod. Bibl. Moeno-Francfurt. saec. XI. — 4. Copia autographi spuril. Ediderunt 1) ex autogr. spurio: Archiepiscopus et elector. Trevirens. per refractarios monachos S. Maximini aliosque turbati, p. 55; — Zyllesius I, p. 57; — Bröwer I, p. 351, ad n. 643; — Lünig, Reichsarch. XVI, p. 193, n. 3; — Miraeus, Dipl. Belgicae, p. 243; — Calmet, edit. I, tom. I, Preuves, p. 249; — edit. II, tom. II, Preuves p. 67, col. 2; — Miraeus, Opera dipl. I, p. 243, n. 2, ad n. 643; — Hontheim I, p. 76, ad n. 643; — Brequigny p. 144, n. 78; — Pardessus II, p. 17, n. 258. — 2) ex copia autogr. Hammer, Beilage I. —

36) Quae hic adduntur de moneta condenda et de iuribus advocatorum, deunt in diplomate pro monasterio Haselacensi, et nova sunt falsi indicia, cum aetatem sapiant Dagoberto rege longe posteriore. BREQUIGNY, 55

3) ex Balduino: Beyer p. 4, n. 5; — 4) ex cod. Francof. n. XI: Gesta Treviror. ed. Wytttenbach et Muller l. p. 65, — Brequigny ad n. 632; Goers ad n. 633; Wauters ad n. 635.
Diploma spurium esse ostendunt Zyllesius, l. c.; Mabillon, Dipl. p. 218 ex.; Hontheim l. c.; Gallia christiana, XIII, col. 383 et col. 523; contra quos chartam immerito tueri constus est Brequigny in editione p. 144, adnotatione 2 et in Prolegomenis p. 52.

Dagobertus rex Francorum. Viris illustribus, ducibus, comitibus, domesticis vel omnibus agentibus, tam ultra quam citra^b Rhenum^c vel ultra Ligerim^d, tam absentibus^e quam praesentibus. Illud ad augmentum vel stabilitatem regni nostri sine dubio in Dei nomine credimus permanere, si sacerdotum^f vel ecclesiarum Dei rectis petitionibus annuentes^g, id^h quodⁱ nostris auribus patefecerint^j, perducimus ad effectum. Ideoque vir apostolicus, pater noster dominus Modoaldus, episcopus^m ecclesiae Trevericae, praecceptumⁿ afferens ad nos, praecceptionibus praedecessorum^o anteriorum regum, parentum nostrorum, Sigiberti^p, Theodoberti^q, Theoderici^r, imo^s bonae^t recordationis Hlotharii^u gloriosi regis, genitoris nostri, eorum manibus roboratum, in quo erat insertum, quod non solum idem genitor noster, verum etiam praefati praedecessores eius, reges videlicet Francorum, omnes res quascumque boni et^v sancti viri pro divinae contemplationis intuitu ad partem sancti Petri Trevirensis ecclesiae delegaverunt suorumque^w praecceptorum^x auctoritatibus^y confirmaverunt^z, quatinus^{aa} eorum regnum superno auxilio tueretur et postmodum ipsi^{ab} in aethereo regno cum Christo sine carente gaudere possent. Itaque^{ac} pro rei firmitate idem praefatus praesul Modoaldus deprecatus fuit sublimitatem nostram, ut paternum ac praedecessorum morem sequentes, huiusmodi nostrae auctoritatis praecceptum ob amorem Dei et reverentiam sancti Petri de eisdem rebus fieri^{ad} iuberemus^{ae}. Cuius petitioni libenter assensum praebuimus^{af}, et hoc nostrae auctoritatis praecceptum erga ipsam ecclesiam pro divini cultus amore et animae nostrae remedio fieri decrevimus, per quod praecipimus atque iubemus, ut omnes res et^{ag} facultates ad ecclesiam sancti Petri Trevericae urbis pertinentes, scilicet cellam sancti Hilarii^{ah}, quae nunc appellatur cella^{ai} sancti Maximini, quae est in praedio sancti Petri constructa, et cellam sancti Paulini et sancti Eucharitii, et monasterium sanctae Mariae, quod idem praefatus pontifex Modoaldus in territorio sancti Petri nuper a fundamento construxit, quod^{aj} vocatur Horrea^{ak}, et^{al} basilicam sancti Martini, sitam in pago Magninse^{am}, et caeteras basilicas, castella, vicos, villas, vineas, sylvas^{an}, homines, vel quicquid largiente divina clementia deinceps ad eandem^{ao} augmentandam ecclesiam tribuetur circa Rhenum^{ap} et Ligerim^{aq} fluvium^{ar}, in regno nostro consistentia, omnia sub iure et potestate sancti Petri Treverensis ecclesiae eiusque pontificis perpetualiter mancipatione^{as} permaneant. Praeterea^{at} pari modo etiam statuimus, ut nullus ex publicis iudicibus vel aliquis ex iudiciaria potestate in monasteria^{au}, ecclesias, castella, vicos vel agros, loca, seu reliquas possessiones praedictae ecclesiae, tam ultra quam citra^{av} Rhenum^{aw} vel Ligerim^{ax} fluvium^{ay} in pagis vel^{az} territoriis, quae^{ba} infra potestatem regni nostri memorata possidet ecclesia, vel quae deinceps in iure ipsius sancti loci voluerit divina potestas augeri, ad causas audiendas, vel freda^{bb} aut tributa aut coniectos aliquos exigendos^{bc}, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius ecclesiae distringendos^{bd}, vel iniustas exactiones requirendas^{be}, vel thelonium^{bf} exigendum, nostris et futuris temporibus aggredi audeant, vel ea quae supra memorata sunt, nequaquam penitus exigere praesumant. Sed liceat memorato praesuli suisque successoribus omnia praefata monasteria, villas, vicos et castella, cum suis adiacentibus integre^{bg} perpetuo tempore pro remedio animae nostrae seu parentum nostrorum, sicut^{bh} in praeccepto plissimi genitoris nostri continetur, quieto ordine possidere et nostro fideliter^{bi} parere imperio. Sed ut

a) et *editt.* b) circa 1. 2. c) Rhenum 1. 2. d) Lygero 1; Ligerio 2. e) agentibus (*sic*) 1. 2. f) quam et praesentibus 1. 2. 3. g) si petitionibus sacerdotum 1. 2; si sacerdot. petit. 3. h) annuales om. 1. 2. i) in 1. 2. k) quo 1. 2. l) patefecerint 1. 2. 3. m) episcopus 1. 2; archiep. *edd.* n) praecceptum s. n. nos *desunt* in 1. 2. 3. o) praedecessorum 1. 2. 3. p) Sigiberti *editt.* q) Theodoberti 1. 2. r) Theodorique 1. 2. s) imoque 1. 2. t) bene 1. 2. u) Chlotharii 1. 2; Lotharii 3. v) et om. *editt.* w) suorum *editt.* x) praecceptorum om. 1. 2. 3. y) auctoritatis *editt.* z) confirmaverunt *editt.* aa) quatinus *editt.* ab) ipsi om. 1. 2. 3. ac) possent. Itaque om. 1. 2. 3. ad) iuberemus *editt.* ae) iubemus 1. 2. af) libenter s. p. libenter, et 1. 2. ag) vel *editt.* ah) Hilarii 1; Hilarii 2. ai) cella om. *editt.* aj) et *editt.* ak) Horrea 1; Horrea 2. al) et om. *editt.* am) Magninse *editt.* an) silvas 1. 2. ao) augmentetur ecclesiam, circa 1. 2. 3. ap) Rhenum 1. 2. ar) Ligerim 1. 2. as) fluvium 1. 2; fluvium *corr.* av) Rhenum 1. 2. 3. ax) Lygerum 1; Ligerim om. 3. ay) fluvium 1. 2. az) vel in territoriis 1. 2. ba) quae om. 1. 2. 3. bb) freda 3. bc) exigendos 2. bd) neque 1. 2. 3. be) inquirendas *editt.* bf) thelonium 1. 2. bg) integrum 1. 2. bh) velud 1. 2; illud sicut 3. bi) imperio parere 1. 2.

hoc^a nostrae auctoritatis praeceptum pleniorē in Dei nomine obtineat vigorem, et a fidelibus sanctae Dei ecclesiae nostris videlicet praesentibus et futuris temporibus verius credatur et diligentius a successoribus nostris conservetur, manu id^b propria cum liudiis nostris subter firmavimus et anuli nostri impressione^c signare^d iussimus.

(M.) Dagobertus rex Francorum^e, . . .

Cunibertus, gratia Dei^f Coloniensis episcopus^g. Abbo Metensis^h episcopus. Principius Spirensis episcopus. Pipinusⁱ maior domus.

33.

e. a. 633. *Dagobertus I. rex ecclesiam, ab Audoeno archicapellano suo in loco, ubi effigiem quondam sanctae crucis nivibus impressam invenerat, constructam, ab omnium hominum dominatione, advocacione, bannis atque custumiis liberam declarat.*

Transsumptum a Carolo IV. Franciae rege a. 1325. confirmatum, quod diplomati Caroli VI. Romae regis Franciae, d. d. 1362, d. Aug. 26, insertum est, in tabular. eccles. sancti Corneli Compendiensi.

Ediderunt eum laudato transsumpto: Labbeus, Moslang. cur. II, p. 414; — Mariot, Metropolis Remensis I, p. 265; — Brequigny p. 151, n. 82; — Pardessus II, p. 27, n. 263. — De Foy ad a. 638; Brequigny ad a. 637.

Diploma spurium esse ostendunt Brequigny et Pardessus II. cc. in adnotat.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Dagobertus, Clotarii junioris Francorum regis filius. Cum post mortem patris gloriosissimae atque excellentissime [recordationis] Francorum florere in regno et omnia circumquaque nostro subjugata silerent dominio, quadam Maii mensis die una cum optimatibus et primis palatii in Cusiaco silva more solito [venatus sum]^a. Sed dum in capienda omnes unanimiter aestuaremus fera et in persequendum singuli huc illucque discurrerent per saltus opaca, subito domnus Audoenus, archicapellanus noster, in quamdam gratam sed arctam incedit planiciem, in qua nive inculpatam terre crucis dominicae reperit effigiem; erat enim et ab heri, et nudius tertius multa fuerat celi serenitas et sol effrenis curribus suo etiam claro lumine perlustrabat terras. Vidit, substituit, dirigit, et retrogradis cursibus ad nos usque festinans retulit. Properamus, ut dixerat nos etiam vidimus, miramur, magnum adeo fore prodigium confitemur. Ergo idem domnus Audoenus, ut erat prudentissimus, sciens eundem locum visitari et a Domino frequentari, nostris effusus genibus ad edificandum^b basilicam sibi dari petiit. Quem ab Ysara fluvio, e contra Gallis villa, cum magna saltus ambitione et longe lateque circumiacentibus terris, usque ad Bellum villare et usque in eiusdem fluvii ripam^c contra scilicet Riparii^d curtem, impetrare promeruit; ubi in honore sancte crucis ecclesiam fabricavit, villulam quoque congregavit, ipsam denique nostra licentia et voluntate sancto Medardo condonavit ob amorem fratrum, cum quibus illic ab ipsis infancie rudimentis fuerat educatus et liberalibus studiis non mediocriter sed perfecte eruditus. Quam, ipso obnix^e orante, ab omnium dominatione, advocacione, bannis, custumiis liberam fecimus. Et ut firmum permaneat, has in testimonium fieri litteras iussimus et coram episcopis, comitibus palatinis, nostro insignitis nomine, anuli nostri impressione firmavimus.

Signum Incliti regis Francorum Dagoberti. S. Flavii Remorum archiepiscopi. S. Supplicii Bituricensis archiepiscopi. S. Ambrosii Gavalitane episcopi. S. Faronis Meldensis episcopi. S. Amandi Trelectensium episcopi. S. Eligii Noviomensis episcopi. S. Lebnii Carnotensis episcopi. S. Amalarii episcopi. S. Maurini episcopi. S. Erchenaldi maioris domus. S. Beroaldi optimalis palatii. S. Aygulfi comitis. S. Bertini militis. S. Verchemarii militis. S. Autharii militis. S. Radonis militis. Ego Audoenus cancellarius scripsi et subscripsi.

34.

e. a. 633. *Dagobertus I. rex castellum Sancti Dionysii, in quo antea saeptus mansionem habuerat et diebus festivis curiam solemnem egerat, ne fratribus hoc diutius impedimento esset,*

a) hoc itaque nostrae 1. 2; ut haec itaque nostrae 3. b) eum manu propria 1; eam manu propria 3. c) impressione 1. 2. d) signari 2. e) lucunam A. I. non habent 1. 2. f) gratia Dei om. 2. g) episcopus 1. 2; archiepiscopus editt. h) Mettensis 3. i) Pipinus maior domus om. 1. 2. l) venatus eum supplicimus. j) ediff- 50 candum editt. m) ripam editt. n) riparii editt. o) obnoxius editt.

cum consensu archiepiscoporum, episcoporum, abbatum et regni optimatum ecclesiae sancti Dionysii in perpetuum concedit.

1. Autogr. in tabulario S. Dionysii iam deperditum. — 2. Exemplar ad eadem autographi rogatum a. 1412, in tabular. Paris. signalum K, n. 1.
 Ediderunt ex hoc exemplari Doublet p. 661 ex.; — Brequigny p. 153, n. 83; — Pardessus II, p. 28, n. 264. — De Foy ad n. 638; Brequigny ad n. 636.
 Diploma spurium esse ostendit Gervois, tom. II, p. 107 sq.; cui adhaerent Brequigny et Pardessus in notis editionis.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster, Mummolo praefecto, Gandoeno, Werpeno,
 10 Dructoaldo, Auclino, Charimundo et Chariulpho comitibus, vel omnibus agentibus praesentibus et futuris. In his nos oportet praecipue invigilare, quas ad gloriam Dei et illius ecclesiae honorem spectant, eaque ad bonum finem deducere, ut exinde salutem nostram adipisci mereamur. Cum igitur mansionem saepius in castello sancti Dionysii haberemus,
 15 ibique velut in nostro proprio residentes palatio diebus festiis curiam nostram solemnem ageremus, et hoc esset impedimento fratribus monachis ibidem Deo famulantibus, placuit nostrae serenitati ex consultu fidelium nostrorum ab illo castello recedere et deinceps eandem
 20 curiam iisdem festiuitatibus transferre, non longe tamen ab eodem castello, in nostro videlicet Clipiaco palatio, ut ecclesia patroni nostri magni Dionysii ab omni inquietudine intrepida permanente nullus saecularis strepitus fratres impediatur, quominus valeant iugiter pro nobis
 25 Domini misericordiam attentius deprecari. Sano ergo usi consilio, ex consensu archiepiscoporum, episcoporum, abbatum et regni nostri magnatum et optimatum statuimus atque ordinavimus, obtestantes per sanctam et individuum Trinitatem et per adventum iusti iudicis, ut ab hac die et deinceps ob honorem Dei et reverentiam gloriosi protectoris et patroni nostri domini Dionysii neque nos neque successores nostri in praefatis castello
 30 et sancto loco, ubi ipse inquam dominus Dionysius in corpore requiescit et nos sepeliri optamus, mansionem ulterius ullo modo faciemus, nec curiam nostram solemnem celebrabimus aut tenebimus in solemnitatibus dierum paschae, pentecostes, natalis et theophaniae; sed sicut Constantinus magnus imperator semper augustus ac sanctae ecclesiae catholicae defensor tutissimus, sub quo vixit illa et mirum in modum excrevit, beati
 35 Petro arcem Romani imperii cum omni integritate obtulit ac sancto Sylvestro contulit per sua legitima documenta, ita et nos nostra regali munificentia Deo atque beato Dionysio speciali protectori nostro concedimus imperpetuum et donamus hoc castellum, cum omnibus adiacentiis et pertinentiis suis, absque ulla reclamatione; sed quidquid exinde
 40 fiscus noster sperare poterat ipso sancto loco, fratribus monachis ibidem Deo deservientibus hoc decreto firmamus, eos per archiepiscopos et episcopos anatematis vinculo subiciendos et percutiendos, qui aliquid contra nostram hanc auctoritatem et decretum nostrum attemptare praesumpserint. Quod ut perpetuum robur obtineat, manu nostra illud decrevimus roborare, et annuli nostri impressione subtersignari iussimus.

Dagobertus rex subscripsit. Dado referendarius obtulit. Datum Clipiaco palatio.
 40 Anno undecimo regni nostri. In Dei nomine feliciter. Amen.

35.

Dagobertus I. rex ob aeternam remunerationem ecclesiae sancti Dionysii in pago Biturico villam Vallis super fluvium Carum ac villam Argentarias super Magnocuria fluvium cum omnibus appenditiis concedit. 634.
Apr. 16.

45 Ediderunt ex autogr. spurio: Doublet p. 669; — Brequigny p. 154, n. 84; — Pardessus II, p. 29, n. 265. — De Foy ad n. 635; Brequigny ad n. 636.
 Diploma spurium esse ostendunt Gervois II, p. 108 sq.; La Colme III, p. 31; Brequigny et Pardessus in notis editionis.

In nomine domini Dei aeterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Si locis sanctis et divino cultui mancipatis nostrae liberalitatis munificentiam impendimus, id nobis profecto ad praesentem vitam facilius translendam et ad futuram felicius obtinendam prodesse nullo modo dubitamus. Noverit igitur omnium fidelium sanctae Dei ecclesiae nostrorumque tam praesentium quam et futurorum solertia,

quoniam ob aeternam remunerationem concedimus sancto Dionysio, martyrum egregio, et fratribus ibidem Deo servientibus villas quasdam iuris nostri, quae sitae sunt in pago Biturico, scilicet villam quae vocatur Vallis, quae sita est super fluvium Carum, ac villam quae vocatur Argentarias, sitam super Magneuria fluvium, cum omnibus appenditiis earum. Unde hoc nostrae altitudinis praeceptum fieri et praefato sancto Dionysio et fratribus ibidem Domino deservientibus dari iussimus, quatinus iam dictas villas perpetualiter teneant atque possideant absque ullius contradictione. Et ut hoc per omnia tempora inviolabiliter conservetur, manu propria praesentem nostram auctoritatem super firmavimus, et annulo nostro insigniri iussimus.

S. Dagoberti, gloriosissimi regis. S. Chlodovii, filii Dagoberti. S. Arnulfi Metensis 10
episcopi. Data per manus Dadonis, regiae dignitatis cancellarii. Hoc actum est Parisius
foeliciter. In Dei nomine. Amen. Data 4. Idus Aprilis. Indictione 12. (Anno) 13. regnante
Dagoberto rege.

36.

635
Jul. 18

*Dagobertus I. rex Wandelberto duci intimat, se villam Sarcitas in pago Stampinse, 15
super fluvium Iolna sitam, quam cum alia villa, Amica nomine, commutasset, matricularis
ecclesiae sancti Dionysii, qui ad ipsam basilicam residebant, ad eorum sustentationem con-*
cessisse.

Autographum deperditum. — 1. Chartular. saec. XIV in Bibl. Paris. n. 5415. — 2. Copia chartular. Colbertini
recentioris officii in tabulario S. Dionysii fol. 13. 20

Ediderunt 1) ex autogr.: Doublet p. 669 ex. — Le Coite III, p. 23, ad n. 636 — Bouquet IV, p. 629, n. 20,
ad n. 636. — 2) ex chartular. saec. XIV: Brequigny p. 156, n. 87; — Pardessus II, p. 31, n. 268. — De
Foy ad n. 635; Brequigny ad n. 635.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster, Wandelberto duci²⁷. Quicquid ad atendos
pauperes plena devotione conferimus, retributionem mercedis ob hoc in futurum habere 25
confidimus. Igitur cognoscat industria vestra, nos villam noncupante Sarcitas^a, super
fluvium Iolna sitam, in pago Stampinse, quam de domno Ferreolo, Augustidunensis
urbis episcopo, vel a Deodato abbate seu clericorum et ecclesia vel basilica domni Sympho-
riani, ubi deservire noscuntur, contra alia villa Amica nomine, quae est in territorio Massi-
liensi, commutavimus, pro mercedis nostrae compendium ipsas Sarcitas cum omni inte- 30
gritate vel merito suo ad matricularios domni Dionysii martyris, ubi ipse preciosus dominus
in corpore requiescit, qui ad ipsa basilica vel infra eius atrio ad matriculas residere videntur,
unde quod iuxta eisdem in reliquo ampliari voluerit ad eorum substantiam, hoc plena
devotione concessimus. Praecipientes ergo, ut a praesente die superscripta curte Sarcitas
cum domibus, mancipiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, farinariis, gregibus cum pastoribus, 35
adiacentiis vel omni integritate et termino suo, sicut ab antedicta sancta ecclesia Augusti-
dunensi vel domni Symphoriani fuit cum omni soliditate possessum, cum hoc nos, ut
diximus, data alia villa communi convenientia commutavimus, possideant. Ideo quod ex
nostra largitate pro animae nostrae salute ad ipsos matricularios domni Dionysii absque
introitu iudicum fuit perenniter Deo propitiante concessum, nec abba nec alia quaelibet 40
persona rem ipsam de donatione ipsorum matriculariorum quoquo tempore non praesumat
auferre, sed per manum abbatis eorum, in quo est ipsorum pauperum victus assidualis,
exinde in Dei nomine ministretur, et quicquid de fredis aut de reliquiis exinde fiscus
augmentare potuerat, ad ipsos pauperes proficiat in augmentis: unde ipsis, vel qui eis
successerint, delectet pro regni nostri stabilitate vel animae nostrae salute crebrius exorare. 45
Et ut haec praeceptio inconvulsis temporibus debeat perdurare, propria manu decrevimus
roborare.

Ursinus obtulit. Dagobertus rex subscripsit.

Datum sub die decima quinta Kalendas Augustas. Anno decimo quarto regni nostri.
Cliquaco, feliciter. Amen. 50

a) S. vitas Doubl.; Sarcitas Chartul.

27) Diploma postea confirmavit Hludowicus Imp. a. 814. Dec. 1. Vide etiam Gesta Dagoberti cap. 42.

37.

Dagobertus I. rex monasterio sancti Dionysii et abbati Dodoni villam regiam Aquaputam in pago Parisiaco cum omnibus appenditiis eius concedit. ^{635. Aug. 1.}

Autographum spurium iam deperditum. Chartular. S. Dionysii in Bibl. Paris. n. 8415 aeco. XIV.

Ediderunt ex autogr. Doublet p. 670; — Le Coite III, p. 24, ad a. 635; — Bouquet IV, p. 636, n. 21, ad a. 636; — Brequigny p. 157, n. 68; — Pardessus II, p. 32, n. 263, ad a. 635. — De Foy ad a. 635; Brequigny ad a. 635.

Diploma spurium indicant Le Coite l. c.; Mabillon, Annal. l. p. 341; Gormos II, p. 110; Gallia Christ. VII, col. 339, praecipue ob nomen abbatis S. Dionysii, quem sub Dagoberto Aigulfum, praedecessorem Dodoni, fuisse Mobilonius memorat. Diploma defendere conati sunt Brequigny et Pardessus in notis editionis.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Homo semper, et incolumis etiam et acsi aegritudine positus, pro salute animae suae attentius debet vigilare, ut in futurum valeat mercedem conquirere. Igitur nos pro Dei intuitu vel remedio animae nostrae donamus ad monasterium sancti Dionysii, ubi ipse preciosus dominus in corpore requiescit, et ubi nos sepeliri cupimus, donatumque in perpetuum esse volumus villam nostram, quae vocatur Aquaputa, sitam in pago Parisiaco, cum omni iure et soliditate sua. Quapropter per praesentem cessionem decernimus, quod perpetualiter Domino protegente mansurum esse volumus, ut ipsa villa cum omni integritate vel adiacentiis suis per praesentem auctoritatem iure firmissimo perveniat ad praedictum monasterium vel Dodone abbate, qui ibidem rector praesens videtur, ita ut in postmodum cum terris, domibus, mancipiis, vineis, sylvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, gregis cum pastoribus, adiacentiis, appendiciis, vel reliquis quibuscumque beneficiis, sicut usque hactenus a fisco nostro fuit possessa, ita ex nostra indulgentia pro animae nostrae salute vel stabilitate filiorum nostrorum ad ipsum sanctum locum vel ad ipsos fratres, qui ibidem Deo deserviunt, nostris et futuris temporibus proficiat in augmentis. Et ut haec cessio firmiter habeatur vel diuturnis temporibus cum successoribus nostris illaesa conservetur, nos eam prout potuimus subter firmavimus, vel de anulo nostro sigillari iussimus.

Ursinus obtulit.

Dagobertus rex subscripsit.

Datum sub die Kalendas^a Augustas. Anno decimo quarto regni nostri. Clipiaco feliciter. Amen.

38.

Dagobertus I. rex basilicæ sancti Dionysii, ubi ipse sepeliri optat et Aigulphus abba praecet, villam Malliacum in pago Bituriaco sitam et a Caro fluvio duobus milibus distantem concedit. ^{636. Oct.}

Ediderunt Doublet p. 671; — Brequigny p. 160, n. 91; — Pardessus II, p. 36, n. 272. — De Foy ad a. 635; Brequigny ad a. 635.

Chartam spuriam esse ostendit Gormos II, p. 110. et.; cum quo consentiunt Brequigny et Pardessus in notis editionis.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Obtabile esse oportet, dum in hac caduca vita consistimus, de transitoriis rebus pro mercede aeterna loca sanctorum sublevare ad alimoniam et sustentationem servorum Dei, quatinus de caducis rebus mercemur aeterna. Igitur nos haec considerantes, donamus villam iuris nostri, quae vocatur Malliacus, in pago Bituriaco sitam, a Caro^b fluvio duobus milibus distans, fratribus monachis deservientibus ad basilicam domni Dionysii martyris, peculiaris patroni nostri, ubi praesens videtur Aigulphus abba et nos sepeliri optamus, in alimoniam specialiter eorum in perpetuum administrandam. Igitur praedictam villam cum terris, dominiis, mancipiis, servis et ancillis, sylvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus vel omnibus adiacentiis praedicto sancto loco et monachis ibidem servientibus nostra munificentia speciali donatione in alimoniam concedimus: quatinus ipsis bonis de praedicta villa utentes, pro nobis

a) XV. Kal. Aug. Chartular.

b) legendum Caro.

et prole nostra cotidiana oratione Deum exorent, ut ille sua nos misericordia protegat, pro cuius amore haec eis contulimus. Et ut haec donatio nostrae auctoritatis per succedentia tempora inviolabiliter obtineat firmitatem, manus nostrae subscriptione eam subter decrevimus roborare.

Dagobertus rex subscripsit.

Dado cancellarius obtulit.

Signum Arnulfi, Metensis episcopi. S. Eligii Noviomensis episcopi. S. Aygulfi abbatis monasterii domni Dionysii.

Datum in mense Octobri. Anno quarto decimo regni nostri. Actum in Dei nomine Clipiaco palatio feliciter. Amen.

39.

635. *Dagoberti I. regis Testamenti Fragmenta.*

1. Autographa quatuor, Lugduni, Parisiis, Metis et in thesauro regio asservata, iam deperdita. — 2. *Fragmentum in cod. Bibl. Vatic. Christiana. n. 581, folium unum complectens, saec. X. — 3. Fragmentum aliud in Chartular. S. Germani saec. XIII. in tabular. Paris. — 4. Fragmentum tertium in anonymi Gesta Dagoberti regis, 15 saec. IX. a monacho S. Dionysii compositis. — 5. Excerptum in Historie Aimoini manu scripta, in cod. Bibl. S. Germani, iam Bibl. Paris. saec. XI. et. vol. XII. inc. fol. 81.

Ediderunt 1) ex hist. Aimoini: Editio princeps Aimoini monachi de Normannorum gestis etc. Paris. 1603, p. 176, cap. 30, et edid. Du Chesne, SS. Hist. Franc. tom. III, pag. 113. Paris. 1640; — Le Cointe III, p. 28; — Bouquet III, p. 133, not. a. — Ex Aimoini et Chartulario S. Germani; Brequigny p. 162, p. 93; — Perdenus II, p. 38, n. 274. — 2) ex chartul. S. Germani; Bouiffart Preuves p. 4. — 3) ex tabular. S. Dionysii; La Londe, Concil. Gallic. p. 462, ad a. 642. — 4) Gesta Dagoberti apud Bouquet II, p. 599 med.; — Io. Geo. ab Eckhart, Francis Orient. I, p. 205. — De Foy ad a. 636; Brequigny ad a. 636.

Diploma spurium censent Valerius, Rer. Franc. lib. XIX, p. 122; Colinius l. c.; Brequigny l. c. et Prolegom. p. LIV; Pardecius l. c.; scontra Testamentum non respicere videtur Mabillon, Dipl. p. 29 ex. (l. b. 1, cap. VII, n. 8.) 25

In nomine trinitatis domini Dei omnipotentis. Apostolicis patribus, pontificibus videlicet ac abbatibus vel reliquis sacerdotibus, in regnum nostrum consistentibus, Dagobertus rex Francorum³⁶. Quantum intellectualis sensus humani potest mente sagaci pensare atque solerti indagatione perpendere, nichil amplius valet in huius seculi luce ac fugitiva gaudia lucrari, quam quod de rebus transitoriiis locis venerabilibus quis studeat in alimonia pauperum impendere: quatinus, qui fragilitatem nature generaliter patitur,

Gesta Dagoberti cap. XXXIX.

priusquam subitanea transpositio mortis eveniat, oportet pro salute animae vigilare, ne forte inveniat aliquem imparatum, sique sine aliquo respectu praesentem lucem auferat atque perpetuis tenebris et aeternis eum tormentis tradat. Quin potius, dum proprio libertatis iure subsistit ex caducis substantiis in aeterna

Cod. Vatic. Christ.

tabernacula vitam quaerat mercari perpetuam, ut inter consortium iustorum desiderabilem valeat adipisci locum, et retributorem sibi preparat Dominum, atque ex rebus transitoriiis ad loca venerabilia sanctorum in alimoniis pauperum curet impendere, quatinus ab ipso Domino fructum indeficientis Paracliti inter astra matutina mereatur refoveri. De cuius fonte vivo perfecta fide poscenti nec subtrahitur poculum nec minuitur alveus, sed potius quisquis hauserit, irrigatur dulcedine caelitus atque suavis ei flagrat odor balsami paradysi. Et ideo ego discutiens

Historia Aimoini ms.

priusquam subitanea transpositio eveniat, pro salute animae invigilent, ut non inveniat quisquam imparatus, vel sine aliquo respectu discedat a seculo.

Quin potius, dum proprio libertatis iure subsistit, ex caducis substantiis in aeterna

a) pro hoc diploma in *Histor. Aimoini et Chartulario introitu Gesta Dagoberti tali modo incipit*: Audite me, o vos reges et dulcissimi filii omnesque proceres atque fortissimi duces regni nostri. Priusquam etc. *ut infra*. b) A. I. incipit *codicis Vatic. fragmentum*. c) *sic existit in Cod. Aimoini et in Chartulario*.

36) Gesta Dagoberti et Aimoinus placitum in palatio Bigargio, in quo regem testamentum suum publico recitasse tradunt, anno regni eius 14, d. 10. Kal. Iulias assignant.

Cod. Vatic. Christ.

Hist. Aimoini ms.

conscientiam ac mei cordis excessum, atque
 considerans examinationem superni regis,
 iudiciumque ipsius metuens, necnon etiam
 5 verens poenas hominum infelicitum, maxime
 autem concupiscens gloriam infinitam iusto-
 rum, et precavens illud, ne ultimus dies iuxta
 dispensationem Domini nos de memoria san-
 cto-
 10 veniat: ita nobis sana mente sanoque consilio
 placuit et, ut iam diximus, devotio animae
 admonuit, pro aeterna retributione testamen-
 tum condere, in quo basilicas sanctorum pene
 omnes regni nostri, temporibus nostris nomi-
 15 natas, propriis nostris donationibus heredes
 fieri preciperemus, et pro immutabili bene-
 ficio firmare decrevimus, et quicquid ubique
 ad loca sanctorum per eadem nunc ad presens
 contulimus, infra simili adnotatione contexi-
 20 mus; ex quibus unum Lugduno Galliae diri-
 gimus, alium vero Parisius in archivo eccle-
 siae commendamus, tertium Mettis ad custo-
 diendum domino Abboni donamus, quartum
 autem, quem et in manibus habemus, in
 25 thesauro nostro reponi iubemus.

Itemque post pauca: Itaque nobis sana
 mente sanoque consilio placuit et, ut diximus,
 devotio divina nos ammonuit, ut pro salute
 nostra vel pro eterna retributione conscri-
 bendum preciperemus testamentum

et pro immutabili beneficio quattuor uno te-
 nore firmavimus, et quicquid ubique per loca
 sanctorum
 contulimus, inibi simili annotatione contexu-
 20 mus; ex quibus unum Lugduno Gallie direxi-
 mus, aliud vero Parisius in archivis ecclesiae
 commendavimus. *Ut supra dictum est*.

Deinde subiungitur: Donamus igitur ad
 basilicam domni Vincentii Parisius, ubi sepul-
 turam quandoquidem Deus iusserit habere disponimus^{a)}, donatumque in per-
 30 petuo esse decernimus, villam cognominatam Cumbis villam, in pago Parisiaco,
 quem Ursa filia Alderici tenuit. Pari modo ad basilicam beati Petri apostoli
 Parisius, ubi sancta Genovefa requiescit in corpore, villam Dravernum in Brigeio.
 Ad^{b)} basilicam vero domni Dionysii, item Parisius, ubi cum sociis requiescit,
 villam Eraunate in Brigeio. Ad basilicam domne Columbe vel domni Lupi
 Senonis villam Grande Campum in Gastinenense etc.^{c)} quae ibi plura continentur.

Haec igitur propria extat nostra devotio et haec Domini nostri conlatio, qui
 35 perfecta vota dignanter excipit, quia videlicet illi certa fiducia hodie necessitatis
 manebit, quisquis locis sanctorum atque sacerdotibus et egenis hic alimoniam
 tribuit: quoniam scriptura teste *feneratur Domino, qui miseretur pauperi*, et ipse
 regnator Olympi vicissitudinem reddet ei. Unde, sicut diximus, pro remedio
 40 animae nostrae nos ipsa conditio admonuit, ut post discessum quandoquidem
 Deus iusserit nostrum, sacerdotes, qui in illo tempore in illis locis infrascriptis
 officii curam gesserint, sicut in presenti pagina continetur, absque ullius expectata
 traditione praesentialiter cum omni integritate recipiant atque ad suprascripta
 loca sanctorum in reliquum cuncta aspiciant, et sub integra emunitate pro nostra
 45 mercede ibidem in perpetuum proficiant. Cumque unusquisque eorum sibi col-
 lata tempore illo receperit, nomen nostrum in libro vitae omnimodis inserat, et
 omnibus dominicis diebus seu praecipuis sanctorum sollemnitatibus per omnia
 recenseat. Illud vero, quod ad medelam animae nostrae plenius pertinere con-
 fidimus, per hanc paginam vos sacerdotes, temporibus illis in ipsis sanctis locis
 50 consistentes et officia inlibata procurantes, per caelestem regem conluramus:
 cum collata sibi unusquisque perceperit, insequentibus diebus tribus annis

a) Itemque p. p. in Hist. Aimoini et in Charul. etc scripta sunt. b) Ut — dictum est in Hist. Aimoini et in Charul. etc scripta sunt. c) D. s. Hist. Aim. et Charul. d) Ad basilicam — in Brigeio desunt in Charul. e) etc. — continetur cod. Hist. Aimoini et Charul.

53 39) Falsum, nam Dagobertus non uno loco basilicam S. Dionysii designavit, ubi tumulari vellet; cfr. supra pag. 18, diploma n. 18.

*Cod. Vatic. Christ.**Ms. Aimoim m.*

missas pro nobis caelebrent, et sacrificia misericordissimo regi pro sarcina commissa peccaminum solvenda omnimodis offerant. Hoc vero testamentum Domino iudice ac teste precipue per hanc paginam, omnibus qui adestis consentientibus, committimus dulcissimis filiis nostris, Sigeberto et Hludovico regibus, quos nobis Christi largitio concessit habere in prolem, aut quos adhuc Dominus dederit filios, qui nobis succedere

Gesta Dagoberti.

debeant, ut hoc commune nostrum decretum faciatis in omnibus conservare, et haec collata nostra non praesumatis convellere. Sed per omnipotentis nominis Trinitatem, vel virtutes archangelorum, patriarcharum et prophetarum, apostolorum atque martyrum omniumque sanctorum, et tremendum diem iudicii seu adventum domini nostri Iesu Christi, ante cuius conspectum resurgere videmur, coniuramus, quatinus statuta nostra, quae praesens declarat scriptura, stabili firmitate perpetim faciatis custodire.

Nos autem praesentes cartas testamenti pro nostra in perpetuum mercede propria studemus roboratione firmare, et omnibus, qui adestis, episcopis, abbatibus, proceribus atque magnificis viris, ad praesens iubemus vestris subscriptionibus vel signaculis adfirmare. Et iterum iterumque, sicut supra diximus, vos reges et dulcissimi filii nullo modo praesumatis convellere, si ea, quae post nostrum discessum statueritis, inconvulsa manere vultis: quia illud nolo dubitetis, quod successores et vos habituri eritis, et si nostra non conservaveritis, nec vestra statuta stabilia esse credatis.

Ad ultimum vero intulit: Vos autem, 20
boni filii, considerantes primum nature religionem, cuius gratia et bestias ligat, manete fratres, nolite exuere quo onerati estis. Deinde reveremini me, patrem vestrum, qui rogare malo cum possim iubere, ut statuta 25
nostra inconvulsa servetis, sicuti vestra a successoribus vestris servari mavultis, profecto scientes: quod si a nobis sancita contemptui habueritis, quod non arbitror, pari modo et vestra a posteris contempnentur de- 30
creta.

40.

636.
Iul. 30.

*Dagobertus I. rex, ut beatum Dionysium sibi uxoriq[ue] et liberis apud Deum intercessorem obtineat, basilicam eius, cui Leobasarius abba praeesse videtur, res quasdam in Limozino et Bituricensi confinio sitas concedit, id est castrum Patriacum, cum ecclesiis villisque 35
ad illud pertinentibus, curtem Patriacum super fluvium Jugie, cum capella et tribus ecclesiis, aliisque multa, villas scilicet plus quam 23, ecclesias 25, cellas et capellas 2, curtem 1, denique castrum unum.*

Ediderunt: Doublot p. 672; — Le Cointe III, p. 36; — Brequigny p. 164, n. 94; — Pardessus II, p. 41, n. 276. —

De Foy ad n. 636; Brequigny ad n. 636.

Diploma spurium esse ostendunt Germon II, p. 112 s. sn.; Le Cointe I, c.; Brequigny et Pardessus in notis editionum.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Cum certis et cotidianis manifestetur indicium esse verum, quod omnium materies et conditio nascentium tempore momentaneo revertatur in nihilum, nostrarum salus poscit animarum, quatinus quisque, quem primi 45
hominis negligentia exulem facit et peregrinum, cotidie totius vitae suae discutiat modum, ac deinde sors extrema cum nondum vitalem rapuerit spiritum, pro meritis locum obtinere se illic exerceat, unde prius ruit et ubi post transitum eius anima ductu angelico est reditura. Eapropter ego Dagobertus, Francorum rex a Deo coronatus, cui summi regis permissione praedecessorum necne nostrorum concessione Francia obsecundat et famulatur, de salute 50
animae nunc tractando, saniori usus consilio, apud me deliberavi quemlibet Christi militum

a) A. I. desinens fragmentum cod. Vatic. Christ. quod rursus descripsit *Gesta Dagoberti* I, c. b) Ad — Intulit in cod. Aimoim.

pro mearum quarundam donatione rerum adiutorem mihi facere et proximum. Est hic inclitus et preciosus videlicet testis Dionysius, qui olim timore nudus, fidei fervore accinctus, Galliam petiit, et ibi gentiliū pululante perfidia viriliter resistit, fide constans, sanctae legis praedicando ac patefaciendo doctrinam. Hic etenim proprii cruoris effusione siquidem a dextris
 5 Dei cognoscitur sedere, iugiterque impetrare pro quibus voluerit petere, orbis universus eum summo debet venerari obsequio; multum quidem ego, qui in declinando patris iram Ipeius sensi michi non abfuisse gratiam. Quapropter, licet ipse praefatus Dionysius nullo indigeat pro gloria, qua cum Deo faeliciter potitur, tamen ut michi cum uxore propria et liberis apud aequum Iudicem fiat fidissimus intercessor, culparum quoque nostrarum in die iudicii
 10 excusator, coenobitis monasterii illius, in quo corpore eum quiescentem cum gemitibus peccatores adeunt et peccata fatentur, et ubi Leobafarius abba praeesse cernitur, res quasdam in Limozino et Bituricensi sitas confinio, regio hactenus adscriptas dominio, per succedentium temporum curricula decernimus quiete obtinendas. Nomina autem earum ut certa pateant, omnibus subtitulantes sic recitamus: in primis videlicet castrum nostrum
 15 quod dicitur Patriagus, cum ecclesiis, villis etiam ad ipsum castrum pertinentibus et cum ecclesiis, tum et cuncta quae sub eius dominatione hactenus fuisse noscuntur, fratribus monasterii eiusdem Christi martyris Dionysii in ius et dominationem ab hac die ac deinceps transfundimus. Deinde curtem nostram, quae vocatur Patriacus, sitam super fluvium Iugle, cum cappella nostra in honore sancti Salvatoris consecrata, et cum tribus ecclesiis in eadem
 20 villa existentibus et cum omnibus appendiciis suis. Addimus namque alias villas duas cum ecclesiis, quae sitae sunt super fluvium Vulsie, videlicet Petram Fictam et Patriacum, cum prato dominico et cum omnibus appendiciis suis; et villam nostram, quae dicitur Fornolis, cum serjis et ancillis, et Nigromontem cum ecclesia, et Campaniacum cum ecclesia. Damus etiam cellam de Larundo et ecclesiam parochialem cum omnibus ecclesiis
 25 ad ipsum castrum pertinentibus, tam intus quam extra. In Bituricensi etiam pago adiungentes concedimus villam de Casimansi cum ecclesia, villam de Lanatico cum ecclesia, villam de Giuretis cum ecclesia, villam de Archiniaco cum ecclesia, villam de Maniaco cum ecclesia, villam de Stivaliculis cum ecclesia et quinque mansis ad eandem ecclesiam pertinentibus; villam de Guierlaico cum ecclesia, villam de Vernido cum ecclesia, villam de
 30 duabus casis cum ecclesia, villam de Vicoplano cum ecclesia, villam de Perolio cum ecclesia et campo dominico, villam de Vallo cum ecclesia, villam de Argenteria cum ecclesia, villam de Noto cum ecclesia, villam Umreziaco cum ecclesia, villam de Napsiniaco cum ecclesia; et quaeque pertinere videntur ad easdem villas, cum servis et ancillis, terris, pratis, sylvis, farinariis, aquis aquarumve decursibus. Damus nempe insuper omnem terram, quae est inter
 35 duas aquas, a Cono flumine usque ad fluvium fontis Moer, cum omnibus ecclesiis: ecclesiam videlicet sancti Marcialis de Salviaco et ecclesiam de Curciaco, ecclesiam de Mosayco, et etiam omnes res ad easdem ecclesias pertinentes tam intus quam extra, ad eundem locum ubi hae duae aquae copulantur, extra capellam nostram, in honore beati Martini consecratam, cum duabus villis ad eandem ecclesiam pertinentibus, scilicet Goloaco, et altera quae dicitur
 40 Longavilla, quas dominus Godinus, vir apostolicus, Lugdunensis archiepiscopus, a regia tenebat maiestate. Ecce qualia beato Dionysio sibi quae famulantibus offero. Quae si quis forte, quod absit, nobis in regni solio succedentium, vel quaelibet praepotens persona, illi damna inferendo in suum reducerit dominium; prout ego ipso suffragante salvari spero dans ea, ita ipse invasor ea retinendo morte damnatur pessima. Hoc autem donum ut
 45 posteris non videatur apocryphum sed stabile, vel haec carta ut firmiter sit per tempora, nostrae manus signo roborari et confirmari statuimus.

Signum Dagoberti incliti regis.

Signum Palladii archiepiscopi. Signum Landerici episcopi. Signum Laudomeri episcopi. Signum Fraudoberti episcopi. Signum Asterii episcopi. Signum Eligii episcopi.
 50 Signum Franemundi episcopi. Signum Sylvini episcopi. Signum Lauradi episcopi. S. Maurini episcopi. S. Clari episcopi. S. Gradoni episcopi. S. Iohannis episcopi. S. Burgundophari abbatis. S. Leobafarii abbatis Sancti Dionysii. S. Mummoli praefecti. S. Gundoeni comitis. S. Charulfii comitis. S. Audini comitis. S. Dructoaldi comitis. S. Charimundi comitis. Dado, archiepiscopus Rotomagensis ecclesiae, consentiens subscripsit.

55 Data tertio Kalendas Augusti. Regni nostri anno 15. Actum est Compendio palatio, faeliciter. Amen.

41.

⁶³⁶ *Dagobertus I. rex basilicae sancti Dionysii, ubi Aigulphus abba praeesse videtur, villas Noth et Pascellarius, in pago Bituricensi, cum omnibus adiacentis concedit.*

Edidit ex autogr. spurio Doublet p. 671 p. med.; — Le Cointe III, p. 36; — Brequigny p. 165, n. 95; — Pardessus II, p. 43, n. 277. — De Foy ad n. 636; Brequigny ad n. 636.
Diploma spurium esse ostendit Germon II, p. 111; cfr. Brequigny et Pardessus in notis editionis.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Priusquam homo subitanea morte moriatur, oportet pro salute animae suae vigilare, ne forte, morte sine aliquo respectu praesentem lucem auferente, inveniatur aliquem imparatum, et sic perpetuis tenebris atque aeternis eum tradat tormentis: unde, dum proprio libertatis iure subsistit, ex caducis substantiis in aeterna tabernacula quaerere debet vitam mercari perpetuam. Idcirco ego pro remedio animae meae monachis basilicae domni Dionysii, peculiaris patroni nostri, in qua ipse preciosus martyr cum sociis suis corpore requiescit et nos sepeliri optamus, ubi etiam abbas Aigulphus praeesse videtur, concedo villam nomine Noth, et alteram quae vocatur Pascellarius, cum adiacentis suis, sitas in Bituricensi pago, et mancipia utriusque sexus cum pratis, campis, sylvis, aquis aquarumve decursibus, sicut haecenus a fisco nostro possessae sunt, ita ex nostra indulgentia propter acquirendam animae nostrae salutem vel propter filiorum nostrorum stabilitatem praesenti et futuro tempore in perpetuum proficiant et habeant, nullusque de filiis nostris aut regibus Francorum, successoribus nostris, nec pontifex nec abbas ipsius monasterii, nec quaelibet praepotens persona, praedictas villas quas eidem sancto loco concessimus auferre praesumat, si iram Dei et offensam domni Dionysii non optat incurrere. Et ut haec praecipio firmior habeatur vel per tempora conservetur firmioremque habeat vigorem, manus nostrae subter eam decrevimus roborari subscriptionibus.

Signum Dagoberti regis. Signum filii eius Chloundouei. Signum Eligii aurificis sui. Signum Dadonis cancellarii sui. Signum⁴⁰ Geremari abbatis. Signum Aigulphi abbatis.

Datum sub die Kalendas Novembris. Anno decimo quinto regni nostri. Actum Clipaco palatio, faeliciter. Amen.

42.

⁶³⁷ *Dagobertus I. rex Amando, episcopo Traiectensi, locum inter Scarpum et Elnonem, monachis quos ibi ordinare vult opportunum, concedit.*

1. Chartular. S. Amandi saec. XII, inc. — deperditum. — 2. Chartular. S. Amandi saec. XIV. in tabular. Insulano. — 3. Copia chartul. saec. XIV. in schedis V. Cl. de Brequigny, saec. XVII. exarata.

Ediderunt 1) ex chronographo Elnonensi: Miraeus, Notit. eccles. Belgit p. 7, cap. 4, ad n. 639; — Boxhornius p. 437; — Acta SS. Bolland. Febr. tom. I, pag. 818; — Gallia Christiana, edit. I. (1688), tom. IV, col. 37 35 (fragmentum); — Le Cointe III, p. 89, cap. 7, ad n. 639; — Lünig, Reichsarchiv tom. XVII, p. 480, n. 1; — Miraeus, Opera diplom. I, p. 123; — Chesultra, Acta SS. Belgit IV, p. 201. — 2) ex copia saec. XVII: Brequigny p. 168, n. 98, ad n. 637; — Pardessus II, p. 46, n. 280. — De Foy ad n. 636; Brequigny ad n. 636; Wauters ad n. 636.

In⁴¹ nomine domini nostri^a Iesu Christi. Dagobertus, divina ordinante clementia rex. Deum nobis fore propitium credimus, si ad reformandum et confirmandum religionis cultum precipuam curam impendimus, et religioni deservientibus munificentiae ac liberalitatis nostrae manum aperimus. Proinde tam praesentium quam futurorum sollicitiam scire volumus, quod venerabilis vite^b Amandus episcopus, qui per gratiam Dei filium nostrum Sigbertum baptizavit, iam quibusdam ecclesiis seu monasteriis ad augmentum divini cultus constructis ac bene dispositis, excellentiam nostram adierit, et ut non deficiens divinae vineae cultor, confidens autem de nostrae largitatis beneficio, locum situm inter duos fluvios,

a) nostri om. 3. b) vite Chartular. et editi. legendum vir. c) dominica 3.

40) Geremarus non nisi a. 648. monachus, ac subinde abbas effectus est; cfr. Le Cointe III, p. 234. 41) Di- quigny et Pardessus in notis editionis et Prolegom. p. 60; cfr. Le Clay, Revue des Opera diplom. de 50 ploma spurium esse ostendunt Le Cointe I, c.; Bre- Miraeus p. 17.

Scarpum^a et Einonem, a nostra liberalitate sibi concedi humiliter petierit: qui locus, licet esset propter multam silve densitatem ad extirpandum difficilis, tamen labori suo immo post laborem suum quieti et usibus Deo militantium, quos ibi se iam^b premeditabatur per Dei gratiam ordinaturum, videbatur oportunus. Nos igitur considerantes dignam reverendi pontificis petitionem, tum propter totius regni nostri ac prolis nostre stabilitatem ac^c pacem, tum propter animarum nostrarum salutem, locum quem petierat cum utraque aqua et silva circumquaque succrescente prona animi devotione concessimus et concessionem nostram^d rata legum sanctione stabilivimus^e. Precipimus igitur et ex auctoritate regia iubemus, ut nulla secularis vel ecclesiastica persona de loco supradicto cum aqua et silva, prefato pontifici a nostra liberalitate concessa, ipsi pontifici seu successoribus eius ullam inquietudinem aut refectionem vel preiudicium sive violentiam facere temptet^f, sed potius hoc regalis munificentie beneficium tam ipse pontifex et quos ibi ordinaverit, quam qui ei successerint, sine ulla diminoratione absque ulla calumpnia et contradictione secure ac^g perpetualiter habeant et possideant. Quod si divina pietas locum ipsum per industriam huius amabilis viri ac successorum eius et per devotam largitionem bonorum hominum meliorari et amplificari voluerit, quicquid exinde sive in causis sive in fredis sive in pratis sive in terrarum divisionibus et redibitionibus sive aliquo modo ius fisci exigere poterat, in integrum tam prefato patri quam successoribus eius concedimus. Ipsum vero locum et res ad eum pertinentes, quicquid etiam largitas principum vel devotio quorumlibet fidelium deinceps addiderit, sub tuitionis et immunitatis nostre defensione consistere volumus.

Et ut hec regalis auctoritas firma atque inconversa^h perpetuo perseveret, presens preceptum manu propria subter firmavimusⁱ et anuli nostri impressione signavimus^j, successores etiam nostros ut in hoc ipsum morem nostrum imitentur commonemus. Datum Kalendas Maii. Indictione 7. Anno 11. regni domni Dagoberti. Actum Parisius civitate feliciter. Amen.

Gerardus^k notarius ad vicem Dadonis^l cancellarii recognovit.

43.

Dagobertus I. rex, petente Aigulpho abbate et secundum quod paucos ante dies^[637?] in generali placito, Compendio habito, tractaverat, basilicæ sancti Dionysii immunitatem^[ul. 29.] confirmat.

^a Chartular. S. Dionysii sæc. XIV. in Bibl. Paris. cod. n. 5415, p. 6.

Ediderunt ex hoc chartulario: Brequigny p. 170, n. 99, ad n. 637; = Pardessus II, p. 47, n. 281.

Diploma spurium esse ostendunt Brequigny et Pardessus in notis editionis; ad verbum fere consentit cum charta spuria eiusdem Dagoberti supra pag. 143, n. 27.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster, Mummolo prefecto, Gondoeno, Werpeno, Dructoaldo, Audino, Charimundo et Charlulfo comitibus, vel omnibus agentibus, presentibus et futuris. Oportet clementie principali inter ceteras petitiones illud, quod pro salute ascribitur et pro divino nomine postulatur, placabili auditu suscipere et procul dubio ad effectum perducere^m, quatinus de caducis rebus presentis seculi eterna conquirantur, iuxta preceptum Domini dicentis: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*. Ergo de mammona iniquitatis iuxta ipsius dictum nos oportet mercari eterna et celestia, ut dum sacerdotibus Christi impertimur congrua beneficia, retributores Dominum ex hoc habere mereamur in eterna tabernacula. Igitur venerabilis Aigulfus abba de basilica peculiaris patroni nostri domni Dyonsii martiris, ubi ipse pretiosus dominus in corpore requiescit, clementiam regni nostri supplicavit, ut iuxta hoc, quod ante hos dies in Compendio in nostro generali placito tractavimus, ita nunc per propriam nostram auctoritatem sub immunitate nominis nostri denuo pro rei firmitate circa ipsum sanctum locum vel homines,

a) Scap 3; Scarp Miracu. b) pie meditabatur 3. c) et 3. d) nostram om. 3. e) stabilimus 3. f) tenet 3. g) et 3. h) inconcussa 3. i) firmamus 3. j) signamus 3. k) Gerardus — recognovit om. 3. l) Dadonis rege Miracu; Radonis 2. m) perducem e.

qui se cum substantia eorum vel rebus ad ipsam sanctam basilicam tradere et devovere voluerint, hoc nos in Dei nomine prestare et confirmare circa ipsum sanctum locum dignaremus. Ideo cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, quod ita nos pro reverentia ipsorum sanctorum vel pro quiete monachorum, ibidem Deo famulantium, promptissima voluntate denuo concessisse et in omnibus confirmasse vestra comperat solertia. Quapropter per hoc preceptum, quod specialius decernimus et imperpetuo volumus esse mansurum, iubemus atque constituimus, ut neque vos, [nec^a] iuniores seu successores vestri imperpetuo, nec quilibet de iudiciaria potestate accinctus, in curtes prefate basilice domni Dyonsii, ubi et ubi in quascumque regiones vel pagos in regno Deo propitio nostro, quod ad die presente pars ipsius monasterii possidere et dominari videtur, vel quod (a) Deum timentibus hominibus per legitima cartarum instrumenta ibidem fuit concessum aut inantea erit additum vel delegatum, nec ad causas audiendum, nec ad fideiussores tollendos, nec ad freda vel bannos exigendum, et ad mansiones vel paratas faciendum, nec ulla redibitiones requirendum, infra immunitatem sancti Dyonsii egredi vel requirere quoquo tempore non presumatur; sed^b quicquid fiscus noster exinde poterat exactare, omnia et ex omnibus pro mercedis nostre augmento sub integra et firmissima immunitate a die presente concedimus. Et si quispiam hanc nostram auctoritatem vel immunitatem et infringere voluerit, et alios ad hoc conduxerit, unusquisque pro semet ipso libras triginta ex auro purissimo partibus sancti Dyonsii coactus componat, et ut dictum est, quicquid exinde forsitan fiscus noster ad partem nostram sperare poterat, in luminaribus vel stipendiis monachorum seu et alimoniis pauperum ipsius monasterii perhenniter per nostra oracula ad integrum sit concessum atque iudulturn, ita ut [eis] melius delectet, pro stabilitate regni nostri vel pro quiete et quibuslibet leudis nostris Domini misericordiam attentius deprecare. [Et] ut hec auctoritas nostris et futuris temporibus circa ipsum locum sanctum perhenniter firma et inviolata permaneat [vel] per omnia tempora illesa custodiatur atque conservetur, et ab omnibus optimatibus nostris et iudicibus publicis et privatis melius ac certius credatur^c, manus nostre subscriptionibus subter eam decrevimus roborare, et de anulo nostro iussimus sigillare.

Dagobertus rex subscripsit.

Dado obtulit.

Datum sub die 4. Kalendas Augusti. Anno secundo regni nostri. Compendio. In Dei nomine feliciter. Amen.

44.

637. *Dagobertus I. rex monasterio sancti Dionysii, cui Leobasarius abbas praees, Ruiliacum cum villis 15, terris 4, aliaque multa confert.*

Chartular. S. Dionysii saec. XIV. in Bibl. Paris. cod. n. 5415.

Ediderunt 1) ex autogr. spurio: Doublot p. 677 ex.; = Du Saussay, de mysticis Galliae SS. p. 596 (fragment.) —

2) ex chartular. S. Dionysii: Brequigny p. 172, p. 101; = Pardessus II, p. 50, n. 283. — De Foy ad n. 638; Brequigny ad n. 638.

Diploma spurium esse ostendunt Germon II, p. 119 ex.; Brequigny et Pardessus in notis editionis.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Cum certis et cotidianis manifestetur indiciis, esse verum quod omnium materies et conditio nascentium tempore momentaneo revertatur in nichilum, nostrarum salus poscit animarum quatinus quisque, quem primi hominis negligentia exulem facit et peregrinum, cotidie totius vite suae discutiat modum, ac deinde, sora extrema cum nondum vitalem rapuerit spiritum, pro meriti locum obtinere se illuc exerceat, unde prius ruit et ubi post transitum eius anima ductu angelico est reditura; nam quis ad quamlibet civitatem tensurus, forte negotiationis causa vel necessitate pulsus, aliqua non premitit bona, quibus admodum contentus sufficiat, remota omni inopia? Itaque sic et quia apostolum dixisse liquet: *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes*, est memorie commendandum, cuique videlicet orthodoxorum, qui Christi se plasma fatetur et templum, ut interim, dum vivendi spatia mortis debite prestant lex atque iura,

Epist. ad
Galat. c. 10

a) nec om. e. b) nisi e. c) credatis e.

sua erogat pro Christo ac largiatur, et taliter in superna Ierusalem thesaurum thesaurizans, liberam ad eam reversurus possidebit mansionem, eius quoque spiritus fames in evum denegabitur et sitis. A cuius nempe thalamo michi quia non expedit ut excludar ullo modo, ego Dagobertus Francorum rex, a Deo coronatus, cui summi regis permissione, predecessorum necne nostrorum concessione, Francia obsecundat et famulatur, de salute anime nunc tractando saniori usus consilio apud me deliberavi, quemlibet Christi militum pro mearum quarundam donatione rerum adiutorem michi facere et proximum. Est hic inclitus et preciosus videlicet testis Dionysius, qui olim timore nudus, fidei fervore accinctus, Galliam petiit et ibi gentilium pullulante perfidia viriliter resistit, fide constans, sanctas legis predicando ac patefaciendo doctrinam. Hunc etenim proprii cruoris effusione, qui quidem a dextris Dei cognoscitur sedere iugiterque impetrare pro quibus voluerit petere, universus orbis cum summo debet venerari obsequio, multum quidem ego, qui in declinando patris iram ipsius sensi michi affuisse gratiam. Quapropter, licet ipse presatus Dionysius nullo indigeat pro gloria, qua cum Deo feliciter potitur, tamen ut michi cum uxore propria et liberis apud equum iudicem fiat fidissimus intercessor culparum quoque nostrarum in die iudicii excusator, cenobitis monasterii illius, in quo corpore eum quiescentem cum gemitibus peccatores adeunt et peccata fatentur, et ubi abbas Leobafarius preesse cernitur, res quasdam in Bituricensi sitas confinio, actenus ascriptas dominio, per succedentium temporum curricula decernimus quiete obtinendas. Nomina autem earum, ut certa pateant omnibus, subtitulantes sic recitamus: in primis Ruilliacum, et deinde hos vicos, videlicet villam Fracillo^a, Montelliacum^b, Avendelliacum, Noziocum, Morilliacum, Talaicum^c, Sarmasiacum, Paredum, Ger, Pay, Masnile^d, Cassinoilum^e, Cantalupum, Iernacum, Vineolas, terram de Planis, terram de Valle, ad quam respicit Arnolliacus, terram^f que dicitur Mons Beraldi, terram que dicitur Canehuces cum omnibus appendiciis suis, silvis scilicet et vineis, pratis, aquis earumdemque decursibus et servis et ancillis. Preter hec autem curtem^g dominicam cum capella ibi fabricata in honore sancti Salvatoris apostolorumque eius Petri et Pauli atque sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii, cum incluso vinee ac septem farinarii, furnis decem, et portum, mercatum, piscarias quoque, quas ibi michi institui precepi, habere concedo. De etiam duas villas, quarum una dicitur Cirsai, et sita est super fluvium Telum, et altera Goyse, que proxima est fluvio Arnon, cum omnibus appendiciis suis. Ecce qualia beato Dionysio sibi que famulantibus offero. Que si quis forte, quod absit, nobis in regni solio succedentium, vel quelibet prepotens persona, illi damna inferendo in suum reduxerit dominium, prout ego ipso suffragante salvari spero dans ea, ita ipse invasor ea retinendo morte damnetur pessima. Hoc autem donum, ut posteris non videatur apocryfum sed stabile, vel hec carta ut firmiter sit per tempora, nostre manus signo roborari et confirmari statuimus.

Signum Dagoberti gloriosissimi regis.

Signum Clodovei filii sui.

Signum Eligii aurificis sui. Signum Dadonis cancellarii sui. Signum Geremari abbatis^h.

40 Signum Leobafarii abbatis.

Datum sub die Kalendas Septembris. Anno 25. regni nostri. Actum civitate Aurelianis feliciter. In Dei nomine. Amen.

45.

Dagobertus I. rex basilicæ sancti Dionysii, ubi Aigulphus abbas preesse videtur, 637. pro aeterna remuneratione villam de Giuretis in pago Bituricensi, duo milia a Caro fluvio^{Sept 1.} distantem, tradit.

Chartular. Sancti Dionysii saec. XIV. in Bibl. Paris. n. 5415, p. 13.

Ediderunt 1) ex autographo (?) spurio Doubl. p. 679. — 2) ex chartular. S. Dionysii. Brequigny p. 176, n. 104, ad n. 637, Dec. 1; ex Pardessus II, p. 54, n. 286, ad Dec. 1. — De Foy ad n. 633, Sept. 1; Brequigny ad n. 640, Sept. 1.

50 Diploma spurium esse ostendit Gormos II, p. 120, cui adstant Brequigny et Pardessus l. c.

a) Fracillo Doubl. b) Montelliacum Doubl. c) Talliacum Doubl. d) Masnile Doubl. e) Cassinoilum, Cantalupum Doubl. f) terram q. d. Mons Beraldi om. Doubl. g) curtem om. Doubl. h) Geremari batis Doubl. i) eodem abbatis om. chart.

Dagobertus, Dei gratia Francorum rex. Antequam nos vite nostre preveniat dissolutio et quamdiu iure primi parentis nobis hic peregrina conceditur mansio, quia est nostris proficuum^a animabus et salubre, oportet ut sanctas Dei ecclesias presentium bonorum amplificemus largitate^b, quatinus sic noster immortalis spiritus, mortalem cum exuerit hominem, felicem et immarcessibilem tripudiet obtinere^c se gloriam. Quapropter ego, cum mihi corporalia defecerint iuvamina, ut merear collocari in requis perpetua filii nec non uxor mea, monachis monasterii patroni nostri sancti Dionysii, in quo corpus eius requiescit et nos recondi tumulo cupimus termino depositionis, ubi preesse videtur Aigulphus^d abba, villam de Giurettis^e vocitatum cum adiacentiis suis iure perpetuo annuimus habendam, quam sita est in Bituricensi pago, duobus millibus a Caro fluvio distans. Et si quis^f prepotens persona villam depopulando pretioso martyri Dionysio intulerit damna, vel quislibet regum in regni solio nobis succedentium in suum si maluerit revocare dominium, Dei et martyris patiatur iram, cuius donando ditamus ecclesiam. Hoc autem donum, ut multo magis sit firmum et per futura tempora posteris non videatur apocryfum, cartaque hec firmiter obtineat vigorem, signo nostre manus roborari atque confirmari decrevimus. 15

Signum Dagoberti regis.

Signum Chloundovii^g filii sui. Signum Eligii aurificis sui. Signum Dadonis cancellarii sui. Signum Geremari abbatis^h. Signum Aygulfiⁱ abbatis.

Datum sub die Kalendas Septembris^k. Anno 30. regni nostri. Actum Spinogilo villa, feliciter in Dei nomine. Amen. 20

46.

^a 637.
Sept. 15.

Dagobertus I. rex matriculariis ecclesiae S. Dionysii villas Acuciaco, Cosduno, Magnino, Mediano, Gellis et Averciaco ad sustentationem eorum concedit.

Chartular. S. Dionysii saec. XIV. in Bibl. Paris. n. 5415, p. 12.

Édités par (ex autogr.?) Doublet p. 676. — ex chartular. S. Dionysii: Brequigny p. 174, n. 102; — Pardessus 25 II, p. 51, n. 284. — De Foy ad n. 638; Brequigny ad n. 638.

Diploma spurium esse ostendunt Germon II, p. 117; Brequigny et Pardessus in notis editionis.

Dagobertus⁴² rex Francorum, vir illuster. Homo semper, et incolumis etiam⁴³ et acsi in egritudine positus, pro salute anime sue attentius debet invigilare, ut valeat in futurum lucra mercedum conquirere. Igitur nos pro Dei intuitu vel remedio anime nostre 30 villas cognominatas Acuciaco et Cosduno, sitas in Belloacense pago, immoque Magnino¹ villa et Mediano villare, vel Gellis et Averciaco, ad matricularios domini Dionysii, peculiaris patroni nostri, ubi ipse dominus in corpore requiescit et nos sepeliri cupimus^m, ad eorumⁿ substantiam vel transactionem villas suprascriptas Acuciaco et Cosduno, Magnino^o villa, Mediano villare, vel Gellis et Averciaco, cum omni merito vel termino earum [ad] 35 ipsos matricularios presentialiter perveniant, ita ut in postmodum cum terris, domibus, mancipiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, gregis cum pastoribus, adiacentiis vel reliquis quibuscumque beneficiis, sicut usque hactenus a fratre nostro fuerunt possesse, ita ex nostra indulgentia pro salute anime nostre acquirenda vel stabilitate filiorum nostrorum ad ipsos matricularios, qui ad prefatam sanctam basilicam vel infra atrium consistunt, presenti et 40 futuro tempore proficiant in perpetuo; et delegationem valde iam in egritudine demandavimus fieri, nec de filiis nostris vel quicumque propter hoc occasionem non habeat, quasi presentem voluntatem nostram adversare aut refragare temptetur, ac etiam nec

a) proficuum Doubl. et chart. b) largitatem chart.; A. 2. verba quibus nemo potuit permantem, sed labenti tempore addit chart. c) obtinere se gaudeat gloriam chart. d) abbas Astulfus chart. e) Gyretis chart. f) quavis chart. 43 g) Chloundovii Doubl.; Clodovei chart. h) abbatis om. chart. i) Aistulf chart. k) Decembris chart. l) ac etiam edit. m) Maguovillare et Mediovillare Doubl. n) eorum om. Doubl. o) Maguovillare, Mediovillare Doubl.

42) Gesta Dagoberti cap. 42 tradunt, Dagobertum Chlothacharius III. rex confirmavit. Ex hoc igitur paucos dies ante obitum suum (638. Januar. 19.) in diplomate deperdito falsarius chartam nostram con- 50 basilica S. Dionysii praeceptum donationis villarum scilicet videtur, locis nonnullis insertis aliisque mutatis.

pontifex nec abba hoc ad ipsos fratres auferre non audeat, si iram Dei aut offensam domni Dionysii non optat incurrere. Quod si aliquis hoc convelli conaverit, domino^a Ipso Deo teste^b demandavimus fieri, ante tribunal Christi exinde rationem deducat cum ipsis fratribus, et dum ex xenodochia non occurrimus facere de ipsis villis vel Sarcitis^c, quod antea ad ipsos fratres fuit a nobis deputatum^d, iuxta quod in reliquo de ratione basilice alimenta recipiunt, si ratio compensatur, valde victus annualis de hoc eis Deo donante poterit sufficere, ut semper pro anima nostra et ipsos matricularios et successores eorum nostra pascat elemosina, quod potius delectet eis pro nobis semper orare. Et dum iam nos isto precepto minime subscribere potuimus, quia in manu nostra trepidabat ille calamus, propterea rogavimus ut dulcissimus filius noster Clodoveus rex per signaculum nominis sui ipsam cartam affirmaret, et Dado eam offerat, et optimates nostri eam subscriberent.

Signum † gloriosi domni Clodovei regis.

(M.)

Dado^e, iubente antefato domno Dagoberto rege presente, preceptum firmavi vel obtuli.

Signum A. viro illustri Waldeberto senescalco^f. Signum^g Ragneiseli. Signum A. Franneiselsi. Signum vir illustre Austrapio cubiculario. Datum 7. decimo Kalendas Octobris. Anno 16. regni nostri Clipiaco. In Dei nomine feliciter. Amen. Ego^h Ermenulfus scripsi.

47.

Dagobertus I. rex petente Chunaldo abbate confirmat, ut filii mancipiorum aut servorum monasterii sancti Dionysii sub lege mancipiorum ecclesiasticorum in perpetuum cum omni posteritate sua mancipio subdantur.

Chartularium Sancti Dionysii saec. XIV. in Bibl. Paris. n. 6415, p. 3.

Ediderunt 1) ex autogr. (f) spurio: Doublet p. 669 ex. — 2) ex chartul. S. Dionysii: Bréguigny p. 177, n. 106; — Pardessus II, p. 55, n. 267. — De Foy ad n. 636; Bréguigny ad n. 636.

Diploma spurium esse ostendit Gorman II, p. 104, pro genuino habuit Felibien p. 13; Gormanio adsentium Bréguigny et Pardessus l. c.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Omnibus episcopis, abbatibus, comitibus, ducibus, vicariis, centenariis, actoribusⁱ, iudicibus et cunctis in universo Francorum regno principatum agentibus. Si ea, que ad reverentiam locorum sanctorum Dei et testamentum mancipiorum, ad ea pertinentium, adtinere videntur, regia censura decernimus, iuste quidem agere videmur ac proinde nos habituros eterne remunerationis apud Deum mercedem sine dubio speramus. Quapropter presentium atque futurorum sagacitas noverit, quod ad petitionem domni Chunaldi, venerabilis abbatis, et fratrum monachorum monasterii sancti ac beatissimi peculiaris patroni nostri, domni Dionysii martyris, ubi ipse dominus in corpore requiescit una cum suis preclaris sociis Rustico et Eleuthero martyribus, de copulationibus mancipiorum, servorum et ancillarum et eorumdem sanctorum venerabilium martyrum et aliorum omnium universaliter hominum, in toto regno a Deo nobis commisso consistentium, seu etiam nostrorum seu quorumlibet hominum, cuiuscumque dignitatis ordinis et potestatis extiterint, hanc per hoc nostre dignitatis preceptum constituentem (legem) sancimus: ut amodo per omnia seculi presentis futura tempora quicumque mancipiorum sive servorum et ancillarum prefatorum martyrum, sive masculus sive femina, qualicumque pacto seu legitimo seu furtivo complexu prolem genuerit, ediderit atque propagaverit, ex tunc et semper absque participe vel divisore quolibet Inrefragabiliter ad supradictorum sanctorum martyrum potestatem cum omni prole sua revocentur atque subdantur, et^j lege mancipiorum ecclesiasticorum sub prefati abbatis et successorum illius monachorum, in iam dicto monasterio Deo serventium, ditionem perpetualiter mancipentur. Si quis vero contra hoc mee maiestatis decretum presumpserit, et quod amore iustitie decernimus Infrigerit et quoquo pacto violaverit, legibus artatus auri purissimi decem libras ac argenti probatissimi pondo viginti ad pensum nostri palatii solvere cogatur, et eorumdem mancipiorum si liber est teneatur;

a) domno chart. b) hoc demandavimus chart. c) Sarcitis chart. d) Ego Dado Doubl. e) senescalco Doubl. f) q. d. Ragneiselus sig. chartul. g) Ego Ermenulfus scripsi om. chartul. h) Actoribus chartul. i) et om. chart.

43) Cf. supra pag. 154, diploma n. 36.

si vero servus, idem solvat, et centum quinquaginta ictibus in publico coram iudicibus feriat. Ut vero hoc nostrae preceptionis decretum inconcussum permaneat atque plenorem vigorem accipiens inviolabiliter per futura tempora conservetur, nostrae dignitatis annulo insigniri precepimus.

Datum anno 10. regni domini Dagoberti, gloriosissimi Francorum regis.

Dado, regie dignitatis cancellarius, recognovit, legit et relegit.

48.

637. *Dagobertus I. rex precariam spuriam, inter Sigrannum abbatem Anisolensem et Hadoindum Cenomannensis ecclesiae episcopum factam confirmat, per quam Sigranno abbati praefatum monasterium iure beneficiario diebus vitae suae conceditur.*

* Cod. Bibl. Cenomannensis n. 224, saec. XIII.

Ediderunt: Mabillon, *Vel. Anal.* p. 269; — Bouquet IV, p. 632, n. 24; — Brequigny p. 178, n. 106; — Pardessus II, p. 56, n. 288. — De Foy ad a. 636; Brequigny ad a. 636.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Si ea, quae oportunitatibus aeclesiarum vel sacerdotum pertinent, libenter praestamus^a vel ad effectum perducimus, retributorem Dominum exinde habere confidimus et nobis ad mercedem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur compertum sit omnibus fidelibus nostris, praesentibus et futuris, quia miserunt ad nostram clementiam Hadoindus, Cenomannis urbis venerabilis episcopus, et Sigrannus abbas de monasterio Anisolae, quorum missi nobis innouerunt et per epistolas praedictorum virorum adsensum et deprecationem confirmaverunt dicentes, eo quod praedictum monasterium Anisolae per titulum precariae supplicasset praedictus Sigrannus abbas^b ad suum supra nominatum Hadoindum episcopum, in quo etiam monasterio domnus Karileffus corpore requiescit, quod et ipse construxit et in dedicatione aeclesiae domno Innocenti^c, praefatae urbis episcopo, per strumenta cartarum tradidit; quod etiam in beneficium per precariam iam dictus abbas a supra dicto Hadoindo adeptum habet. Unde et scriptum preciarum nobis eorum missi ostenderunt, in quibus continebatur, qualiter praefatum monasterium a memorato episcopo iam dictus abbas petisset, atque ab eo beneficiario^d iure diebus vitae suae percepisset, set et ob rei firmitatem censum ei per singulos annos solvere spondisset, id est ad lumen matris aeclesiae 4 libras de cera, et ad opus fratrum canonicorum, in praedicta civitate Deo militantium, in Cena Domini plenum modium de ovibus, et plenas buticulas paratas de optimo vino, et ad opus episcopi cambuttam^e unam, et duos subtalares per singulos annos partibus memorati episcopi vel rectorum eius persolvere deberet. Petentes ergo ad nostram miserunt celsitudinem epistolas ambo et missos, ut super precariam memorati antistitis gratia^f firmitatis fecissemus praecceptum, per quod monasterium praedictum memoratus Sigrannus abbas tutum et securum, dum advixerit, tenere et possidere cum omni integritate vel supraposito valeret. Proinde hanc nostram auctoritatem memorati venerabilibus viris fieri iussimus, per quam praecipimus atque iubemus, ut praescriptum monasterium, sicut memorato abbati a supra nominato venerabili Hadoindo episcopo sibi beneficiario^g ordine collatum est, ita deinceps in eius beneficiaria dominatione et precaria^h dictione diebus vitae suae absque ulla diminutione permaneat, et suprascriptum censum partibus rectorum eiusdem Cenomannicae sedis absque ulla dilatione persolvere studeat. Post eius vero dicessum, ad eius et potestatem memoratae urbis Cenomannicae matris aeclesiae, a qua in beneficium illud accepisse dinoscitur, absque ullius detentione aut contrarietate revertatur; ut rectores eiusdem sanctae aeclesiae quicquid de eo iure ecclesiastico disponere voluerint, faciant. Et ut haec auctoritas firmiter habeatur vel per tempora conservetur, manus nostrae subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

a) domini nostri char. b) legit et relegit char. c) prestamus, et sic semper a pro a e. d) Innocenti e. e) beneficiario f. g) cambuttam h) gratia e. h) beneficiario e. i) precaria e.

44) Precariam hanc spuriam proponunt Brequigny p. 168, n. 90, ad a. 637, April. 6, et Pardessus II, 50 p. 44, n. 278.

49.

Dagobertus I. rex consilio optimatum et assentiente Ansoaldo, episcopo Pictaviensi, [637?] basilicae sancti Dionysii ecclesiam de Plumbata prope fluvium Vigonnam, ecclesiam sancti Hilarii, ecclesiam sanctorum Gervasii et Prothasii in loco Cursona, aliasque ecclesias et terras concedit.

1. Autographum spurium in tabular. S. Dionysii, iam deperditum. — 2. Chartular. S. Dionysii saec. XIV, in Bibl. Paris. n. 5415, p. 19.

Ediderunt 1) ex autogr. Doublet p. 675. — 2) ex chartular. S. Dionysii: Brequigny p. 179, n. 107; — Pardessus II, p. 57, n. 289. — Brequigny ad a. 638.

10 Diploma spurium esse ostendit Germon II, p. 115 med.

Novimus⁴⁵ a predecessoribus fuisse decretum patribus, ut quaecumque fierent posteriorum memorie profutura, scripto commendarentur, ne oblivionis caligine supprimerentur. Quapropter ego Dagobertus, Dei gratia Francorum rex, notum volo fieri omnibus tam futuris quam presentibus, quod ecclesie beatorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii
15 de Francia damus et concedimus, nostrorum consilio optimatum et assensu domni Ansoaldi, Pictavorum episcopi, et aliorum tam archiepiscoporum quam episcoporum, ecclesiam de Plumbata, ecclesiam scilicet quam in honore beate Marie semper virginis et sanctorum angelorum beati confessoris Ursini, Martialis, Cacianus^a et Iulianus composuerunt, eandem vero ecclesiam ipsi angeli Deo consecraverunt: ecclesiam dico, que est inter duas valles,
20 sita prope aquam que dicitur Vigonna^b, supradictis martyribus liberam^c et ab omni servitio absolutam concedimus. Rursum notificamus presentibus et futuris, supradictis martyribus vineas, terras et prata cum aquis et nemoribus, servis et ancillis, in eodem loco dedisse. Nolo vos preterea latere, quod quicumque, sive liber sive servus sive quolibet crimine damnatus, intra metas, quas^d ego posui in loco qui dicitur Aula, usque ad alium
25 locum qui dicitur Ternant, sicut indicat supradicta aqua et terra sancti Martini et beate Radegundis: quicumque, inquam, sive a^e duello, sive indigena, latro, fur, homicida, refugium quaesierint, liber et immunis a quacumque persecutorum infestatione evadat. Preterea manifestum sit omnibus, eos qui intra predictum locum manserint, nulli nisi soli Deo et monachis ecclesie debere obsequi. Dedimus etiam supradictis martyribus ecclesiam sancti
30 Hilarii de intra amnem^f cum terris et decimis et aquis. Item in eodem loco, qui dicitur Cursona^g, ecclesias nostras, scilicet ecclesiam sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, et aliam in honore beati Martini, et a fonte qui dicitur Benedicta, usque ad locum qui Claustrum vocatur, totam terram et aquam que Voda vocatur, et molendinum de Cumignech, et terram de Bosnay cum servis et ancillis et decimis. Item terram de Lingniaco^h et
35 ecclesiam beati Hilarii cum terris et pratis et decimis. Dedimus ex alia parte aquaeⁱ Vigonnae vicum^j nostrum^k Ingrandisse, cum ecclesiis scilicet apostolorum Petri et Pauli et sancti Ypoliti martyris, cum terris et decimis, servis et ancillis. Item super eandem Vigonnam^l ecclesiam sanctorum apostolorum Petri et Pauli de Dangeo, cum terris et decimis et servis. Item nostrum fiscum de Odriaco et ecclesiam sancti Sulpicii, cum
40 terris et pratis et decimis et servis, cum vicariis. Item terram de Maleredo cum pratis et vineis et nemoribus, servis et ancillis et vicariis; et alterum Lingniacum^m et ecclesiam beati Remigii. Item in pago Turonensi Antigniacum et ecclesiam sancti Vincentii super Vigonnam, et terram de Selignech cum terris, decimis et servis. Item in eodem territorio terram de Pleis cum ecclesia sancti Silvestri, et terram de Buymet. Ut igitur omnis
45 adversariorum calumpnia sopita sileat, et omnis malignorum hominumⁿ infestatio damnata abscedat, gratia memorie placuit nobis hoc scriptum sigillo nostro confirmare.

a) Lucianus chart. b) Vigona D.; Vigenna chart. c) libera servitio chart. d) quo chart. e) sive a duello Doubl. et chart. f) amnam chart. g) Cursonus chart. h) Lingniaco chart. i) Vicane aque chart. j) sanctis martyribus, quarum inter aquas et vicum addit chart. k) Vicanna chart. l) Lingniacum chart. m) omnium edit.

50 45) Indicia falsi sunt: stylus a stylo diplomatum secti diplomatis specimen exhibeat, quasi primo falsatoris conatu tentatum, in authenticam formam secundis curis redigendum. Utut sit, certe illud censemus nullius fidelis; et nota anni deficientis, ad extremum regni Dagoberti annum relegavimus. BREQUIGNY.
55 scriptiones omisissae, ita ut hoc instrumentum imper-

50.

^{640.}
^{Apr. 15.} *Dagobertus I. rex, hortante Auberto episcopo Cameracensi et approbantibus palatii principibus Arnulpho et Pippino, oratorio S. Mariae Cameracensis fiscos duos regios, Oenengium et Karubium, item villas Buriacam et Haidem, et partem villarum Halogin et Gleviae concedit, necnon ecclesiae sancti Petri fiscum Tilletum villasque Vinciacum et Harnam cum appenditiis earum.*

Ediderunt ex tabulario S. Auberti Cameracensis: Le Carpentier II, Preuves p. 4; — Miraens, Opera dipl. III, p. 1, cap. 3; — Brequigny p. 505, Addenda n. 2, ad a. 637; — Pardessus II, p. 28, n. 290, ad a. 637. — Brequigny ad a. 640; Wauters ad a. 640.

Diploma spurium esse ostendunt Brequigny et Pardessus in notis edit. et Pardessus, Prolegom. p. 166; cfr. etiam Le Glay p. 137.

^{Er. Luc.}
^{11, 41.} In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Ammonente ac dicente filio Dei: *Date eleemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis, Idcirco ego Dagobertus Austrasiorum rex pro anima patris mei karissimi Lotharii, Francorum regis augustissimi, monitis salutaribus viri venerabilis et consanguinei mei Auberti, Kamaracensis episcopi, inductus, concedo et dono piissimis fratribus oratorii beatæ Mariæ regales fiscos duos, Oenengium et Karubium, cum omnibus suis appenditiis, id est utriusque sexus sclavis et mancipiis, villis, terris, silvis, pratis, aquis aquarumque decursibus etc.; item villam Buriacam, villam Haidem, et ex parte villas Halogin, et Gleviam etc. Idem do et trado ecclesiae sancti Petri Kamaracensis, in qua sanctissimus pater Vedastus canonicos constituit, fiscum 20 Tilletum, villas Vinciacum et Harnam cum appenditiis etc. has donationes approbantibus palatii mei principibus et senioribus Arnulpho et Pipino. Ut autem hæc nostra concessio etc.*

Signum domni Dagoberti regis Austrasiorum. S. Arnulphi Melensis. S. Pipini Neustriensis, seniorum palatii. S. Ansonis cancellarii, vice Cuniberti archicancellarii 25 recogno

Data Kamaraci 17. Kalendas Maias. Anno dominicæ incarnationis sexcentesimo quadragesimo⁴⁶. Indictione 14.

51.

^{640.}
^{Apr. 16.} *Dagobertus I. rex pro remedio patris sui et suadente Authberto, episcopo Camera- 30 censi, Landelino Mauroso, ex praedone converso, praedium Wallare in Fania situm aliasque possessiones concedit, ut ibi monasterium construat.*

Ediderunt: Gilles Waulde p. 315; — Miraens, Donat. Belgicæ p. 345; — idem, Opera dipl. I, p. 469, cap. 1 (ex epigrapho recenti); — Brequigny p. 154, n. 85, ad a. 634; — Pardessus II, p. 30, n. 266, ad a. 634; — Vos, Lobbes p. 408. 35

Veralem Franco-Gallicam edidit Waulde l. c. — De Foy ad a. 638; Brequigny ad a. 640; Wauters ad a. 640. Diploma spurium esse ostendunt Brequigny et Pardessus in notis editionis; Le Glay, Revue des Opera dipl. de Miraens; Vos p. 408.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Regiæ maiestatis excellentiam latere non convenit, quod unus est solus et sempiternus rex regum et dominus dominan- 40 tium, a quo etiam omnis potestas est et fuit et erit in ævum, cuius et est totum quod sumus et esse possumus, vivimus et movemur; cui pro viribus ab eo nobis præstitis astare debemus, et unicæ sponsæ suæ, sacrosanctæ ecclesiae, cultum et decorem speciali devotione — quo magis efferimur quantum in nobis est — munificentia regali semper ampliare. Quare ego Dagobertus rex Austrasiorum pro anima Lotharii piissimi regis, patris mei, 45 qui quadraginta quinque annis regnavit in Francia, persuasione et monitis salutaribus viri venerabilis Authberti, Cameracensis episcopi, inductus, concedo et dono Landelino Mauroso, ex praedone converso, praedium meum in Fania, Wallare dictum, cum villis, terris, sylvis, pratis, aquis aquarumque decursibus subnotatis, et certis limitibus assignatis, ut ibi monasterium construat in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et personas 50

46) Dagobertus rex iam a. 637. mortuus est.

instituat in perpetuum domino Deo servituras; villam Baviam cum omni territorio suo; aquam ipsam et ipsius decursum, sicut defluit per territorium ipsum, incipiens a loco qui vocatur Railhiez, usque dum descendit in aquam Elpram; silvam quae dicitur Aetimundi totam, cum omni territorio, decima, pasnagio, iustitia et banno, a silva de Baileporis usque ad aquam praedictam inter Baviam et Wallare; et ab eadem aqua totam silvam, quae dicitur Brohium et Fania et Mansilium et Clarus Voionus et Willemanus; silvam prope Wilheis; a monte Gomundi et Merdoso Voiono usque in villam de Wilheis; silvam Ducionis, in dotem ecclesiae in praedicto praedio meo fabricandae. Quidquid infra terminos silvarum praedictarum commodum vel utilitatem importare poterit qualicumque modo, praedicto Landelino munificentia mea dono in perpetuum possidendum, approbantibus palatii mei principibus et senioribus, Arnulpho et Pipino. Ut autem haec nostra concessio regalis firmitatis perpetuae robur obtineat, praedictam paginam manu mea confirmo, et appositione sigilli mei communiri decerno.

Signum domini Dagoberti regis Austrasiorum.

15 S. Arnulphi Metensis, S. Pipini Neustriensis, seniorum palatii.

Anso cancellarius vice Cuniberti archicancellarii recognovi.

Data Cameraci, 16. Kalendas Maii. Anno dominicae incarnationis sexcentesimo quadragesimo⁴⁷. Indictione decima tertia.

52.

20 *Dagobertus I. rex ob petitionem Nantchildis reginae monasterio Horrensi in Treverica⁶⁴⁶ urbe, a filia sua Irmina constructo, villas quasdam regias in pago Muslini cum omnibus^{Aug. 26} adiacentiis suis tradit, dotemque Irminae, a sponso eius Herimanno comite acceptam et praedicto monasterio ab illa concessam, auctoritate regia confirmat.*

25 1. *Autographum saec. XI, sigillo cerco munitum, in Bibl. Treverensi, cista D, n. 3. — 2. *Copia interpolata saec. XI, in speciem autographi confecta sigilloque ornata, ibid. cista D, n. 10. — 3. *Copia magis etiam interpolata saec. XIII, membranacea, ibidem, cista D, n. 6. — 4. Copiae trium praedictarum chartarum in Chartulario Horrensi n. 1536, chartaceo, ibidem.

Scripturae specimen apud Papebrochium l. c. et Baring, Clavis dipl. p. 243.

30 Ediderunt 1) ex autogr. spurio n. 1: Browerus l. p. 607; — Calmet, edit. l. tom. I, Preuves p. 252, col. 2; — Edit. II, tom. II, p. 71, col. 1, ad a. 646; — Masenius l. p. 356, ad a. 646; — Honthelm l. p. 86, n. 22, ad a. 675, sub nomine Dagoberti II; — Brequigny l. p. 274, n. 182, ad a. 675; — Pardessus II, 168, n. 378, ad a. 675, uterque chartam Dagoberto II, attribuens; — Beyer l. p. 8, n. 7, ad a. 646, sub nomine Dagoberti I. — 2) ex copia interpolata saec. XIII, n. 3: Henschen, Distrib. de tribus Dagobertis p. 106, ad a. 630, Dagoberto II, eam attribuens; — Papebrochius, Propylaeum antiquar. (in Actis SS. April. tom. II, p. 5 et apud Baring, Clavis dipl. edit. II, p. 245); — Le Coite III, 793, sub nomine Dagoberti II, ad a. 675; — Bertholet II, Preuves, p. 21, ad a. 688. — De Foy ad a. 678; Brequigny ad a. 646; Goers ad a. 630; Waiters p. 60, ad a. 675.

35 De hoc diplomate disputantes confer: Ludewig, Reliquiae MSS, I, praefat. p. 70; Honthelm l. p. 64 adnot.; Hadr. Valerium, SS. Rer. Franc. III, 131; Baring, Clav. dipl. p. 41; Brequigny, Prolegomena p. 100; Trierische Chronik p. 64 (1823); Steininger, Gesch. der Trevirer II, p. 42, adnot.

40 Dagoberto I. chartam adscribit Masenius (apud Browerum, Annal. Trever. Additament I, p. 606 sqq), quem refutasse constat apud Papebrochium (Propyl. ant. p. 1 sqq. — Baring, Clavis dipl. p. 231—234), Beyer p. 8, n. 7, et Goers, Regest. p. 570. Reliqui editores omnes: Henschenius scilicet, Papebrochius, Honthelmus, Dagoberto II. regi eam adscribunt, cum quibus nostra aetate consensit Clouet, Hist. ecclesiast. de Trèves, II, p. 78, et Marx, Gesch. des Erzbistums Trier III, p. 462; frustra tamen, nam falsarium, chronologiae incuriosum, Dagobertum I. ante oculos habuisse, Nantchildis reginae nomina demonstrat.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Dagobertus, divina praedicante providentia rex. Si aecclesiasticis negotiis et servorum et ancillarum Dei utilitatibus quaeque necessaria providerimus et de nostris rebus aliquod beneficium conferre studuerimus, id nobis ad temporalis nostri regni statum et ad aeterni promerendum premium incunctanter credimus profuturum. Comperiat ergo omnium sanctae Dei aecclesiae fide-
50 lium praesentium et futurorum industria, quia rogatu dilectae coniugis nostrae, reginae I Nantildis, monasterio in Treverica valle in honore sanctae Dei genitricis ab Irmina, filia nostra, constructo et sanctimonialium coadunatione decorato, ex rebus proprietatis nostrae

55 47) Dagobertus rex anno 638, mortuus, et monasterium Wallarense nonnisi a. 657, et viginti fere annos post mortem eius conditum est; cfr. Le Coite III, 447; Mabillon, Annal. I, p. 428; Gall. Christ. III, p. 77; Vos, Lobbes p. 408 not.

in pago Mustensae, in marca Burensae, has villas: Machara, Corniche^a, Baldebrunno, Hildenesheim, Waleheim, Speia^b, Brunneche, cum terris cultis et incultis, vineis, molendinis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et regressibus, et quicquid habuimus, legali auctoritate contradidimus; ea scilicet conditione, ut pauperes Christi, inde in reliquum temporalia subsidia habiturae, aeternae vitae subsidia nobis supplicationibus suis apud^c Deum possint preparare. Preterea et^d fidelibus nostris, tam presentibus quam futuris, notum fieri volumus, qualiter dilectissima filia nostra Irmia alodium suum, quod in Laudunensi episcopatu^e in his locis: Loosa^f, cum basilica una; Aneia cum capella, praefatae basilicae subiecta; Balbengis^g; Waritengeis^h, cum omnibus appenditiis ad eadem loca iuste et legaliter pertinentibus, a sponso suo, 10 Herimanno scilicet comite, in dotem legali traditione suscepit, pro remedio animae suae et predicti sponsi sui ad iddem monasterium, quod vocatur Horreum, cum quadraginta mansis in ipsa Treverica valle sitis, et extra urbem istis villis: Ornavaⁱ, Munzelvelt^j, Wilarei, Ruozvurt^k, Winteresdorf^l, Ruobera, per nostram manum cum omni integritate contradidit: ea scilicet ratione, ut sanctimoniales inibi Deo sanctaeque genitrici eius per 15 petualiter famulantes in eisdem bonis nullius personae, magnae vel parvae, violentiam patiantur, sed victum ac vestitum inde semper absque omni inquietudine consequantur.

Et ut haec presens traditio tam sua quam nostra stabiliorem in Dei nomine semper possit habere firmitatem, preceptum hoc inde conscriptum manu propria sup^m firmavimus et sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Actum anno 646. incarnationis dominicae. Indictione quartaⁿ. Data^o 7. Kalendis Septembris per manus Grimoaldi, maioris domus regiae. Anno regni domni Dagoberti secundo. Actum Treveris. In Dei nomine feliciter. Amen.

Signum Dagoberti regis (M.)

(L. S.)^p

53.

^{655.} ^{Apr. 18.} *Dagobertus I. rex coenobio Blidenvelt, quod divino iudicio territus ob remissionem peccatorum una cum alio monasterio, in propinquo sito, nomine Wizenburch, in honorem sancti Michaelis archangeli construxit, fiscum regium adiacentem et villam Beggelingen cum undecim milibus hubis et quingentis ministertalibus tradit, simulque reliquias Olympii martyris familiaeque ipsius aliorumque sanctorum, quas Roma secum abduxerat, donat, et cum regia 30 emunitate monetam usque abbatem eligendi fratribus concedit.*

Chartularium vetus membranac. in tabular. eccles. elect. Palatin.

Edidit ex hoc chartul. Schoepflin, Alsacia diplomat. I, p. 23, n. 21, inter diplomata spuria.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Dagobertus^q, divina favente clementia Francorum rex. Omnibus regni sui primatibus, ymmo cunctis eadem christianam prostentibus, tam futuris quam presentibus, gratia 35 vobis et pax ab eo, qui est et erat et qui venturus est omnipotens. Votum, quo Deo et sanctis eius se quis obligaverit, sine macula reatus irritum fieri non poterit, et quanto maior et signior est se, cui rogetur, eo ferietur gravius iudicio roventis et non reddentis presumptio. Debemus ergo et volumus nos quoque reddere, quod rovimus domino Deo terribili et ei, qui aufert spiritum principum, terribili apud omnes reges terre. Qualiter in brachio

^a A. I. copia saec. XIII. haec addit: Spela,] culus terminus incipiunt in Difenidene, et sicubi agri colli 40 possunt, et sic usque Entric; et inde in ripam Dinkolter, et inde sursum ripam, usque ad Alden Falkenburne, et sic usque Spalden. Et inde viam, quae dicitur Reitwech, usque Richenhelden; et inde inter silvam de Cameric et Breidenwisen, et sic inferius usque Bihelgen; et inde usque Engelmannes Scuren, et ad fontem sancti Huberti, et ad Engelburne; et sic usque ad Aldenbuche, et inde per rectam viam usque Odenburne, usque ubi Bure terminatur; et 45 inde in Gizenhelden, usque ad ripam quae cadit super molendinum, et inde usque Engelgeré; et sic superius usque viam Saxorum, et inde usque Fredeberti Seilen, usque in Renum; (Brunneche etc.

a) Corniche 2. b) apud 2. c) etiam 3. d) episcopatu 2. e) Ludusa 2. f) Balbengeis 3. g) Quartengeis 2.
h) Ornava 3. i) Munzenveh 2; Munzefelt 3. k) Ruozfurt 3. l) Winteresdorf 3. m) hubus 3. n) IIII. 3. 50
o) Data om. 1; eritat verbum in 2. 3. p) sigillum deest in 3. q) ferietur chart.

49) Diploma maxima ex parte ad verbum consentit cum Dagoberti charta spuria pro monasterio Weissenburgensi, quam supra edidimus pag. 149, n. 31.

sue virtutis et nos terruerit, et qualiter percussus et sanans rursus nos visitaverit, omnibus ad exemplum correctionis notum fieri dignum duximus, preceps ut quisque fidelis, audito nostro periculo, ab ecclesiarum Dei vastatione se contineat, et honorem rebus Deo dicatis exhibeat. Primum ergo de divina super nos habita terribili examinatione, postea de voto et voti nostri redditione breviter exponemus. Patre meo Clothario rege felicis memorie defuncto, patrii regni curam suscepti, sed in veni illi ductus levitate, deinceps cupiditate distractus, regalis officii debitum neglecti, nihil exhibens commissis sollicitudinis vel diligentie, nihil faciens vel iudicans mansuetudinis aut zelo iustitie. Intra alios excessus meos ecclesiarum destructor et dissipator esse ceperam, quarum sublimator et defensor esse debueram, nec divine maiestatis oculos nec miseriam hominum veritus acclamationem. Tandem Dei benignitas obstinate mentis superbiam meam conterens, virga correptionis iniquitates meas visitavit, et castigato mihi veniam non negavit. Nam raptus in sublime divine neque maiestati, inter choros sanctorum in habitu iudicantis sedenti, presentatus a sanctissimis ecclesiarum patronis, pro rebus ecclesiasticis per rapinam distractis a me et consumptis graviter et constanter sum accusatus, maxime a sancta Dei genitrice Maria et a susceptore animarum, sancto Michaeli archangelo, atque a beatissimis Petro et Paulo, apostolorum principibus. Cumque conscientia gravatus non auderem defendere, ex arbitrio presidentis pene sum adductus, diuque ceso et penis atrocibus confecto adest predictus archangelus, flammeo gladio super me extenso, ulcionem de sibi usurpatis bonis sanctorumque, quos prenominavi, et propter acclamationem inopum et pauperum, in me volens exercere, quibus materiali gladio infestus eram, iudicia non iudicans recta. Tandem advenit specialis meus patronus, episcopus Dionysius, pro me satisfaciens sancto Michaeli archangelo, qui dilacionem pene et penitentia michi tempus obtinuit; idem ipse quasi modum statuit penitentia, in hoc michi ipse (semper) plena indulgentia posuit, si ad honorem Dei et sanctorum predictorum, quos magis offenderam, ecclesias divinis serviciis aptas construerem: qua promissione letatus, libens voti dimissusque a superioris redii.

Igitur sub certa ipsa remissionis et indulgentia peccatorum meorum reddentes alicui studio quod volumus, cenobium in honore sancte Trinitatis et sancte Marie, perpetue virginis, specialiter autem in honore sancti Michaelis archangeli, quod vocatur Blidenvelt, construximus, quod sublimare et regali munificentia ditare decrevimus. Aliud quoque cenobium in proximo, quod dicitur Wizenburch, in honore apostolorum Petri et Pauli construximus, quibus paria iura et statuta privilegia ex regali potentia statuimus. Donamus ergo predicto cenobio (et) sancto Michaeli patrono, et in perpetuum datum esse volumus de rebus sibi nostri illic adiacentibus quicquid ad nos spectat, tam in villis quam mancipiis, sylvis, vineis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, et omnia hec in usum abbatis et fratrum ibidem Deo servantium, sub monachica professione de gentium, libera traditione redigimus. Tradimus etiam regalem villam nostram bene procuratam Beggelingen, cum undecim millibus hubis, in diversis mundi partibus iacentibus; insuper ad defensionem et honorem loci quingentos ministeriales dotati firmitate attribulimus. Ad sublimandum etiam predictum locum, professionem Rome ad apostolicum pro sacris reliquiis decrevimus, qui benignissime voluntati nostre obaudivit. Quatuor corpora sanctorum martirum; Olympii, tribuni Romae, et uxoris eius Exuperie, et filii eorum Theodoli et Symphronii, quos beatus Stephanus papa et martyr ad fidem convertit et baptizavit, et episcopum Munatem cum novem sociis suis, atque alias plurimorum sanctorum reliquias nobis donavit, inter quos egregium martirem Theodolum, beati Alexandri pape et martiris consocium, impetravimus, quem ad principale altare sancti Michaelis cum ceteris sanctis de Roma translatis collocavimus.

Locum autem hunc, quem singulari amplectimur dilectione, nunc et deinceps ab omni servitutis oppressione liberum sub regali iustione esse volumus. Ita videlicet, ut nullus iudex publicus, nullus ex iudiciali potestate, quicumque potestate vel negotii in ipsa marchia sine abbatis licentia exercere vel habere presumat, nec hominem spatii loci constringere, vel ad causas audiendas aut freda vel tributa solvenda, postremo nihil penitus ab eis audeat exigere. Illud etiam parti decrevimus auctoritate, ut nullus pontificum Nemetensis civitatis vel reliquorum episcoporum aliquam ibidem dominandi vel quavislibet causam agendi habeat facultatem; sed sub nostre emunitatis defensione omnia illuc pertinentia abbas monasterii cum fratribus suis libere et quiete possideat, secularia etiam iudicia sicut spiritalia tractet, diiudicet atque disponat. Ad hec moneta, in se habentem ymagines et literas, expressamque similitudinem Nemetensis monete, eidem loco concessimus; parique nostre auctoritatis donationis ratum et firmum esse volumus, ut homines eiusdem ecclesie per omnes fines regni nostri libere negotiis suis inserviant: ita videlicet, ut nulli debitum belones persolvant, et nullus iudex seu quilibet cuiuscumque ordinis persona in huiusmodi causa violentiam eis aliquam inferre presumat. Fratribus autem ibidem Deo servantibus, ut eo devotius et tranquillius sancte conversationis ordinem custodiant, libertatem inter se eligendi sibi abbatem donamus potestatem. Cui abbati omnibusque ei succedentibus hoc speciale concedimus privilegium dignitatis, ut in ordinem et iura possit promoveri servientiam, quemcumque de familia tali honora dignum iudicaverit.

Ut autem haec nostra traditio et iura vel concessa dignitatis institutio stabilis et inconversa iugiter permaneat, chartam hanc inde conscriptam disponimus, (et) adiectione sigilli nostri impressione roboratam signavimus.

Datum quod fecimus cum filio nostro Clodoveo, predicto nostro cenobio.

Huius traditioni affuerunt archiepiscopi, episcopi, abbates, praepositi, duces, marchiones, palatini comites et plerique principes regni nostri.

a) indulgentia chart. b) obaudivit chart. c) donandi chart. d) cuiuscumque chart. e) Clodoveo chart.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini 655. anno 32. regni nostri, mense Aprili 16, in monasterio coram primo abbate, Celebris nomine, in congregatione fratrum. In Christi nomine feliciter. Amen.

SIGIBERTUS II.

54.

653. *Sigibertus II. rex petente Modoaldo archiepiscopo cellam beati Hylarii sive sancti*
 Mai. 15. *Maximini, et cellam beati Eucharitii sive sancti Matthias, a Dagoberto rege ecclesiae sancti*
Petri concessas, sed postea ab Hatto duce usurpatas, cum consilio optimatum quorum ecclesiae
Treverensi restituit.

Ediderunt ex autographo spurio, pluribus sigillis sigillato et ab ipso excogitato; De Reindes fol. 3; — Bro-
 werus, Anst. Trevir. l. p. 354; — Acta SS. Febr. tom. I, p. 233, n. 13; — Archiepiscopus et electoratus
 Treverenses, per refractarios monachos S. Maximini aliosque turbati, p. 57; — Calmet, edn. I, tom. I, Probat.
 p. 357, n. 3 — edn. II, tom. II, Preuves, col. 77; — Honthelm l. col. 81 (ex Browero); — Gallia Christ. XIII,
 Instr. col. 291, n. 4; — Brequigny p. 213, n. 159; — Pardessus II, p. 97, n. 321. — De Foy edn. 453;
 Brequigny ad 4. 653.

Diploma spurium esse ostendunt Zyllesius, Defensio abbat. S. Maximini, pars II, sect. 3, § 1; Honthelm l. c.;
 Brequigny et Pardessus in notis editionis; cfr. diplomata spuria Dagoberti, ab eodem Roserio confecta, quae
 hoc nostro confirmantur, supra no. 19 et 20.

In nomine Domini, amen. Sigisbertus, divina favente gratia Francorum rex. Quoniam
 adoptionem filiorum Dei praestolamur, ad quam per pacem attingitur, teneamus pacem
 invicem et in omnes. *Beati enim pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Ubi enim alter-
 cationis invicem dispendium incurrit, ibi pacis residet dissidium, quae ecclesiarum gra-
 ciosam fovet et incrementat quietem. Igitur noverit omnium fidelium nostrorum prae-
 sentium et futurorum notitia, qualiter de cellis beatorum Hylarii, quae modo cella sancti
 Maximini dicitur, ac beati Eucharitii, quae nunc vocatur cella sancti Matthias, in praedio
 sancti Petri Trevericis urbis aedificata, quas dominus genitor noster Dagobertus, christia-
 nissimus rex, praedecessorum suorum mores sequens ad ecclesiam sancti Petri Treve-
 ricae urbis regiae potestatis iure tradiderat ac perpetua stabilitate firmaverat, Modoaldus,
 eiusdem ecclesiae venerabilis archiepiscopus, in generali palatio nostro querelosis ac
 precibus proclamavit, plangens eas ab his malis grassatoribus, quorum dux quidam nomine
 Hattus est, contra libitum suum subdumque fidelium usurpatas ac de supradicta
 ecclesia violenter abstractas. At nos per omnia omnem praefati Hatti ac suorum per
 ordinem recolentes fallaciam, iam calliditatibus detecta querimoniam illius veram esse
 agnovimus. Perpendentes ergo et verentes, ne forte, quod absit, de eleemosyna genitoris
 nostri ac praedecessorum nostrorum regum detrimentum animae nostrae faceremus, pro
 conservanda eorum pietatis munificentia ipsas cellas cum consilio et iudicio episcoporum,
 ducum et comitum nostrorum, maxime dilecti consanguinei nostri domini Martini, filii
 Clodulphi, filii Arnulphi, ducis Austriae Mosellanicae ac Moselant, quem praefatae beati
 Petri ecclesiae ac fratrum ac antedictarum cellarum advocatum, rectorem, protectorem
 per praesens praecceptum constituimus, memoratae ecclesiae Treverensi reddidimus. Ut
 autem praesens nostrae reformationis scriptum inviolabile per succedentia tempora in Dei
 nomine obtineat stabilitatem, propria manu cum duce Martino ac Cumberto archiepiscopo
 Coloniensi ac Ramaclo episcopo Traiectensi subter eam firmavimus, et sigillorum
 nostrorum impressionibus iussimus insigniri.

Data Aquisgrani, Idibus Maii, anno dominicae incarnationis 653.

Sigisbertus Francorum rex †.

Cumbertus archiepiscopus Coloniensis †.

Ramaclo episcopus Traiectensis †.

Martinus dux Austriae Mosellanicae ac Moselant †.

**IRMINA ABBATISSA,
FILIA DAGOBERCTI I. FICTITIA.**

55.

Irmina, Dagoberti I. regis filia supposititia, Willibrordo episcopo ecclesias a se in villa sua Epternaco constructas ad gubernandum tradit, illisque portionem suam in praedicta villa cum omnibus appendiciis concedit.

† Liber aureus Epternac. saec. XII, ex. in Bibl. Gothana, cod. n. 71, fol. 96 med.

‡ Considerat ex hoc 404. Miraeus, *Diplomata Belgica*, p. 248, et *Noit. eccles. Belgii* p. 16; — *Le Comte IV*, p. 348; — *Miraeus, Opera dipl.* I, p. 243, cap. 6; — *Hontheim I*, p. 86, n. 24; — *Galla Christiana XIII*, Instrum. col. 393, n. 7; — *Bertholet II, Preures*, col. 23; — *Brequigny* p. 336, n. 246; — *Pardemus II*, p. 250, n. 448; — *Müller, Das Bürgerhospital zu Echternach*, p. 314; — *Wark-Paquet* p. 6, n. 7; *M. G. SS.* XXIII, p. 51. — *De Fey* ed. n. 695; *Brequigny* ed. n. 695; *Weutery* ed. n. 695.

Domino sancto ac venerabili in Christo patri, Willibrordo episcopo, Ermina⁵⁰ in Christo Deo sacrata abbatissa.

Dum ab omnibus non habetur incognitum, quod ego inspirante misericordia Christi pro consilio virorum apostolicorum, patrum meorum, domini Basini et domini Leotwini episcoporum, seu et pro consensu sororum nostrarum, Christo servientium, quas nobiscum sunt congregatae, basilicas in nomine sanctae Trinitatis vel in honore gloriosissimae virginis Mariae, genitricis domini nostri Iesu Christi, seu et beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, vel ceterorum sanctorum in villa mea propria, quae vocatur Epternacus, sita super fluvio Sura, seu et monasteriolum ibidem, ad monachos peregrinos conversandum vel pauperes ibidem alimoniam petendum, pro divino respectu vel pro animae meae remedio construxi, ut dum sanctitas et dilectio vestra erga me vel monasterium meum assidue agitur, ideo decrevi apud animum meum, ut vos de rebus meis propriis in aliquo consolari deberem; quod ita spontanea voluntate feci. Idcirco dono vobis donatumque esse volo memoratas basilicas sanctorum ad gubernandum vel dominandum; itemque dono vobis ad supradicta loca sanctorum portionem meam in ipsa villa Epternaco; hoc est quantumcumque ex successione paterna vel materna mihi obvenit, tam domibus quam aedificiis, mansijs, mancipiis, vineis, terris, campis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, seu et pastores, vaccarios, porcarios, verbecarios cum gregibus eorum, vel cum appendiciis suis, id sunt: Baldalingo, Mathulfo villare, vel portionem nostram in Oxinwillare, exceptis hominibus illis, quos per epistolas nostras Ingenuos relaxavimus. Similiter dono vobis vel ad supradictas basilicas vineae pedetertam unam in monte Viennente, cum vinitore nomine Alifrido, cum omni peculiari suo.

Ista omnia, ut dixi, ad ipsa loca sanctorum vel vobis a die praesenti tradimus atque transfundimus ad gubernandum vel dominandum; ea ratione, ut quicquid de re superius memorata in Dei nomine facere volueritis, liberam et si missimam in omnibus habeatis potestatem. Nam si quis contra hanc cartulam donationis meae venire temptaverit, inferat fisco auri libras 10, argenti pondo 20, manente nichilominus firmitate.

Actum Treberi, sub die Kalendas Novembres. Anno 4. regni domini nostri Childberti regis.

50) Irminae, Dagoberti I. regis filiae supposititiae, ante Theodericum monachum Epternacensem nemo scriptorum mentionem fecit, namque re vera quam vixisse iam ex ea causa apparet, quod Dagobertum regem filios tantam, non filias habuisse constat. Neque rectorem viam ingressi sunt, qui cum Cothno et Papesticho filiam Dagoberti secundae Irminae fuisse contenderunt; nam vita eiusdem Irminae, ab eodem Theoderico monacho, Libri aurei Epternacensis conditoris, anno 1191. scripta auctoritate. *Igitur gloriosa Christi virgo Irmina, prima et inclita regis Dagoberti filii de Nanthilde filia etc.* Nanthildem autem Dagoberti I. uxorem falsae esse

tum est. Quare scriptis quas isti auctores hae de re fusiis quam veris disputant, ipsam Irminam chartaeque eius plane fictitias censuimus, etique forsassis ab ipso Libri aurei scriptore excogitatas fuisse statuendum; neque minus ipsa Dagoberti regis confirmatio, quam numero 52. signatam supra edimus, chartae spurilis ut vidimus adnumeranda est. Sed confer gentinam Pippini regis et Plectridis chartam donativam de singulis parvis eiusdem loci. Quae charta ad hanc Irminam consuetudinem spurilam esse comprobaret, falsaria diploma Pippini interpolata, et suo loco monstravimus. Cf. *Diploma Pippini* supra pag. 93, n. 6.

fol. 27. Ego Hunclo, in Christi nomine presbiter, hanc cartulam donationis iubente domina mea Irmina peracripsi, et ipsa subter manu propria una cum testibus firmavit, vel qui subscripserunt in praesenti rogavit.

Ego Irmina in Christi nomine hanc donationem relegi.

Basinus episcopus. Leodowinus episcopus. Theodefridus presbiter.
Waltarius diaconus. Garibertus presbiter. Audobertus presbiter.

56.

698.
Dec. 1.

Sanctae Irminae abbatissae testamentum pro ecclesia Epternacensi.

*Liber sur. Epternac. saec. XII. ex. in Bibl. Gothana, cod. n. 71, fol. 26 med.

Ediderunt ex hoc cod. Broverus, *Annal. Trever.*, I, p. 359, ad n. 701; — Henschenius, *De tribus Dagobertis* 19 p. 113; — Le Colate IV, p. 351; — Gallia Christiana XIII, *Inscr.*, col. 394, n. 6; — Martene et Durand, *Amplia. Coll.* I, col. 8, ad n. 698; — Miraeus, *Opera diplom.* III, 284, cap. 5; — Calmet, *edn. I, Preuves*, col. 261 — *edn. II, tom. 2, Preuves*, col. 82 med.; — Bertholet II, *Preuves* p. 23; — Houthem I, p. 92, cap. 25; — Broquigny p. 357, n. 247; — Pardessus II, p. 251, n. 449; — Wurth-Paquet p. 9, n. 8; — M. G. SS. XXIII, p. 59. — Broquigny ad n. 698; Wauters ad n. 698. 15

Testamentum sanctae Irminae.

(25 med.

*Anno quarto regni domini nostri Childeberti regis, sub die Kalendas Decembris. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Irmina, in Christi nomine Deo sacra ac si indigna gratia Domini abbatissa, sana quidem Deo propitio mente sanoque consilio testamentum meum fieri rogavi, idque fratri in Christo meo, Huncione presbitero, scribendum se commisi.

fol. 25. Idcirco dono a die praesenti pro remedio animae meae vel pro mercedis meae augmento, in aeterna beatitudine vel retributione, ad basilicam quae est in nomine sanctae Trinitatis vel in honore sanctae Mariae, genitricis domini nostri Jesu Christi, vel beatorum apostolorum Petri et Pauli seu caeterorum sanctorum, quae est in villa nostra Epternaco constructa, 25 sita supra fluvium Sura, ubi dominus et pater noster in Christo, Willibrordus episcopus, rector et gubernator esse videtur, donatumque esse volo: hoc est in ipsa villa Epternacon quantumcumque ibidem ex successione paterna vel materna mihi obvenit ad integrum, tam domibus quam aedificiis, casis, mansis, mancipiis, vineis, campis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, cum appenditiis vel omnibus adjacentiis suis: 30 Baldelingo, Matholingo, vel portione mea in Oxinvillare. Omnia ista cum adjacentiis eorum, una cum pastoribus, vaccariis, porcariis, bervicariis, cum gregibus eorum vel omni peculio promiscuo, ad saepe fata loca sanctorum vel ad monasteriolum ibidem constructum in Dei nomine volo esse donatum, exceptis hominibus illis quos per epistolas nostras ingenuos relaxavi, quorum vocabula sunt: Garario, Cumloaldo, Achilde, Theod- 35 frido filio Aldfrido, Clodoare, Raocare, Warinlinde, Bachelinde, Granceleba, Gundulfo. Isti toti denominati annis singulis unus quisque eorum in luminaribus unam libram cereae ad supradicta loca sanctorum in ipsa villa Epternaco constructa ad nativitatem Domini reddere vel dissolvere studeant. Similiter dono ad iam dicta loca sanctorum vineae pedeturam unam in monte Viennense, cum vinitore nomine Alithfredo, cum omni peculiari suo. 40

fol. 26. Ista omnia, ut superius intimavi, ad memorata loca sanctorum a die praesenti per praesentem paginam testamenti nostri tradimus atque transfundimus perpetualiter in Dei nomine possidendum.

Haec sunt, quae huic testamento meo annectere volui. Si quae liturae vel caraburae adreccionis factae sunt, ego feci fierique iussi, dum mihi mea saepius recensetur 45 voluntas. Nam si quis contra hoc meum testamentum venire temptaverit aut aliquid irrumperere voluerit, sit anathema maranatha, indissolubili vinculo in aeternum dampnatus, et bit lepra percussus Naaman Siri, et insuper inferat fisco auri libram unam, argenti pondus duo, et nichilominus praesens testamentum firma stabilitate permaneat.

Actum Treberi, die et regno suprascripto.

a) bervicaria cod.

Ego Hunclo, in Christi nomine presbiter, rogante et iubente domina mea Irmina abbatisa, hoc testamentum perscripsi, et ipsa subter manu propria una cum testibus firmavit.

Ego Irmina hoc testamentum meum relegi.

Basinus episcopus. Ego Leotwinus episcopus. Ego Theodefridus. Gundebertus. Bertwinus. Adelbertus. Trasebrictus. Garibertus. Gazebertus. Audobertus. Waltharius.

57.

Irmina abbatisa Willibrodo episcopo et monasterio Epternacensi villam Montis in pago Tulpiacensi cum omnibus appenditiis eius concedit.

* Liber aureus Epternacensis aec. XII. ex. in Bibl. Gothana, cod. n. 71, fol. 27.

Ediderunt ex hoc cod. Martens et Durand, Amplius, coll. I, col. 10; — Hontheim I, p. 93, n. 39; — Breugnot p. 269, n. 248; — Pardessus II, p. 252, n. 450; — Wurm-Paquet p. 12, n. 9; — Wilhelm, Antiquitates abbat. S. Maximiani II, p. 156; M. G. SS. XXIII, p. 51. — Wauters ad n. 699.

De ornamentis et utensilibus ecclesiae et de villa Montis.

Domino sancto et in Christo patri Willibrodo episcopo Irmina abbatisa donatrix. Quicquid unusquisque homo de rebus suis propriis ad loca sanctorum aut servorum Dei spontanea voluntate condonaverit, hoc sibi credit mercedis praemium recipere in futuro. Idcirco dono ad monasterium vestrum in villa Epternaco constructum super fluvio Sura, quod ego a novo de fundo proprio aedificavi, vel ad illa loca sanctorum quae sunt in honore sanctae Trinitatis et sanctorum Petri et Pauli apostolorum caeterorumque sanctorum constructa, donatumque esse volo a die praesenti; hoc est quantumcumque in ministeria ipsorum sanctorum locorum condonavi vel in quaelibet praesidia dedi, tam auro quam argento, gemmis, vestimentis, altarium velis, cortinis, utensilia tam aerea quam ferrea, seu et ligna operis, quantumcumque in ipsa loca sanctorum vel in praedicto monasterio ponere iussi aut inantea Christo praesule addere potuero, volo ut hoc ex nostra munificentia in Dei nomine proficiat perpetualiter in augmentis. Similiter dono vobis a die praesenti ad ipsam monasterium vestrum Epternacense villam, cuius vocabulum est Montis, sitam in pago Tulpiacensi, quam de dulcissima consobrina mea Ermintrude, filia Pantini, dato precio comparavi; hoc est tam domibus quam aedificiis, mansis, casis, mancipiis, campis, silvis, pratis, pascuis, adiacentiis, aquis aquarumque decursibus, omnia et ex omnibus ad integrum, vel quantumcumque in memorata villa Montis tempore praesenti possidere videor, seu et peculii promiscuo utriusque generis nationum, vobis vel ad saepe fatum monasterium vestrum Epternacense a die praesenti, ut superius dixi, de potestate mea in iure et dominatione vestra vestrique monasterii per praesentem paginam donationis meae, manu mea firmatam, trado atque transfundo perpetualiter in Dei nomine possidendum. Ea ratione, ut quicquid ex hoc tam vos quam fratres ipsius monasterii elegeritis, sciendi, habendi, tenendi, commutandi liberam et firmissimam in omnibus Christo propitio habeatis potestatem, et nullius ex hoc calumpniam habere pertimescatis. Nam si quis contra hanc cartam donationis, quam ego spontanea voluntate fieri decrevi, temptare conaverit, aut aliquid repeterere voluerit, in primum iram Dei omnipotentis incurrat, et inferat fisco auri libras tres, argenti pondo 8, et hoc quod repetit nullatenus valeat evendicare.

Facta est haec cartula donationis sub die Kalendas Iulias. Anno 5. regni domini nostri Childeberti regis.

Ego Hunclo, in Christi nomine presbiter, rogante et iubente Irmina abbatisa hanc cartulam donationis perscripsi, et ipsa subter manu propria una cum testibus firmavit.

Ego Irmina hoc testamentum a me factum relegi.

Basinus episcopus. Leodwinus episcopus. Waltharius diaconus. Bertwinus diaconus. Farobertus diaconus. Ethberictus presbiter. Garberictus. Transberictus. Bosa. Audobertus.

59 a) fabrica. b) 65 cod. c) aliquid condonaverit cod. d) constructo cod. e) firmata cod.

58.

704.
Mal. 8. *Irmīna abbatissa Willibrordo episcopo et monasterio Epternacensi proprietatem suam in villa Staneheim, super fluvium Suram, cum rebus omnibus ad eam pertinentibus concedit.*

* Liber aur. Epternacensis saec. XII. ex. in Bibl. Gothana, cod. n. 71, fol. 47. ex. sq. Ediderunt ex hoc cod. Martens et Durand, Ampliss. Coll. I, col. 12; — Hontheim I, p. 101, n. 28; — Bre- quigny p. 368, n. 265; — Pardessus II, p. 264, p. 458; — Wurm-Paquet p. 15, n. 13; — Wilhelm, Annal. S. Maximini II, p. 162; — Gérard, Recueil n. 229, fol. 6; M. G. SS. XXIII, p. 52. — Wauters ad d. 704.

De^s Steinheim.

f. 27. ex.
fol. 28. Domino sancto et in Christo apostolico patri, Willibrordo episcopo, Irmīna, in Christo Deo sacra abbatissa, donatrix. Quicquid unusquisque homo de rebus suis ad loca sanctorum et servorum Dei spontanea voluntate condonaverit, hoc sibi apud Deum mercedis praemium credit recipere in futuro. Idcirco ego Irmīna dono vobis ad monasterium vestrum Epternaco, quod nos a novo construximus, situm super fluvio Sura, in honore sanctae Trinitatis vel (ceterorum) sanctorum constructum^a, donatumque in perpetuum esse volo ad possidendum: hoc est quantumcumque a die praesenti in villa Staneheim, sita super Suram, mea possessio vel dominatio est, tam domibus quam aedificiis, mansis, mancipiis, vineis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus; sub ea conditione, ut quicquid a die praesenti vos vel pars monasterii exinde facere voluerit, liberam et firmissimam in omnibus habeatis potestatem faciendi, et nullius repetitiones ex hoc habere vereamini. Si quis vero, quod fieri non credimus, tam ego quam aliquis de heredibus aut coheredibus meus, vel quaelibet opposita persona, contra hanc nostrae donationis cartulam venire conatus fuerit, aut eam irrumpere voluerit: primitus iram Dei omnipotentis incurrat, et insuper inferat fisco auri libram unam, argenti pondo duo, nec sic quod repetit ullatenus possit evindicare, manente nichilominus firmitate.

Actum Treveri 8. Idus Maias. Anno 10. Childeberti regis.

Ego Huncio, in Christi nomine presbiter, rogante domina Irmīna abbatissa hanc cartulam donationis perscripsi, et ipsa subter manu propria cum testibus firmavit.

Ego Irmīna relegi et subscripsi.

Basinus episcopus. Radobertus. Dagoinus. Leodoinus presbiter. Gauceburtus. Garibertus. Magnobertus. Quitario. Trasebertus. Waltarius diaconus. Bobo.

59.

704.
Mal. 8. *Irmīna abbatissa Willibrordo episcopo et monasterio Epternacensi vineam ad Crucem infra muros Treverenses, plus minus centuas tres, concedit.*

* Liber aur. Epternacensis saec. XII. ex. in Bibl. Gothana, cod. n. 71, fol. 28. ex. sq. Ediderunt ex hoc cod. Beyer, Mittelrhein. Urkundenbuch II, p. 1, n. 1; — Wurm-Paquet p. 19, p. 14; M. G. SS. XXIII, p. 52.

Carta^a Irmīnae de vinea Treveris ad Crucem.

f. 28. ex.
fol. 28. Domino sancto et in Christo apostolico patri, Willibrordo episcopo, Irmīna, in Christo Deo sacra abbatissa, donatrix.

Quicquid unusquisque homo de rebus suis ad loca sanctorum vel servorum Dei spontanea voluntate condonaverit, hoc sibi apud Deum mercedis praemium creditur in Dei nomine recipere in futuro. Idcirco ego Irmīna dono vobis ad monasterium vestrum Epternacum, quod nos a novo construximus, situm super fluvio Sura, donatumque esse volumus in perpetuum ad possidendum: hoc est vineam infra muros Treveris civitatis ad Crucem, quod nobis Engela Deo sacra per cartulam donationis condonavit, plus minus centuas tres, ab uno latere Folcobertus, et ab alio Heridus Mummolitti, et de tertia parte via publica; sub ea conditione, ut quicquid a praesenti die vos vel pars monasterii exinde decreverit faciendi, liberam et firmam in omnibus habeatis potestatem, et nullius ex hoc repetitionem vereamini. Si quis vero, quod fieri non credimus, tam ego quam aliquis de

a) rubrica. b) constructum em. cod. c) rubrica.

heredibus aut coheredibus meis, vel quaelibet opposita persona, contra hanc cartulam donationis venire conatus fuerit, aut eam irrumpere voluerit: primitus iram omnipotentis Dei incurrat, et insuper inferat fisco auri libram unam, argenti pondus duo, nec sic quod repetit ullatenus valeat evindicare, manente nichilominus firmitate.

Actum Treberi sub die 6. Idus Malas. Anno 10. regni domini nostri Childoberti regis.

Ego Warembertus presbiter, rogante in Christo Deo sacra Ermina abbatisa et ex permisso senioris mei Huncionis presbiteri et ammonitione, hanc cartulam donationis perscripsi, et ipsa supter manu propria cum testibus firmavit et qui subscriberent vel signarent in praesenti rogavit.

Ego Ermina subscripsi.

Dagoinus. Radobertus. Gauceburtus. Quiltarius. Magnobertus. Huncio, in Christi nomine presbiter.

ADELA.

FILIA DAGOBERCTI I. COMMENTITIA.

60.

Adela abbatisa, Dagoberti I. filia, monasterio in villa Palatiola in ripa Mosellae fluminis a se extructo proprietatem suam, scilicet ipsam villam Palatiolum, praedium Scripnasium in pago Mosao, aliasque possessiones, concedit.

Edidit ea vet. eccl. Trever. monum. Brovarus, Anhal. Trever. I, p. 357, col. 2, ad a. 690; — Henchenius, de tribus Dagob. p. 127, ad a. 732; — La Cointe IV, p. 790; — Acta SS. ord. S. Bened. saec. III, pars I, p. 532, ad a. 732; — Calmet, ed. I, Preuves, col. 272, ad a. 732; — ed. II, tome II, Preuves, col. 94, ad a. 732; — Hentheim I, p. 68, n. 23, ad a. 690; — Bertholet tom. II, Preuves, p. 35, col. 1, ad a. 731; — Gallia Christiana tom. XIII, Instrum. col. 293, n. 6, ad a. 690; — Brequigny p. 493, n. 333, ad a. 732; — Pardessus II, p. 364, n. 551, ad a. 732. — De Fay ad a. 732; Brequigny ad a. 732; Wauters ad a. 732.

Diploma ad eandem causam relicendam videtur etiam Irmine abbatisae diploma, supra sub numero 55—59 edito; Dagobertum enim regem filias nos habuisse certum est. Quare quo mollius auctoritatem chartae servarent, Henchenius, Cointe, alii, Adela Dagoberti potius aequa ad illam fuisse suspecti, alii rationibus nullis insistentes, chartam anno 732, assignarunt. Ceterum memoria archiepiscoporum Treverensium sub fine diplomatis iam debite fidei esse indicat.

Adela, in Christo domino sacra abbatisa, Dagoberti regis quondam filia. Cum pervulgatum notumque bonis omnibus sit, quemadmodum nos monasterium in villa, quae dicitur Palatiolum, in ripa positum fluminis Mosellae, quod ipsum a Pippino maiore domus Trevis permutacione quaesivimus honorique sanctae Mariae virginis, genitricis domini nostri Iesu Christi, et beatorum Petri et Pauli caeterorumque sanctorum iamdydum ad proprii monasterii usum extruximus, in eoque monacharum coetum disciplina et regula sancti Benedicti videntium aggregavimus: faciendum denique nobis visum est, ut has vitae degendae necessarias opes, quas de propriis hactenus largitas sumus, testamenti etiam praesenti pagina confirmaremus. Legamus itaque et donamus huc, quod diximus, monasterio villam nostram, quae dicitur Palatiolum, in qua coenobium esse constructum videtur, idque cum omni integritate, tam domibus, aedificiis, additamentis, casis, curtibus, mansis, mancipiis, quam vineis, campis, pratis, silvis, adiacentibus, farnariis, aquis aquarumque decursibus, et omnibus his quae ad ipsam pertinere villam constat. Addi volumus his praedium Scripnasium, in pago Mosao situm ad ipsius Mosae fluminis ripam, omnesque possessiones eius villae, uno dumtaxat quadraginta iugerum agro excepto, quem Insulae nomine appellatum iam ante dulcissimo filio Alberico donavimus. Similiter a deiparatae matris hoc monasterio possideri praedia ea omnia volo, quae in Biethergis Bestancioque sita, quaeque a dulcissima germana mea Regentrude dato pretio comparavi. Rursus portiones meas villarum Enchiarlaci; Ursiaci, Calmetarum his adiicio, quae ad Mosellam omnes sitae sunt. Quibus adiungi res etiam eas facultatesque placet, quae in praedio Regimoseti a Feronio, filio Tullonis, iustae mihi venditionis titulo quondam obtigero. Accedunt etiam his possessiones Badelingis, quae in pago sitae Bentensi et a Ganclofiodo et Wigericco emptae, in ius peculiumque meum redactae sunt; item quae in praedio Macharlaco a Bertonio mihi donata; haec omnia tribus donoque. Ad extremum id quoque de sententia

congregationis memoratae statuimus, ut quidquid opum possessionumque in monasterium hoc ipsum contulimus, id in archiepiscoporum ecclesiae Trevericæ semper sit arbitrio atque tutela.

Datum Kalendis Aprilis. Anno 12. Theoderici regis.

CHLODOVEUS II.

61.

638. *Chlodoveus II. rex petente diacono Blidegisillo illi castellum Fossatus, quod vulgari lingua Castrum Bagaudarum appellatur, super fluvium Maternam, cum terra circumiacente nomine Varena ad monasterium sub regula sancti Benedicti ibi fundandum concedit.*

1. Autographum in tabula monasterii Fossatensis, iam deperditum. — 2. Apographum authenticum ex autographo descriptum. — 3. *Cod. Vatic. Christ. n. 1283, saec. XI, ex fol. 88.
Ediderunt ex autographo: Du Breul, Théâtre des Antiquités de Paris, livre 4, p. 277, et emendatum in Supplemento antiquitatum urbis Parisiacae p. 141, ad n. 643; — Malingre, Antiquités de la ville de Paris I, p. 58, fragmentum ad n. 645; — La Coltaie III, p. 82; — Dubois, Hist. eccl. Paris. I, p. 171; — Gallia Christ. tom. VII, instrum. col. 2, n. 2; — Felibien, Hist. de Paris III, p. 20; — Bouquet IV, p. 633, n. 25, ad n. 638; — 15 Brequigny p. 180, n. 108, ad n. 638; — Pardessus, tom. II, p. 58, n. 291. — De Foy ed. n. 639; Brequigny ad n. 639.

Diploma spurium esse primus vidit Le Coigne L. c., cui adsentiunt Brequigny et Pardessus in notis editionis.

Chlodoveus rex Francorum, vir illuster, duci Erchenaldo^a vel omnibus praesentibus ac futuris fidelibus. Quicquid sacerdotibus ac religiosis ecclesiasticis viris ad opus Dei^o construendum concedimus, hoc et ad regni nostri stabilitatem et ad animae salutem pertinere non diffidimus. Proinde omnibus sanctae Dei ecclesiae tam praesentibus quam et futuris utriusque sexus fidelibus notum fieri cupimus, quendam virum diaconum, carnis generositate pollentem ac in Christo venerabilem valdeque a nobis per omnia dilectum, nomine Blidegisillum, ad nostrae sublimitatis praesentiam advenisse ac^b humiliter deprecasse, quatinus ad ecclesiam Dei funditus aedificandam, in honore scilicet sanctae Dei genitricis Mariae ac sanctorum Petri et Pauli, principum apostolorum, et monachos sub regula sancti Benedicti^c pro Christi amore in illa^d congregandos, quandam terram ex iure nostrae proprietatis in Parisiacensi pago consistentem, illum videlicet castellionem qui Fossatus dicitur, et quem vulgari lingua Castrum^e vocat Bagaudorum, super fluvium^f Maternae situm, habentem ab introitu suo usque in alveo ipsius Maternae butnaria^g duodecim, cum tota terra vocabulo Varena, quae est in circuitu ipsius castellionis, et quam Maternae fluvius girat et Fossatus aquae concludit, sibi met concederemus; cuius sacrae petitioni ob id, quia non^h pro temporali commercio, sed pro aeternae vitae compendio tali eratⁱ accensus ardore, libenter assensum praebuimus. Quapropter per praesentem³⁵ auctoritatem atque praeceptionem iubemus, ut hanc praedictam terram, quam et tali firmitate ex iure nostrae proprietatis in auium lus ad opus Dei^o perficiendum transponimus, per vestram^h consignationem et reversionem firmiter recipiat, ita utⁱ in postmodum iam dictus vir praeclarissimus ac nobis carissimus Blidegisillus diaconus ipsum castellionem cum praedicta Varena, quam fluvius Maternae circumdat, sicut iam dictum est, et Fossatus⁴⁰ castellionis in introitu suo ab aqua in aquam totam terram concludit ad integrum, quod fiscus noster ibidem ad praesens tenere vel dominare videtur, una cum manentibus illis, qui ibidem super terram fisci nostri commanent et ad fiscum nostrum usque hunc

a) sic 3; Archevaldo edit. b) ac 3; et edit. c) in illo ibi congregandos edit. d) castrum Bagaudarum appellat edit. e) butnaria falsè edit. f) vocat non p. l. c. sed om. edit.; extant in 3. g) erat om. edit. h) nostram 45 transignationem edit. i) ut quod postmodum edit.

52) Haec a recentioribus quopiam in gratiam ordinis Benedictini videntur interpolata; nam Blidegisillus in oratione supplic. superius (ex auctore anonymo vitae sancti Baholens) descripta, quam apud regem Chlodoveum habuit, Fossatum non pro Benedictinis, sed tantum pro monachis postulavit, et anno Chlodovei tertio in charta donationis, quam Fossatensi monasterio concessit, illius loci monachos affirmavit Deo famulaturus ad modum et similitudinem Luxovienis monasterii, quod constat a sancto Columbano conditum fuisse; deinde sanctus Baholens, qui Fossatensis ecclesiae primus abbas existit, ab auctoribus praedicatur discipulus sancti Columbani, talemque se semper professus est. COINTIUS III, p. 83.

aspexerunt, totum et ad integrum cum pratis et pascuis, garricis et ulmis, cum aqua et
 omni piscatione fisci nostri, insulis quoque ac molendinis seu piscatoriis, cum portis etiam
 et cunctis ipsius aquae transitoriis, vel cum omnibus adiacentiis, cultis et incultis, ex
 nostra munificentia ad locum sanctum, ut dictum est, regulariter construendum ac funditus
 aedificandum plenissime ac firmissime habeat concessum, et ibidem iuxta hoc, quod sua est
 devotio locum sanctum vel cellulam ad servos Dei sub sancti Benedicti exemplo inhabitando
 Deo adjuvante aedificet. Et sicut ex fisco nostro processit, ita ipsum locum cum praefatis
 rebus et caeteris omnibus ad se pertinentibus, atque cum omni aedificio, quod facere inibi
 poterit, firmiter absque ulla redibitione fisci nostri vel iudicis publici requisitione saepe
 dictus Blidegisillus, et qui ab illo ibi constituendi sunt, imperpetuum valeant possidere.
 Denique etiam regio more decernimus — quod iubendo multum observare praecipimus —,
 ut nullus iudex publicus, neque episcopus, nec quislibet iudicariae potestatis persona,
 in eundem locum ac infra praedictam terram, quam saepesatus circumdat fluvius et Fos-
 satus aquae concludit, ad causas audiendas vel iniusta freda tollenda, aut transitum
 publicum faciendum, aut mansionaticos vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos,
 aut telones exigenda, aut homines eius tam ingenuos quam servos super ipsam terram
 commanentes distringendos, nec ulla redibitiones vel illicitas occasiones requirendas,
 ullo unquam tempore ingredi audeat, aut exactare praesumat. Sed ipsi servi Dei praes-
 entes ac futuri nullam ibidem a quacumque occasione patiantur inquietudinem, ut semper
 sub sancto proposito ibidem Deo deserviant, et pro nobis ac genitrice nostra, vel coniuge
 sive prole, nec non et totius regni statu, Domini misericordiam devotius exorare delectet.
 Ut autem haec praecipio nostrae cessionis firmiter habeatur, vel per futura tempora Deo
 propitio inviolabilis conservetur, nos et praecelsa genitrix nostra Nandechildis manuum
 nostrarum signaculis adumbravimus. Data anno primo regni nostri.

25 Chlodoveus rex Francorum. Nandechildis regina.

62.

*Chlodoveus II. rex potentibus abbate et monachis ecclesiae Insulae Barbarae eidem 640.
 monasterio ecclesias quinque cum villis suis in partibus Provinciae, in episcopatu Tricastro, Febr. 25.
 concedit.*

- 30 1. Autographum spurium deperditum. — 2. *Transcriptum in diplomate Karoli VIII. regis Franciae a. 1494,
 asservato in Archives departementales du Rhone, signato H. 2, n. 1. — 3. Apographum in tabular. Insulae
 Barbarae, iam deperditum. — 4. *Apographum recens in Bibl. Bruxellensi, Collect. Chiffet-Bolland, n. 259
 (ex tabular. Insulae Barbarae, ut addidit Chiffet).
 Ediderunt 1) ex apographo: Le Laboureur I, p. 39; — Le Coigne III, p. 125; — Brequigny p. 163, n. 109; —
 35 Pardessus II, p. 36, p. 292. — 2) ex transcripto a. 1494: Montalca, Legationis Historiae Monumenta
 p. 251 ex. — De Foy ad n. 640; Brequigny ad n. 640.
 Diploma spurium indicavit Le Coigne l. c. cui haerent Brequigny et Pardessus in notis editionis.

In nomine Dei aeterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Clodoveus, divina ordinante
 providentia imperator augustus. Necessarium quidem et congruum esse videtur, regiam
 dignitatem ex largis possessionibus locis Deo dicatis aliquid largiri, unde et ibidem Deo
 servientes necessitates suas supplere eorumque largitores vitam consequi perpetuam
 possint. Quapropter notitiae tradere curamus omnibus ecclesiae Dei fidelibus, episcopis
 videlicet et abbatibus, regibus, ducibus, comitibus, vicedominis, vicariis, teloneariis, et
 omnibus rem publicam gubernantibus, quia Lucidius, abbas Insulae Barbarenis ecclesiae
 in honorem sancti Andreae et omnium apostolorum consecratae, et monachi ibidem sub
 beati Benedicti regula Deo famulantes, nostram petierunt celsitudinem humiliter postu-
 lantes, quatenus ex amplissimis nostrae imperii rebus eorum paucas cellulas augmenta-

- a) est om. edit. b) quos abbas sacro edit. c) poterit edit. d) ibi om. edit. e) etiam ibi habens edit.
 f) iure edit. g) neque quolibet edit. h) aut edit. i) porro est l. p. l. p. m. r. p. faciendus om. 3. h) sub-
 30 scriptorem om. editiones. j) sacris 2. 4. m) sempiternam 2. n) ecclesias om. edit. o) thesauris 2; telo-
 neariis 4. p) Licinius 3; Lucidius 4. q) Barbarae edit. r) ecclesias om. edit. s) honore 4. t) humiliter om. 3.
 u) nostrae imperii 2; imperii nostri edit.

33) Continua l. e. delenda quoque censet vocabula *conjugis et prole*: merito quidem, haec enim diploma
 spurium produnt, cum Chlodoveus adhuc esset parvulus. BREQUIGNY.

remus. Quam humilem petitionem benigne suscepimus^a et, quia locum praefatum multis claruisse virtutibus audieramus, et ut in electorum numero locum possidere valeamus, eis aliquas^b de rebus imperialibus dare videamus^c. Donamus scilicet eis in partibus Provinciae, in episcopatu Tricastrino^d, circa fluminis Licli ripam ecclesiam in honore^e sancti Salvatoris dedicatam, cum villa quae vulgo dicitur Abolena; et^f in eodem territorio, in loco qui dicitur Olerias, ecclesiam sancti Desiderii; et in Marrano^g ecclesiam sancti Erigii^h cum villa sua; et ex alia parte eiusdem fluminis ecclesiam sancti Iohannis de Lagoveriaⁱ cum villa sua, et ecclesiam sanctae Mariae de Crosis^k cum villa sua^l; et corroboramus et corroborando confirmamus ecclesiam sancti Iohannis de Grellas cum villa sua, quam a patre meo, Dagoberto rege felicissimo, acquisierunt^m. Has totas iam dictas ecclesias cum villis atque cum omnibus appendiciis suis, cum decimis videlicetⁿ et praemiis^o, cum^p terris tam cultis quam incultis, cum montibus et vallibus, cum sylvis et nemoribus, cum aquis aquarumque^q littoribus, nominatae ecclesiae et monachis libera potestate tradimus. Insuper vero huic imperiali dono coniungimus, quod si quis regalia possidens huius praefati loci monachis aliquid dare vel vendere voluerit aut aliquo modo^r concesserit, sub eadem libertate absque alicuius inquietudine omni tempore permaneat^s. Et ut haec regalis elemosina firma semper et stabilis absque alicuius dominio^t seu diminutione^u permaneat, imperiali praecepto, quo cuncta decernendo sancimus^v, scriptum fieri iudicavimus^w, et manu^x nostra sigillo nostro signavimus^y.

Signum^z Clodovei felicissimi Imperatoris.

Signum Anselmi cubicularii.

Signum Frogerii. Signum Bosonis. Signum Robel palatini. Signum Manassae archiepiscopi.

Facta notitia ista 5. Kalendas Martii. Anno tertio^{aa} regnante Clodoveo, Imperatore dulcissimo. Actum Monte Lauduno, praesente populo.

63.

644. Oct. *Chlodoveus II. rex monasterio sancti Dionysii, ubi Aigulfus abbas praest, villas aliquas cum ecclesiis ad eas pertinentibus concedit.*

Autogr. spurium sigillo munitum in tabula S. Dionysii, iam perditum.

Ediderunt ex hoc autogr. Doublet p. 661; Du Saussy, de mysticis Galliae SS. p. 615 (fragment.); — Bre-30 quigny p. 199, n. 116; — Pardessus II, p. 60, n. 306. — De Foy ad a. 644; Brequigny ad a. 645.

Diploma spurium esse ostendit Germon II, p. 129 sqq., cui adhaerent Brequigny et Pardessus in notis editionis.

Clodoveus Dei gratia rex Francorum, filius Dagoberti regis, omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, seu quacumque iudicialia potestate praeditis. Quicquid pro utilitate vel honestate universalis matris ecclesiae in praesenti ordinamus vel con-35 stitimus et ad effectum perducimus, hoc nobis valde necessarium esse contra visibiles et invisibiles hostes confidimus. Quanto enim digniori vel sublimiori potestate sumus praediti et sublimati, tanto sagaciori et propensiori cura debemus esse solliciti, ut quod agimus iusto et ordinate disponamus, ne iusto iudici displiceamus, vel hominibus ingrati existamus. Quapropter ego Chlodovius, superna providente clementia Fran-40 corum rex coronatus et regiae celsitudinis culmine sublimatus, desiderans Deum habere propitium, cupiens etiam augmentare et amplificare monasterium patroni nostri domini Dionysii, sicut genitor noster fecit, pro salute animarum nostrarum concedo et confirmo ipsi praefato Dionysio et venerabili Aigulfo, patri eiusdem monasterii, videlicet in Bituricensi pago ecclesiam et villam de Noto, ecclesiam et villam de Umrexiaco, ecclesiam et 45 villam de Pelolio, ecclesiam et villam de Argenteria, ecclesiam et villam de Vallo, ecclesiam sancti Marcialis de Salviaco, ecclesiam de Curciaco, ecclesiam de Casimansi,

a) suscepimus 4. b) aliquas 3; aliquid 6; aliquas edit. c) videamus 2, 4; videamus edit. d) Tricastrino 3; Trocastino 4. e) honorem 3. f) et om. 3. g) Mairano 4. h) Erigii 2, 4; Arigii edit. i) Laboueria 3; Lagoveria 3; Lanannoria 4. k) Crosis 4. l) et ecclesiam s. M. de C. cum villa sua om. 3 et edit. m) acquis-50 verunt 4. n) videlicet suis et 4. o) praemiis 3; praemissis 3; praemictis 4. p) atque cum terris 3, 4. q) equarum 3; equarumque 3, 4. r) permaneat 3. s) dominus 4. t) domini diminutione 3 et edit. u) tenuitudo 3. v) iudicamus 3, 4. w) manu propria 4. x) signamus 3, 4. y) Signum Clodovei — S. Manasse archiepiscopi essent in 4, desunt in 3 et 3 et in editionibus. z) anno 3, 4.

ecclesiam de Mosayco, et villas et decimas et terras circumquaque adiacentes, et praedia et mancipia utriusque sexus, et omnia alia circumquaque adiacentia. Affirmo etiam insuper donum, quod fecit pater meus eidem monasterio, scilicet villas et omnes possessiones Sadragesilli ducis Aquitanorum, id est Novientum in pago Lemovicensi, Parciacum seu Nullyacum et Pondentiniacum ac Parcellarias et Anglarias. Contestamur itaque et obsecramus omnes successores nostros, reges sive principes, per sanctam et Individuam Trinitatem et per adventum iusti iudicis, ut honor et reverentia venerandae ecclesiae beati Dionysii, ubi genitor noster in corpore requiescit et nos sepeliri summopere speramus, ab omnibus et in omnibus perpetuo iure conservetur, sicut Romae ecclesia beatorum Petri et Pauli per privilegium Constantini Imperatoris obtinere dinoscitur. Si autem quispiam, sive episcopus sive archiepiscopus vel qualibet dignitate vel potestate praeditus, hoc nostrum donum violare praesumpserit, auctoritate Dei omnipotentis et nostra anatematis vinculo imperpetuum sit alligatus, et a consortio electorum Dei in coelesti regno alienatus, et numero damnatorum in inferno associatus. Et ut auctoritas nostra perenniter firma et inviolata permaneat, vel per omnia tempora illaesa conservetur atque custodiatur, et ab omnibus optimatibus nostris iudicibusque publicis et privatis verius ac certius credatur, manus nostrae subscriptione subter eam decrevimus confirmare, et nostro proprio sigillo sigillari.

Palladius Bituricensis episcopus obtulit. Chlodowius, filius Dagoberti gloriosissimi regis, subscripsit. Signum Arnulfi Metensis episcopi. Signum Eligii aurificis, Noviomensis episcopi. Signum Landerici Parisiorum episcopi. Signum Maurini Senonensis archiepiscopi. Signum Sylvini Remensis archiepiscopi. Signum Frenemundi Andegavensis episcopi. Signum Unberti Lemovicensis episcopi. Signum Aygulfi abbatis Beati Dionysii. Signum Gondoeni comitis Normanniae. Signum Werpieni comitis Britanniae. Signum Charlmundi comitis Flandrensis. Signum Mummoli praefecti. Signum Dadonis Rothomagensis archiepiscopi et cancellarii regis.

Data in mense Octobri. Anno 7. regni nostri. Cliptaco palatio feliciter. In Dei nomine. Amen.

CHILDERICUS II.

61.

Childericus II. rex donationes ab Aldegunde, Deo devota, coenobio in villa Malbodio, in pago Hainoviensi, constructo concessas auctoritate sua confirmat. [661-673.]

* Copia saec. XIV. ex. vel XV. saec. ex chartulario quodam evulsa, in schedis V. B. Le Clay, tabulario olim Insulano praefecti, qui nomen chartam integras describere Bethmanno nostro non permisit, scilicet ipse illam editurus. — Charta inedita.

Diploma huiusmodi rationibus spurium iudicandum ac charta scilicet Aldegundis, ad quam hoc nostrum conformatum est; cfr. Pardessus II, p. 116, n. 338.

In nomine domini nostri Iesu Christi, Dei eterni. Hildricus, qui et alias Dagobertus⁵⁴, divina ordinante providentia rex. Si ea, quae pro utilitate fidelium nostrorum nostri suggerunt optimates, implere debemus, multo magis utique quod pro amore Dei Aldegundis suggerit, cuius spiritalem amorem propter Deum et omnes sanctos et singularem pro omnibus dilectionis affectionem debemus, ortatur effectu, nos convenit mancipare. Proinde omnium fidelium sanctae Dei ecclesiae et nostrorum futurorumque noverit universitas, quod Aldegundis, amantissima Christo, clementiae nostrae suggestit, eo quod ipsa in villa, quae nuncupatur Melbodium⁵⁵ . . . villas quasdam . . . delegatas haberet . . . Cuius petitioni libenter assensum prebentes . . . hanc auctoritatem, quam ego in dedicatione basilicae^a sancti (Quintini) martiris Christi per deprecationes virginis feci . . . anuli nostri impressione adsignari iussimus.

a) quod e. b) dedicate e. c) basilica e.

54) Error falsarii; charta Adelgundis loquitur de Melbodium monasterium a. 661. conditum est; cfr. Le Coiffe, Annal. III, 515.
55) Mal-

65.

c. a. 661. *Childericus II. rex petente Gundelberto episcopo monasterio S. Mariae et S. Petri, in pago Calvomontensi in Vosago supra fluvium Rabadonem a se exstructo, possessiones a Gundelberto illi concessas confirmat.*

1. * Chartular. senonensis in tabular. Spinetensi (Archiv. des Vosges, Épinal) 1^o. Chartular. saec. XVII. inc. in 5 Bibl. Paris. codd. Latin. n. 2702, fol. 453. (Archiv. XI, 431 ex.)
 Ediderunt ex chartular. Senon. 1) Mabillon, Annal. I, p. 482, n. 22; — Calmet, edit. I, tom. I, Preuves p. 258, col. 2; — edit. II, tom. II, Preuves col. 79; — Bouquet IV, p. 646, n. 38; — Bréquigny p. 235, n. 150; — Pardessus II, p. 119, n. 241; — 2) Duhamel I, p. 186 sqq. cum versione Gallica; mendosa. Omnes ad a. circa 661. De Fay ad a. 661; Bréquigny ad a. 661.
 Spuria hanc chartam confirmant privilegia suls Otto I. rex a. 948, lun. 11. (Stumpf a. 165.) et Henricus III. rex [1039—1046]: cfr. Stumpf, Reg. Henrici II, n. 1630.

Childericus rex Francorum omnibus viris apostolicis, patribus nostris, necnon illustribus viris comitibus, vel omnibus audientibus, [praesentibus]^a et futuris. Oportet clementiam regalem inter petitiones caeterorum praecipue sacerdotibus Dei benigne ¹⁵ auditum accommodare, quodque pro timore divini nominis postulatur, ponatur ad effectum, ut eo fiat ad mercedem, quo servis Dei congruit ad quietem. Quod enim talibus devota mente impenditur, maior exinde procul dubio merces acquiritur, sicut scriptum est: ²⁰ *Dispertit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in saeculum saeculi.* Gundelbertus^b igitur episcopus sive abba monasterium in honore sanctae Mariae et sancti Petri sociorumque ²⁵ eius in pago Calvomontensi^c in Vosago, super fluviolum Rabadonem, visus est aedificasse, ubi plurimam ad praesens monachorum turbam noscitur adunasse. Huius itaque viri sancti petitione suscepta, ut^d scilicet clementia nostra quietem ipsorum servorum^e Dei praecipue^f vigoris nostri debeat roborare, placuit huic nostrae auctoritatis decreto plenius inserere^g, sub quo tranquillitatis^h ordine iuxta religionis normam Domino protegente ³⁵ securi valeant in perpetuum residere. Non autem super hoc nobis aliquis detrahendum aestimet, quia non de canonica institutione convellitur, quidquid domesticis fidei pro tranquillitatisⁱ beneficio conceditur; neq; causetur quispiam, quasi novum nos aliquid vel inusitatum stabilisse, cum antiquitus iuxta constitutionem pontificum per regalem sanctionem multorum sanctorum monasteria sub eodem libertatis videantur privilegio, quo et ⁴⁰ praesens volumus cum Dei adiutorio praemunitum consistere. Ideoque propter nomen domini et salvatoris nostri Iesu Christi quicquid^j ipse dominus^k Gundelbertus ex permisso nostro in Vosago laboravit super fluviolum Rabadonem et Grandem rivum et Dolonosum, concedimus ad ipsum monasterium, Senonicum dictum, quod a novo aedificavit, per fines et marchias, terminos vel confinia: id est Pertulum villare, Almarega^l, usque in summas ⁴⁵ Campanias et Medium montem; et Petria fontanam^m, inter duas stratas, usque in Bruscam; Marcoldis, cum Rotundoⁿ monte. Deinde in strata Sarmatorum usque in Marisanga, cum Dolosana fontana, cum Hurino monte, et cum ipsa fontana Hurinega et Foreste abitatione, usque in Rabadonem, cum Pigerio rivulo. Haec^o omnia denominata cum terminis eorum^p, vel quidquid in Calvomontensi, Suetinsi, Salinsi,, seu cum ⁵⁰ omnibus locis, videtur idem monasterium in praesenti possidere vel poterit acquirere, secundum hanc nostrae delegationis paginam liberrima sibi illibataque permaneat. Hoc in augmentum adhibito: ut nullus penitus iudicium praesumptione sua vel cuiuslibet hominis licentia praefatum monasterium absque voluntate ipsorum servorum Dei in alterius hominis ius vel dominium audeat vertere vel sibimet usurpare; et si hoc fecerit, ⁵⁵ quod primum est, iram Dei incurrat, et regalis offensam gratiae sustineat. Illud etiam nobis pro integra visum est mercede addendum, ut tam illas, quae ex nostra largitione,

a) praesentibus suppleri; multum editiones. b) Calvomontensi Duhamel. c) et D. d) Dei servorum D. e) praecipue Mab. f) miserere (sic!) D. g) tranquillitatis D. h) quidquid D. i) dominus D. j) Almaregas D. k) fontana D. l) Rotondo D. m) Haec D. n) rerum Mab.

56) De huius nominis antistite Senonensi certi nihil certum est; cfr. diversissimas de nostro sententias in Act. 63. Bolland. Tom. III. Februar. p. 262 sq. procorum Senonensium auctores aliqui scriptores propositas; vide etiam Mabillonium, Tom. I. Annalium pag. 462; Rettberg, Kirchengesch. I. 521.

quam eas, quae ex acquisitione seu delegatione posterorum ad saepedictum monasterium devolutae fuerint possessiones, nulla unquam iudicialia potestas, nos⁵⁷ praesens nec succidua, ad causas audiendum aut aliquid exigendum praesumat ingredi, sed sub immunitatis privilegio hoc ipsum monasterium vel congregatio sua sibi met extra⁵⁸ omnes fiscos debeant possidere. Et quidquid inde fiscus noster forsitan aut ex eorum hominibus, aut ex illorum servitoribus vel in eorum agris manentibus, vel undecumque poterat sperare aut solebat suscipere, ex indulgentia nostra penitus ipsi sancto loco ad stipendia Deo ibidem servientium remittimus et in Dei nomine concedimus, ut tam nobis praesentibus quam per tempora succedentibus regibus et principibus ad compendium debeant cuncta proficere, et pro aeterna salute et felicitate patriae seu regis constantia delectet ipsos monachos inmensam Domini pietatem interpellare.

Quod praeceptum decreti nostri Christo in omnibus suffragante ut firmiter nunc et perenniter conservetur, conscriptione manus nostrae infra studuimus roborare, et de anulo nostro iussimus sigillari.

66.

Childericus II. rex diploma Gregorii papae spurium pro coenobio Nantuacensi confirmat, eidemque monasterio possessiones nonnullas concedit.

Ediderunt ex chartular. Nantuacens.: Gulchenon, Hist. de Breisse et de Bugy IV, p. 313; — Le Coigne III, p. 195; — Broquigny p. 250, n. 161; — Pardessus II, p. 136, n. 352. — De Foy ad a. 661; Broquigny ad a. 664.

Diploma spurium apud ostendunt Mabillon, Annal. I, 373 et 461; Le Coigne I, c.; Broquigny et Pardessus in notis editionis.

Rex Childericus, filius bonae recordationis Clodovei, Amando praesuli atque abbati. Gaudeo, frater charissime, sanctitatem tuam opinionemque tuae religiosae vitae toto orbe dilatari; supra namque, cum ad civitatem Parisius devenissemus, perlata ad nos scripta beati Gregorii papae⁵⁹, in quibus coenobium a te constructum Nantuacense mirifice exornat suisque praeconiis exaltat, quod ideo tuae sanctitati mittere curavimus, ut pro magno munere ibi a te conservetur. Ipse quoque supradictus papa omnino petiit, ut ea quae ipse authorisavit, nos more regio laudaremus atque confirmaremus; quod fecimus annulo nostro subtersignantes, et in omni nostro regno comitibus sive iudicibus atque omnibus regiam rem administrantibus litteras nostras direximus, ut nullus huic praedicto nostro coenobio ullo modo audeat inferre calumniam; nam indecent est et non sequum, ut tam religiosum locum, benedictione apostolica dedicatum scilicet et meritis suis praecelsum, colla subdere, et non solum subdi atque obsequi, quin etiam sua largiri. Damus vobis itaque praeter illa municipia, quae dudum concessimus, alia quoque ad nostram sedem regiam pertinentia, videlicet montem quem vocant sancti Vincentii, cum rebus indomincatis in episcopatu Cabilonensi consistentibus, cum vineis, pratis, campis, sylvis, pascuis, nemoribus, aquis aquarumve deductibus. Concedimus etiam in episcopatu Maticensi ecclesiam sancti Remigii et ecclesiam sancti Pontii cum omnibus appenditiis eorum; in episcopatu etiam Lugdunensi ecclesiam, quae dicitur Ad Sanctas, et omnem terram sicut vallis Hergo consistit, et sicut aqua quae dicitur a Selgo, cum villulis in eadem valle manentibus et mancipiis eorum. Haec etiam addo: villam quae dicitur Balasono, cum ecclesia et omnibus appenditiis suis, quae sita est iuxta Sangonam flumen. Omnia praenominata tibi et fratribus in dicto coenobio commorantibus, tam praesentibus quam futuris, per nostri privilegii firmitatem tribuimus, quatenus pro salute nostra vel regni nostri prosperitate incessanter Dei omnipotentis clementiam exoretis. Hoc autem donum frater meus Theodericus ob amorem tui laudavit atque concessit.

Actum est hoc donum sive privilegium in civitate Parisius⁶⁰, anno quinto Childerici regis.

⁵⁹ a) in D. b) et extra D. c) in mense (sic) D.

⁵⁷ Cfr. editionem diplomatis huius spurii apud Broquigny p. 249, n. 160 et Pardessus tom. II, p. 135, n. 352, ubi rationes falsitatis exponuntur. ⁵⁸ Urbs Parisiensis anno Childerici quinto nondum in ditio- nem eius cesserat.

67.

667. *Childericus II. rex basilicas sancti Gervasii Cenomannensi ad luminaria ecclesiae*
 Mart. 1. *concedit, quicquid fisco regio competebat in curte Arduno in pago Pictavensi.*

* Cod. Bibl. Cenomannensis n. 224, saec. XIII, fol. 64.

Ediderunt ex hoc cod. Mabillon, Vet. Anal. p. 280; — Bouquet IV, p. 649, n. 47; — Brequigny p. 353, n. 164; — Pardessus II, p. 141, n. 357. — De Foy ad n. 667; Brequigny ad n. 667.

Childericus rex Francorum, vir illuster, apostolico^a patri Didone, Pictavensi episcopo. Cognoscat sanctitas vestra, quia nos tributo illo quicquid de curte cognominante Arduno, sitam in pago Pictavense, in luminaribus ad basilicam sancti Gervasii cedo, inspecto, absque impedimento, pro mercedis nostris augmentum, omnia quod ad fiscum nostrum^d exigitur, visi fuimus concessisse. Propterea per praesentem^b praeceptionem^c pro amore sanctitatis iussimus emunire, ut superius conscripto tributo, quod ad fiscum nostrum de Arduno sperabatur, nullus nostri iudex exactare faciat ad fiscum nostrum^d, sed ad iam dictam basilicam sancti Gervasii, ut prius concessimus, pro mercedis nostri augmento habeat concessum atque indultum. Et ut haec auctoritas plenior obtineat vigorem, in manu nostra subter firmavimus et adfirmare rogavimus.

Signum glorioso domno Hilderici regis.

Kalendis Martii. Anno 7. regni ipsius.

Signum domni Ghisilo abbati. Allo abbas subscripsi. Cristomerus abbas subscripsi. Gedeon abbas subscripsi. Eionus subscripsi. Autenti^e ego vidi et subscripsi. Autidem^f 70 vidi^e et subscripsi. Teutsindus^g clericus explevit, scripsit et subscripsit.

68.

[669.
— 670.]
Jul. 29. *Childericus II. rex ecclesiae sancti Dionysii villam Vipplestacum, in pago Biturico, cum novem ecclesiis in eadem villa sitis omnibusque ad eam pertinentibus concedit, necnon und praedictarum ecclesiarum, scilicet ecclesiae sancti Salvatoris, quae regalis hucusque 25 capella existit, alia complura eiusdem villae confinia ad victum et vestitum comparandum tribuit.*

* Autogr. spurium, saec. XI. conscriptum, in tabular. Paris. signatum K. 2. n. A. in membranis scriptum.

Extypo in Serie I, tab. XV.

Ediderunt ex hoc autogr.: Doublet p. 685; — Brequigny p. 509, Addenda n. 4; — Pardessus II, p. 156, n. 363; — 30 Letronne p. 24, n. 15; — Tardif p. 14, n. 18. — De Foy ad n. 670; Brequigny ad n. 670.

Diploma spurium esse ostendit Le Coine III, p. 605; Garmos II, p. 124; Brequigny et Pardessus in notis editionis.

Childericus rex Francorum.

Creator omnium Deus delectatur oblatione fidelium, licet ipse cunctis dominetur, sed vult ut quibus in praesentis vite curriculo perplura de suis commiserit, pauperibus, in monasteriis ceterisque necessitatem patientibus, perplura dum temporali fruuntur luce impendere pro eius amore studeant, ut sic post dissolutionem presenti aevi visione cum electis gaudere in aeternum mereantur, et ut utiles et boni servi, quia super pauca fideles extiterunt, a Domino veniente supra multa constituentur. Unde ego Childericus Francorum rex, humanae fragilitatis non in memor, volensque michi sedem in aeterna dum tempus habeo preparare, ad ecclesiam peculiaris patroni nostri domni Dionysii sociorumque eiusdem Rustici et Eleuterii, gloriosorum martirum, in qua multi antecessorum nostrorum requiescunt, nos quoque post depositionem corporis sepeliri speramus, plurimis statuimus magnificare muneribus. Inter quae praecipue quandam villam in pago Biturico sitam, Vipplestacum nomine, cum ecclesiis novem³⁰ numero in eadem villa existentibus, et mancipiis et servis et ancillis, 45

a) apostolico e. b) praesentem e. c) praeceptionem e. d) nostrum debent ad e. e) Auventi ead. f) Auventi ead. g) Teutsindus ead.

30) Prorsus incredibile est, ut recte monuit Germonius L. c., novem in una eademque villa conditas fuisse ecclesias.

terris, nemoribus, pratis, pascuis, aquis aquarumve discursibus, farinariis ceterisque adiacentibus, pro salute maiorum nostrorum et nostra supradictae ecclesiae et fidelibus inibi Deo devote famulantibus, et Aigulfo⁶⁰, eidem presidenti ecclesiae abbati, perpetuo iura largimur. Quatuor autem principales inter illas novem ecclesias habentur una quarum, in honore sancti Salvatoris constituta, regalis hucusque extitit capella, in qua nunc monachos 20 numero praefate venerabilis basilicae imponere ad Deo servandum non displicuit. In alia siquidem, beatissime Dei genitricis et virginis Mariae honore glorificata, canonici nostri a pristinis temporibus predecessorumque regum iuri mancipati immorantur, quos esse suffraganeos et subiectos monachis amodo decrevimus, priores quidem eorumdem canonicorum, Protario nuncupato, hoc maxime efflagitante, consensu sui capituli et etiam archiepiscopo Bituricensi⁶¹ Roricio, venerabili boneque memorie viro, annuente ut canonici a regali eruerentur potestate monachorumque ditioni subingarentur. His quidem duae nostrae tantum iuris erant, alias autem duas principales, alteram sancti Petri, alteram sancti Martini altaribus praeditas, cum aliis quinque his acclivibus Godinus⁶², vir apostolicus Lugdunensisque episcopus, a regia tenebat maiestate, sed nunc eas sponte sua supra nominatorum martirum monachorumque suorum, me annuente, concedit in perpetuum potestati. Ut autem cum summa devotione praefatae ecclesiae sancti Salvatoris, nullis impedientibus exteriorum negotiorum sollicitudinibus, monachi famulentur, in qua multorum continentur sanctorum reliquiae, preclara quoque quam frequentissime interventu eorumdem efficiuntur miracula: damus eis integre quo supra memoravimus aliaque quamplurima eidem ville confinia, unde et victum vestitumque sibi competentem tempore oportuno sine aliqua molestia habere valeant, et trecentos solidos annuatim sua maiori ecclesiae ad eandem illuminandam alacriter persolvant. Quod si quis presentis nostrae donationis auctoritatem adnullare vel irritam facere aliquo modo violenter presumpserit, cuiuscumque professionis nomine censeatur, tam de presenti quam de viventium terre stabilitate eliminetur et cum reprobis infernalium suppliciorum infinitis miseris exponatur. Verum ut stabilis et magis autentica istud habeatur preceptum, cartam inde factam et palam proceribus nostris commendatam nostro proprio sigillo confirmare et signare disposuimus.

Signum Childerici Incliti regis. † Signum Iohannis⁶³ episcopi Parisiensis. Signum Palladii⁶⁴ Rotomagensis archiepiscopi. Signum Taurini⁶⁵ archiepiscopi Senonensis. Signum Etherii⁶⁶ Remensis archiepiscopi. Signum Silvini⁶⁷ Silvanectensis episcopi. Signum Bertefredi⁶⁸ Belvacensis episcopi. Signum Mummoli prefecti. Signum Gundoeni comitis. Signum Charimundi comitis.

Datum die quarto Kal. Augusti. [Anno 10.] regni nostri. Clympiacensi palatio. In Dei nomine feliciter. Amen. [Heneas notarius scripsit. (L. S.)]

69.

Childericus II. rex petente Aigliberto episcopo monasterio sancti Gervasii Cenomannico villam Arduno, in pago Pictaviensi, tam antea a se concessam, auctoritate sua tenuo confirmat. (c. 671.)
Ap. 27.

⁶⁰ Cod. Bibl. Comomannicae n. 224, saec. XIII. Ediderunt ex hoc codice: Mabillon, *Vetera Anallecta* p. 286; — Bouquet IV, p. 651, n. 50; — Brequigny p. 262, n. 179; — Pardessus II, p. 156, n. 268. — De Foy ad a. 671; Brequigny ad a. 671. Diploma spurium esse ostendunt Brequigny et Pardessus in notis editionis.

Cum et villa nuncupante Arduno in pago Pictavo ab antecessoribus regum, parentum nostrorum quondam procerum, praeeptionis cognovimus ad basilicam peculiaris patroni nostri, domni Gervasii, in urbem Cenomannicam, ubi vir apostolicus, pater noster dominus

a) venerabilis s.

⁶⁰ Non Aigulfus, sed successor eius Leobafarius h. l. monasterio sancti Dionysii praefuit. ⁶¹ Roricus Aigilbertus, non Iohannes, sedem Parisiensem tenuit. ⁶² Immo Andosnus. ⁶³ Immo Amatus. ⁶⁴ Immo Nivardus. ⁶⁵ Immo Autbartus. ⁶⁶ Immo Clemens. ⁶⁷ Immo Autbartus. ⁶⁸ Immo Clemens.

Aiglibertus⁶⁹, episcopus esse dignoscitur, et nos recolimus emunitates de ipsam villam ad ipsum sanctum locum visi fuimus concessisse: propterea cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, quia nos concessimus ei, quicquid de ipsam villam partibus fisci nostri sperabatur, hoc vobis inrecisum putamus iuxta illam anteriorem nostram praeceptionem, quam vobis apostolicus vir dominus Berarius quondam deportavit; unde et ipse pontifex Aiglibertus de praedicta praeceptione recte exemplari a nobis praesentavit. Sed pro firmitatis studium petiit nobis, ut pro nostra praeceptione hoc iterum eam refrinare deberemus; quod ei taliter praestitisse vel confirmasse cognoscite. Praecipientes igitur ita, ut neque ad vos neque ad iunioribus seu successoribus vestris de ipsa causa nihil exigere nec requirere non praesumatis, nisi dum ad ipsam basilicam memorata villa cognovimus esse concessa, ad nuncupata basilica proficiat in augmentis, et vos de praesenti praeceptionis pro adducendam post vos reciperat, et quaecumque inferenda nostra praesentatis, ipsa apud vos exhibeatis. Et ut citius credatis, manus nostras subscriptionibus subter eam decrevimus affirmare.

Ego Hildericus rex subscripsi sub die 6. Kalendas Septembris, anno 11, regni nostri. In Christi nomine Athmon peccator episcopus autentico vidi exemplar et subscripsi. Aestericus in Dei nomen abbas autentico vidi exemplar et subscripsi. Hadoaldus in Christi nomen presbyter autentico vidi exemplar et subscripsi. Domnus Haricindus, humilis abbas, vidi exemplar et subscripsi. Augrus autentico vidi exemplar et subscripsi. Ebertus autentico vidi exemplar et subscripsi. Ursinianus autentico vidi exemplar et subscripsi. Haldrus, in Dei nomine presbyter, autentico vidi exemplar et subscripsi. Gisolenus autentico vidi exemplar et subscripsi. Gomaldus abbas autentico vidi exemplar et subscripsi. Letrannus autentico vidi exemplar et subscripsi. In Christi nomen Gigobardus peccator abbas autentico vidi exemplar et subscripsi. Siggolenus autentico vidi exemplar et signavi.

Facta exemplaria sub die sexto decimo Kalendas Novembris. Anno 11, regni domni Hilderici regis gloriosi. Cenomannensi civitate.

DAGOBERCTUS II.

70.

^{662.} *Dagobertus II. rex monasterio Argentinensi tres curtes, in pagis scilicet Bischovisheim, Rubiaca, Species, concedit.* 36

1. Chartularium n. 1357, in Bibl. Argentoratensi. — 2. Jacobi Twingeri a Koenigshofen Chronicon, cod. autographus in Bibl. Argentorat. — 3. Gebvileri Historia comitum Habsbargensium manuscripta, lib. III, cap. 16. Ediderunt 1) ex chartulario n. 1357; Schöpflin, *Alsat. dipl.* I, p. 25, n. 72; — Grandjean, *Hist. de l'Eglise de Strasbourg I.*, Preuves p. 26; — Broquigny p. 277, n. 184, ad p. a. 675; — Pardessus II, p. 170, n. 280. — 2) ex chronico Jacobi a Koenigshofen diploma abbreviatum dederunt: Schiltner, *Observat. ad Chron. Königsbrunn* p. 592; Lénig, *Reichsarchiv*, XVII, p. 866, n. 1. — 3) ex codice eccl. Argentorat. abbreviatum: Coccius, *Dagobertus* p. 143; — Heuschenus, *De tribus Dagoberto* lib. II, p. 84; — Le Coine III, p. 748, n. 17, ad a. 675; — Vorburg, *Hist. Rev. Germ.* VIII, 231; — Leguille, *Preuves* p. 2. — 4) ex codice Gebvileri: Bebel, *Antiquit. Germaniae prima* p. 72, male. — De Foy ad a. 662; Broquigny ad a. 662. Diploma spurium esse ostendunt Le Coine I. c.; Schöpflin I. c.; Grandjean I. c. p. 83; Broquigny et Pardessus 40 in notis editionis.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Tagoberctus, divina favente clemencia nobilissimus rex. Notum sit omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus, natis et nascendis, qualiter ego rex Tagoberctus exhereditatus Christo volente propriis filiis, sanctam Mariam michi in hereditariam heredem acquisivi, dans in honore eiusdem matris Domini ad Argentinensis ecclesie monasterium tres curtes meas optimas et electas, quas ita discernebam a ceteris, ut praesent cunctis; quarum una sita est in pago qui dicitur Bischovisheim, et in comitatu Chilcheim, altera in pago qui vocatur Rubiaca, et in comitatu Illichia, tertia in pago qui nuncupatur Species⁷⁰, et in comitatu Bargense⁷¹. Scilicet has supradictas curtes ad supradictum monasterium cum servientibus, optimatibus vel etiam equitibus, ad easdem curtes

69) Aiglibertus nonnulli septem annos post Childerici regis obitum sedem Cenomannensem obtinuit. Helvetiae usque pertingens; cfr. Schöpflin, *Alsat. Must.* I, p. 657 sqq.

70) Legendum *Species*; cfr. Schöpflin, *Alsat. Must.* I, p. 657 sqq.

71) Comitatus amplissimus, ad Fridurgum

pertinentibus, eo iure tradidi, ut omnibus annis vite sue ipsi et posteri eorum quatuor nummos ad legitimum censum dent ad eandem curtem, qua visi sunt degera. Sed viliores servos ita dempsi a supradictis, ut dent duodecim nummos, exceptis hiis, si qui liberales mulieres acquirant: eorum filii nullum censum reddant, sed tamen vivant eodem iure, uti patres eorum. Insuper bannum eorum sit precium trium solidorum, nisi si que forte faciant contra monasterium, hoc emendent secundum gratuitam voluntatem illius loci procuratoris; nec tamen omnino expertes predii neque proprie vite consistant. Super hec Speculensera curtim discreto cum servientibus michi ab aliis ita discernebam, ut quicumque a famulantibus michi serviliter essent procreati, masculini sexus qui forent, nullum censum reddant; sed feminei sexus etas, ut predictum est, legitimum censum persolvat. Post hec demum cupiens querere, quo consilio corpus quin potius animam possim Deo et genitrici eius commendare, me ad idem monasterium, quandiu vixissem, eius pro gracia promisi serviturum, ut ipsa me in die iudicii commendaret ex se carnaliter nato filio, domino nostro Iesu Christo, ac maxime ideo, ut liberales qui beneficia ab eis de curtibus ex me habebant, meo pro causa suasionis se eodem modo, quo ego, se promisissent servituros, non serviliter sed liberaliter, legaliter iure virorum: petentes a me, ut si quid unquam fore fecissent, hoc facilius emendarent dimidie partis, quam ceteri liberales; quod et concessi. Sed et insuper si quid emendare debuissent in advocati eius iure, cum septem solidis et semis satisfaciant, tamen ipsis laudantibus quin potius eundem advocatum constituentibus. Et si quis horum pro maxima culpetur culpa, si culpabilis sit, in maximo banno triginta solidos emendet; quin etiam si unquam presul eiusdem loci quemquam horum contra se consilio vel facto etiam fecisse convincat, hoc emendet quasi liber vir; si autem insons velit fieri, cum predicto iure liberalium inculpabilis fiat. Sed hiis liberalibus, qui se sua sponte pro mea suasione ad idem monasterium dederant, tale ius constitui, ut habeant liberam potestatem emendi, habendi, dandi, vendendi et posteris eorum propria iura dimittendi, et nemo eos supradicat, nisi liberales in iisdem curtibus degentes, qui se meo consilio eidem monasterio commendarent, et tamen ipsi supra dicant et iusticiam inveniant super omnes, qui illuc subditi sint. Insuper si qui sint, qui in eiusdem monasterii potestatem veniant liberaliter degentes, tercio Kalendas Marcii postea in advocati iure et in liberalium virorum tueantur, et hinc predicti liberales nullum famulatum domino illius loci vel regi exhibeant, nisi ex eis beneficia habeant; ita etiam, ut unusquisque lorcatatus vir decem mansus possideat, et tunc pergat unusquisque illorum, quocumque velint eos mittere, cum victu episcopi sive regis, ipsis laudantibus ministeriis trium villicationum. Si autem quisquam ex eis, non habens beneficia, exigatur in famulatum ipsius loci defensoris, trium ebdomadarum spacio pergat in servicio ad defendendum regnum, quarta intrante, si ei nolit beneficia dare, fiat in presencia eius cuiuscumque velit miles.

Acta sunt hec in Isenburg; et ut hec a nobis facta credantur et a posteris nostris non infrangantur, manu propria roboravimus et sigillari iussimus.

Signum domini Tageberti, regis pii.

Ego Turandus⁷², cancellarius regis, ipso iubente rescripsi.

Acta sunt hec quarto Nonas Aprilis, luna septima. Anno ab incarnatione Domini 662. Indictione quinta. Regnante Dagoberto rege, anno 32. regni sui.

CLODOMIRUS.

71.

Clodomirus rex, filius Chlothacharii III, ecclesie sancti Sulpicii Bituricensis sive (e. a. 674.) Navenensis omnes teloneos Bituricensis civitatis aliisque dona concedit.

Copia in tabulario S. Sulpicii.

Ediderunt ex hac copia: Labbe, *Meslanges curieux* II, p. 408; — Brequigny p. 268, n. 177, ad a. 674; — Pardessus II, p. 162, n. 373, ad a. 674. — Brequigny ad a. 674.

70 a) decima Königsh. b) DCCVL Königsh.

72) Durandus, Ludovicus Pii imp. cancellarius.

In⁷¹ nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Clodomirus, Dei gratia Francorum rex, Francorum regis Clotarii filius, Navensis ecclesiae beneficia toto mentis desiderio cupio augmentari, tum quia in honore Dei et sanctae Mariae virginis et sancti protomartyris Stephani et sancti Clementis et omnium sanctorum Dei fundata fuit, tum quia sanctissimi viri corpus Sulpicii, videlicet Biturigae civitatis dono patris nostri Clotharii consulis et archiepiscopi, depositum in eodem loco requiescit. Ego itaque Clodomirus, videns sanctitatem eius et miracula, attendens etiam quanto pietatis studio precibus suis patrem nostrum Clotharium, iam pene defunctum, vitae et sanitati restituit: illam supradictam Navensem ecclesiam maioris aedificii amplitudine dilatari facio, et de rebus nostris ad opus servientium fratrum monachorum, videlicet unde vivere possint, impertior. Huic igitur ecclesiae et ecclesiae monachis servientibus donamus et concedimus omnes Bituricensis civitatis consuetudines, portaticum tam de annona quam de vino, scilicet rotaticum, foraticum, nec non et districtum, et mercatum septimanale, et feras annuales totas, et illas quae modo sunt et quae amodo constituentur, et omnem consuetudinem quaecumque redditur sive ab introeuntibus civitatem, sive ab exeuntibus, undecumque sint illi, qui consuetudinem reddunt, sive incolae Biturigae urbis, sive extranei; et omnem censum de omnibus areis, quae sunt a porta Gordonica usque ad Utrionensem portam, inter aquam et murum, et ipsam aquam cum molendinis, et omnes areas intra civitatem praeter claustra, et totum burgum circa ecclesiae et burgi portaticum, et rotaticum et foraticum, sicut de portis civitatis, et aquas et prata cum inaulis, quae sunt in circuitu monasterii, sicut prataria terminantur, a Bello loco usque Bariacum, et pratum de Stabulo. Concedimus etiam, ut spatium terrae illius, quae est ab ecclesia sanctae Crucis usque ad supradictam Navensem ecclesiam, ita sit monachis quiesca, ut nullus cuiquam pro aliquo foris facto aliquam alicui violentiam inferre praesumat. Si aliquis etiam subditorum nostrorum aliquid beneficii saepedictis monachis velit impendere, illud et laudamus et assensum praebemus. Haec itaque, quae diximus, ita authorizabilia et ab omni calumniae impugnatione quiesca esse volumus, ut nemo unquam, sive rex, sive dux, sive consul, sive princeps, ea aliquo modo diminuere audeat; neque in terra ecclesiae huic pertinenti aliquis, cuiuscumque ordinis sit, aliquam consuetudinem quaerat.

THEUDERICUS III.

30

72.

672. *Theudericus III. rex petente per missum suum Radebertum monachum Herharo*
 Feb. 9. *abbate monasterio Novientensi immunitatem circa locum Hiltesheim, eidem monasterio antea*
traditum, concedit.

1. Autogr. spur. saec. IX. confectum, in tabular. Selestadensi. — 2. Schedas Mabillonii (ex Chronico Novientensi saec. XIII.).

Evident 1) ex Chron. Novient.: Lant. kb. VIII, p. 391, sine nota chronica; — 2) ex schedis Mabillonii: Gallia Christ. V, Instrum. epl. 457, p. 1; — Bouquet IV, p. 622, n. 66; — 3) ex autogr. spur. tabul. Novientensis, iam Selestadensis, et ex copia veteri in tabul. Argentorat. Grandier I, Prævas p. 40 et 41, n. 40 et 41; — Bréquigny p. 306, n. 302; — Pardessus II, p. 195, n. 402; omnes ad n. 683. — Diplomata 40 lotium tantum et finem exhibent in editione Chronici Novientensis Martens et Durand, Thesaur. Anecd. III, col. 1134 med. — De Foy ad n. 683; Bréquigny ad n. 663.

Diploma spurium eius extendunt Bréquigny et Pardessus in notis editionis.

73) Commentitium omni ex parte diploma; unicus enim agnoscat Clodomirus rex Francorum, qui non Clotarii, sed Clodovei II. filius fuit, et decessit anno 524. Huic tribus nequit diploma de quo agimus, quod non nisi post mortem sancti Sulpicii datum fingitur, cuius corpus dicitur in Navensi monasterio sepultum; Sulpitius vero circa annum 591. obiit, lamdis satis functo Clodomiro. Nec Clodomirus, de quo agitur, dici potuit filius Clotarii II, qui non alios reliquit filios praeter Dagobertum et Charibertum. A Clotario quidem III, qui absque filiis decessit, Ebroinus maior domus et eius asseclae gentium fuisse filium saxe-

runt, quem in regnum levare consti sunt anno 674, ut testantur vita sancti Leodegarii (Bouquet II, p. 617 45 in. ad n. 674.) et chronicon Sigoberti (Mon. Germ. SS. VII, 326, 64 ad n. 680), et hunc supposititum filium memorant sub nomine Clodovei cubitadam, quod in Clodomiri nomen abbasse facili amanuensium lapsu credi potest. Si huic Clodomiro tribuatur 80 diploma, quod expendimus, illud sub anno 674. collocare licebit; cui coniecturas non ob aliam causam indulgemus, nisi ut locum aliquem huic spuriae chartae assignemus. BREQUIGNY.

55

In Christi nomine. Tiedericus rex Francorum, vir illuster, Attico duci et Adelberto comiti ceterisque fisci nostri exactoribus. Illud nobis ad aeternam retributionem credimus in Dei nomine proficere, si petitiones hominum religiosorum ad effectum sperducimus, vel pro Christi amore cum omni protectione solidamus. Atque ideo cognoscat inagnitudo seu utilitas vestra, venerabili viro patri nostro, domno Herharo abbati, ac misso suo, Radeberto monacho, serenitati nostre suggestisse de hominibus ingenuis, qui in mundeburde monasterii Novientensis, quod in honore peculiaris patroni nostri sancti Mauricii constructum esse videtur, ut eis tale beneficium concedere deberemus: hoc est de loco nuncupato Hiltesheim, quem propria manu eidem monasterio tradidimus, 10 ut a iudicibus nostris nullam inquietudinem vel quamlibet requisitionem aut fredam, seu redibitionem vel iniunctionem, quod ad vos vel iuniores vestros pertinuerit, ad quascumque necessitates volumus esse commonitos, pro mercedis nostri augmento in luminaribus peculiaris patroni nostri, iam supradicti sancti Mauricii, per hanc auctoritatem visi sumus concessisse, ita ut neque a subditis vestris neque a vobis seu a successoribus vestris inquietentur vel amoveantur, nisi ab actoribus prefati monasterii in mundeburde impendant, et defensionem tam ipsi quam et posteritas eorum presentibus et futuris temporibus sperare debeant. Et quod fisci nostri dicionibus debuerant inferre, hoc ad ipsam congregationem sanctam hac auctoritate concedimus, ut hoc debeant habere concessum atque indultum.

Et hec auctoritas, ut nostris Deo auxiliante et futuris temporibus firmiorem obtineat 20 vigorem, manus nostre subscriptionibus et anuli nostri impressione eam decrevimus roborari. Ego Tiedericus rex subscripsi. † Ego Adoynus episcopus subscripsi. Signum Tiederici regis invictissimi. (L. S.)

Data mense Februario die nono. Anno decimo regni eius.

Actum Suessonis civitate. Anno dominice incarnationis 672. Indictione 7.

In Christo feliciter.

73.

Theudericus III. rex Condedo abbati Fontanellensi eiusque monachis insulam Belciacā, in fluvio Sequanae sitam, cum omnibus ad ipsam pertinentibus et toto alluvio 673. Oct. 21. concedit.

1. Transumptum in diplomate Philippi VI. regis Francie d. d. 1339, m. Januar. in Chartular. Fontanell. (cod. Bibl. Paris. Lat. n. 17,193, fol. 30.)^a — 2. Copia transumpta in schedis Mabillonii. — 3) Copia altera in schedis V. C. Brequigny. Ediderunt ex copia Mabillonii; Bouquet IV, p. 652, n. 52. — 62 copia altera: Brequigny p. 266, n. 174; — Pardessus II, p. 160, n. 376. — De Foy id. a. 673; Brequigny ad a. 673.

In nomine altissimi Domini. Theodericus rex Francorum. Quicquid propter timorem Domini et amorem ipsius ad augmentum divini cultus servis Christi ex habundancia regia largimur, retributorem Deum, pro cuius reverencia hoc agimus, habere confidimus. Igitur agnoscat industria fidelium Christi, praesens pariter et futura, nos divinitus ammonitos ad insulam in fluvio Secanae sitam descendentes, viro Dei domno Condedo, illuc ab eo 40 destinato, ipsam insulam quam antiquitus lutum censuit, nunc vero Belciacam⁷⁴ nuncupatam, cum omnibus rebus ad ipsam pertinentibus et toto alluvio, quo eam voluerit divina pietas augmentari, concessisse et condonasse. Quae cum sit fisco Arelauna vicina, in sui

^a Diploma Philippi VI. regis sic incipit: Philippus, Dei gratia Francorum rex. Notum facimus — quod religiosi viri, dilecti nobis in Christo abbas et conventus monasterii sancti Wandregisilli, quandam litteram antiquam, dudum dicto monasterio concessam, que propter vetustatem et quibusdam suis partibus erat deteriorata et consumpta, nobis exhiberi fecerunt, humiliter supplicando, quod eandem litteram, quam ad suam et sui dicti monasterii rerumque et possessionum suarum conservacionem asserabant proficuum, renovari, eamque confirmare, laudare et approbare et nostro sigillo regio facere muniri, auctoritate regia dignaremur — confirmamus, et in scripturam novam redigi mandavimus sub suo tenore, qui sequitur in haec verba etc.

a) servus a.

74) Diploma spurium esse et invocatio probat et anuli in fine mentio, id quod primus vidit V. C. P. de Brequigny. 75) Insula, iam pridem undis obruta, paulo post a. 1641. omnino evanuit.

longitudine per tria millia se extendens, et in latum mille quingentis passibus terminetur, agros tamen contiguos et prata a parte orientali^a et saltus, ab aquilonari vero usque ad fines Glaconissem similiter concessimus, ut tam ipsum quam suos monachos de monasterio Fontanella pro nobis et prole nostra ac pace et stabilitate regni ac animarum nostrarum remedio sacrificium redemptionis nostrae offerre Domino, et divinam misericordiam iugiter exorare delectet. Per hunc ergo praeceptum specialius decernimus atque iubemus, ut ipse, sicut dictum est, hoc habeat indultum atque concessum, ita ut et illi successores sui monachi hoc habeant, teneant atque perpetuis temporibus possideant, vel quicquid exinde facere voluerint, liberam et firmissimam in omnibus Christo auspice habeant potestatem. Et ut haec auctoritas vel donatio nostra, quam divina illuminatione plena et integra gracia concessimus, firmiter habeatur et perpetuis temporibus inconvulsa maneat, manus nostrae subscriptione et anuli nostri impressione designari iussimus.

Theodoricus rex subscripsit.

Anno primo. Datum quod fecit mensis Octobris, dies vigesimus primus, feliciter. Arbanno palacio.

15

74.

675. *Theodericus III. rex petente Aigliberto episcopo monasterium puellarum, in loco*
Dec. 6. *Thusphiacō constructum, ecclesiae Cenomannicae eiusque rectoribus possidendum tradit.*

^a Cod. Bibl. Cenomannensis h. 224, saec. XIII, fol. 62.

Ediderunt ex hoc cod. Mabillon, *Vetera Analecta* p. 277, col. 2; — Bouquet IV, p. 638, n. 56; — Brequigny 20 p. 275, n. 183; — Pardessus II, p. 166, n. 379. — De Foy ad n. 675; Brequigny ad h. 675.

Theodericus⁷⁶ rex Francorum, vir illuster. In hoc semper regalis celsitudo debet prospicere, ut quodcumque contra Dei decretum vel instituta patrum fuit actum, debeat esse restauratum. Ideoque ad aures clementiae nostrae fuit patefactum, eo quod Ulphaldus et Ingobertus, obtimates nostri illustri, Deo sacrata Adidola abbatissa, seu et genitricis sua⁷⁷ Ingane; quae in monasterio puellarum, quod in honore sanctae Mariae vel ceterorum domnorum in loco nuncupante Thusphiacō constructum, una cum turba plurima monachorum sub sancta regula conversare videntur, vel ipsa congregatione, tale testamentum facere coegisset, ut quodcumque praedicti viri ad ipsas ancillas Dei facere ordinabant, aliud nullatenus pontificium faciendi haberent, nisi praesentialiter in perpetuum, ut omni tempore iussionem de qualibet causa facere et adimplere deberent. Econtra^b vero asserebat vir apostolicus Aiglibertus⁷⁷, Cenomannicae urbis episcopus, quod praedictum monasterium suae sedis ecclesiae esse deberet, et Loppa Deo sacrata, relicta videlicet Egigni, illud ibidem legibus tradidisset: ostendensque nobis strumenta cartarum, quae praedicta Loppa de iam dicto monasterio Cenomannicae matris ecclesiae perpetualiter tenendum et ecclesiasticae^c dominandum ac possidendum fecerit^d. Quae et ante nos relecta et adprobata, a memorato Achilberto et a suis ministris sunt legibus evindicata; etiam hoc ab eo et a suis ministris legibus adprobatum in conspectu nostro et procerum ac fidellium nostrorum, quod iam dictum monasterium in ius et potestatem suae sedis ecclesiae praesentibus et futuris temporibus iuste ac legibus debeat permanere. Quam ob causam petiit clementiam nostram memoratus^e pontifex, ut quod tam manifestis indicibus declaratur, nostra assensione immo auctoritate^d roboretur. Cuius petitionibus pro amore Dei et eiusdem sancti loci aurem accommodamus, et hanc praeceptionem eis suisque per tempora successoribus iam dictae sanctae congregationis fieri ac dari iussimus, ut firmis futuris temporibus, omni scilicet remota quaestione, tam praedictorum virorum quam et cuiuslibet personae, memorata Cenomannica mater ecclesia,^e quae est constructa et dedicata in honore sanctae Mariae, et postea in maiora in sanctorum martirum Gervasii et Prothasii, eiusque pontifices atque rectores, saepe dictum monasterium cum omnibus ad se pertinentibus vel aspicientibus tenere et ecclesiastico valeat

a) orientali c. b) Et contra c. c) fuerit c. d) potestate c.

76) Diploma spurium esse comprobatur Brequigny in notis editionis. 77) Aiglibertus episcopus, successor 50 Berardi, hoc anno nondum sedem Cenomannensem tenuit, quum Berardus anno domini 681. mortuus sit.

per tempora possidendo gubernare. Sed dum nos una cum consensu pontificum vel optimatum nostrorum, quod haec causa vel ipsa carta contra Dei decretum vel instituta patrum aut normam regulae fuerat^a actum, dum sub ditione et regimine praedicti pontificis, cui iam dictum monasterium — ut praescriptum est — et suae sedis ecclesiae legibus pertinet, quod et a nobis enucleatum est, perscrutandum, et praefixae monachae quiete in ipso monasterio vel praedicta congregatione sub potestate et dominatione antedicti pontificis degerere debeant. Ideoque praesenti praeceptione decernimus et omnino iubemus, ut si ullo unquam tempore ipsa carta aut alius qualiscunque strumentus de nomine praedictorum virorum contra praedictum pontificem vel eius abbatissa, nomine Odilane, vel genitrice sua Ingane, vel ipsa congregatio, omni tempore absque cuiuslibet impedimento vel praedictorum virorum, quietas in ipso monasterio, sito in pago Cenomannico, Thusphiaco constructo, debeant residere vel sub sancta regula ibidem conversare, et pro statu ecclesiae et salute patriae seu pro stabilitate regni nostri perhenniter ibidem debeant exorare.

Et ut haec auctoritas firmior habeatur, in omnibus et ab omnibus conservetur, manus nostrae subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

In Christi nomine Theodericus rex subscripsi.

Gundinus iussus obtulit et subscripsit.

Datum quod fecit mense December dies^b 6. Anno 3. regni nostri. Compendio, in palacio nostro. In Dei nomine feliciter. Amen.

75.

Theodericus III. rex petente Aigliberto episcopo monasterium S. Mariae, infra fluvium Sartam, et murum Cenomannicae urbis constructum, ecclesiae Cenomannicae confirmat. 676.
Mart. 5.

^a Codex Bibl. Cenomannicae n. 324, saec. XIII, fol. 64r.

Ediderunt ex hoc cod. Mabillon, Vol. Analecta p. 279, col. 2; — Bouquet IV, p. 656, n. 67; — Brequigny p. 278, n. 185; — Pardessus II, p. 172, n. 361. — De Foy ad n. 676.

Theodericus⁷⁹ rex Francorum, vir illuster. Si petitionibus sacerdotum, quod et ad eorum oportunitatem pertinet, libenter praestamus augmentum, regiam^a in hoc exercemus consuetudinem, et hoc nobis ad laudem vel ad salutem aeternam et stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur apostolicus vir dominus Aiglibertus, Cenomannicae urbis episcopus, missa petitione clementiae regni nostri credidit suggerendum^b, ut constitutionem, quam propter amorem Dei et eleemosinam nostram constituerat, per consensum conprovincialium episcoporum sive consacerdotum ac canonicorum suorum in monasterio sanctae Dei genitricis Mariae, quod est constructum intra fluvium Sartae et murum civitatis, tam extra murum, quam et infra ipsius civitatis munitionem, quod ad matrem ecclesiae sanctae Mariae et sancti Gervasii et Prothasii, cui praeesse videtur, iure ecclesiastico pertinet, et per scriptionis firmitatem praedecessorum suorum temporibus sub censu firmiter et legaliter delegatum esse cognoscitur; postulavit, ut firmitatis causa nostra regali confirmetur censura. Cuius petitioni nos assensum praebentes, et eandem suam constitutionem nostram auctoritate confirmantes, hoc praecceptum fieri iussimus, et per hanc auctoritatis nostrae inscriptionem praecipimus^c, ut sicut a praedicto venerabili et apostolico viro Aigliberto, Cenomannicae urbis episcopo, est constitutum, vel sicut in eius continetur scripto^d, tam deinceps nostris et futuris temporibus sub iure et dominatione praefatae Cenomannicae senioris urbis ecclesiae sanctimonialibus, inibi degentibus, et pauperibus ac peregrinis, stipendiario disponente atque ordinante praefatae urbis episcopo ac decessoribus suis, et abbatissae quam ipse sive successores sui in eodem monasterio constituerunt, sub regula existant ac regulariter vivant, et plena eis regula conservetur. Et res ad praedictum monasterium pertinentes monemus, ut neque nos neque successores nostri, aut qualibet expetentibus vel exactoribus praefati regni, auferre aut alienare a iure et dominatione iam dictae matris Cenomannicae urbis ecclesiae, aut propter benevolentiam

50 a) forat e. b) d e. c) regi est e. d) subgoreandum e. e) percipimus e. f) scripta e.

79) Diploma spurium esse vidit Brequigny; cfr. adnotationem eius ad editionem chartae nostrae.

vel leviorationem seu servicii praefati domni et apostolici viri Aigliberti^b episcopi aliqua succedat occasione^a, aut qualiter calliditate^d vel malo ingenio^e machinetur, ut a iugo^f praefatae ecclesiae ex hac nostra benivolentia ipsum monasteriolum auferatur vel alienetur^g sive aliquo modo subtrahatur: sed in iure et potestate saepedictae matris ecclesiae aut pontificum inibi Deo degentium praesentibus atque futuris permaneat temporibus, neque aliquo modo quicquam auferre vel praeterire praesumat. Sed praefati episcopi constitutionem, sicut ab illo constitutum et a nobis confirmatum est, per diuturna tempora inviolabiliter in augmentum sanctae Dei ecclesiae et inconvulse omnes reges et principes vel exactores regni persistere aut permanere sive perdurare omni tempore permanent.

Et ut haec praecceptio firmiter habeatur vel per diuturna tempora a nobis vel a successoribus nostris in melius conservetur, nostris subscriptionibus decrevimus roborare.

In Christi nomine Theodericus rex feliciter.

Audofredus iussus^h subscripsiⁱ.

Datum quod fecit mensis Martius^j 5^k. Anno^l regni nostri 3, in Coependii palacio nostro. In Dei^m nomine feliciter.

76.

c. n. 680.

Theudericus III. rex monasterio sancti Vedasti, quod vocatur Nobiliacus, donationem multorum praediorum, antea a se concessam, privilegio suo confirmat.

1. * Chartular. saec. XV. in tabular. Atrebatensi fol. 8 (ex autogr. sigillo auro munito). — 2. * Copia Baluzii in Bibl. Paris. (Armoires de Baluze II, p. 1, n. 1), saec. XVI.

Ediderunt: Miraens, Diplom. Belgica p. 7, et Notit. ecclesiar. Belgii p. 13, cap. 16; — Le Coite IV, p. 124, n. 3, ad a. c. 688; — Miraens, Opus diplom. I, p. 126, cap. 4, ad a. 673; — Bondam, Charterboek I, p. 1, n. 1; — Broquigny p. 281, n. 196, ad a. c. 680; — Pardessus II, p. 186, n. 395. — De Foy ad a. 673; Broquigny ad a. 673; Wouters ad a. c. 680.

Diploma pro sincero habuit Le Coite l. c., reliqui merito spurium declarant, scilicet exscriptum ex diplomate 25 Caroli Calvi regio pro ecclesia S. Vedasti d. d. 876, Mat. 30 (Böhmer Regest. n. 1797).

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Theodericus Dei gratia rex. Idcirco potissimum collatam nobis a Deo credimus Imperii dignitatem, ut in tutela et augmento sanctae catholicae ecclesiae ipsius piam exequamur voluntatem. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum tam futurorum quam praesentium sollertia, quod adierunt celsitudinem nostram monachi ex monasterio, quod vocatur Nobiliacus, ubi preciosus confessor Christi Vedastus corpore quiescit, humiliter postulantes, ut regale decretum nostrum super villis, quae nostra munificentia iam sibi cesserant, firmari iuberemus, ut quaecunque ex inspiratione divina ipsis contuleramus, imperiali edicto et sigillo ad perpetuitatem staueremus. Igitur pro salute tam successorum quam antecessorum nostrorum, videlicet regum vel Imperatorum, et pro totius statu regni, inspirante rege omnium regum Deo, praefato monasterio et monachis inibi Deo imperpetuum famulantibus regali liberalitate confirmamus, quae iam eadem liberalitate concessimus: ad matriculam scilicet ecclesiae in Attrebato pago Atheas, Felci, ad portam ecclesiae Bernivillam, Daguivillam; in pago Vermandensi Mediolanas, Valles, Putheas aquas; in Batua Rexpnam, Vulfaram cum capella, Rothem et aliam Rothem; in pago Hasbanio et Ribuario Haimbecha, Halmala, Thorona; et inter Alchem Maridas, Ambron, Musnum, Grosas; has villas, mansos dominicales 8, mansos serviles 75. In Watrema Cambach cum appenditiis suis et ecclesiam; in pago Caribant Maxtin cum appenditiis; in Pabula Montes. De his ergo villis cum omnibus appenditiis et redditibus et mancipiis per imperialem celsitudinem sancimus, ut nullus mortalium presumat aliquid violentia qualibet vel fraude auferre vel demere, sed sicut a nostra liberalitate roborata sunt, praefati monasterii fratrum usibus imperpetuum cedant.

a) fratres p. b) Aiglibertus episcopus c. o) occasionem d. d) calliditate e. e) intento f. f) iugo g. g) alienatio h. h) iussu i. i) sub c. k) m? e. l) dies om. e. m) an? e. n) ha pra in Dei p. o) primo additum 80 A. l. Domini. Amen, quas verba postea delata sunt. p) Theodericus 2. q) Th. rex gratia Dei rex 2. r) celsitudi 2. s) quicquid 2. t) salute om. 2. u) rege regum omnium 2. v) dicto 1. w) in perpetuum 2. x) Athem 2. y) Bernivillam 2. z) Rexpnam 2. a) Hasbanio 2. b) Alchem 2. c) Musnum 2; Musnum edit. d) Grosas ut videtur 2; Grosas add. e) de ecclesia pro et ecclesiam 2.

77.

Theudericus III. rex monasterio Stabulensi et Malmundariensi petente Goduino abbate de a. 681. omnibus possessionibus eorum integram emunitatem concedit.

1. * Chartular. Stabul. et Malmund. saec. XIII. in tabular. Düsseldorf. sig. B, 52, fol. 6, a. 16. — 15. * Chartular. aliorum in Bibl. Brunell. saec. XIV. signat. 116 B, fol. 7.

Diploma ineditum, quod chartularium tantum saec. XIII. et alterum ex illo excerptum saec. XIV. exhibent, ad exemplar chartae Theoderici regis pro eodem monasterio (supra p. 67, n. 53) a fabrico quodam confectum esse videtur.

Exemplar precepti Theoderici regis Franchorum, dati Goduino abbati.

10 Theudericus^a rex gratia Dei. Principalis serenitas semper in cunctis debetur pro-
apicere, praecipue petitionibus sacerdotum, quae rite poposcerint^b, benigno animo^c
suscipere et ad effectum perducere, ut de obtento^d beneficio^e valeant gratulari, et eis
delectet melius pro regni nostri statu attentius Dominum deprecare. Ideoque venerabilis
15 vir Goduinus abba de monasteriis Stabulae et Malmundario, quae bonae memoriae avun-
culus^f noster Sigibertus quondam rex ob amorem Christi in foresta fisci Arduenna super
fluvium Amblava in honore sanctae Mariae semper virginis genitricisque domini nostri
Iesu Christi et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et ceterorum sanctorum dinoscitur
aedificasse, clementiam nostram petit, ut de omni facultate ipsorum monasteriorum, tam
quod ipse princeps ob id noscitur delegasse, quam etiam quod a reliquis christianis homi-
20 nibus ibidem noscitur fuisse collatum, tam quod ad praesens in quibuslibet locis aut terri-
toriiis, tam ultra Ligerim quam citra, possidere videntur, seu quod ibidem in Dei nomine a
christianis hominibus fuerit additum aut condonatum, pro quiete ipsorum monasteriorum
integra emunitate inibi concedere^g deberemus. Cuius propter reverentiam ipsorum
sanctorum, seu mercedis nostrae emolumentum^h, vel considerato sacerdotio ipsius domni
25 Goduini ac fideiⁱ huius^j respectu, quo erga regnum nostrum fideliter videtur desudare,
gratanti animo praestitisse petitionem vestra comperiat magnitudo. Per hoc ergo prae-
ceptum decernimus ordinandum et perpetualiter volumus esse mansurum, ut nullus prae-
electus, quolibet modo iudicialia lege accinctus, in curtis ipsorum monasteriorum, quo ad
30 praesens eorum manet dominatio vel possessio, aut quod ibidem inantea fuerit additum vel
condonatum, in eis ad causas audiendas seu^k fideiussores^l tollendos aut freda exigendum,
nec mansiones faciendum, nec ullas paratas aut quaslibet redditiones exagitandas,
penitus ingredi non praesumat; sed omnia facultates ipsorum monasteriorum, ut superius
diximus, tam quod in cenobiis aut in quibuslibet locis aut in^m territoriis eorum videtur
possessio vel dominatio, vel quod ibidem fuerit donatum, absqueⁿ introitu iudicum remotas
35 et resignatas ab omni respectione de partibus fisci sint, ut tam nostris quam futuris tem-
poribus inconcusso iure valeant possidere, quo saluti eorum et nobis in magnum bene-
ficium^o proveniat, et ipsis servis Dei in ipsis monasteriis consistentibus melius delectet
pro regni nostri constantia Domini misericordiam deprecari.

Et ut ratum et inviolabile nostris et futuris temporibus permaneat, manus nostras
40 inscriptione subter annotari fecimus.

Signum domni Theoderici^p regis. ☩.

78.

*Theudericus III. rex petente Aighberto episcopo ecclesias sancti Geruasil Cenoman- 685.
nensi monetam publicam in praedicta civitate concedit.* Mart. 27.

45 * Cod. Bibl. Cenomanensis n. 324, saec. XIII, fol. 63.

Edidit nunc ex hoc codice: Mabillon, *Veles Analec* p. 378, col. 1. ex.; — Corvaldor, *Histoire des évêques de Mans* p. 252; — Chopin, *Opera omnia*, IV, p. 118; — La Cointe IV, p. 126, p. 19; — Bouquet IV, p. 663, a. 68; — Braquigny p. 204, n. 203; — Pardessus II, p. 199, n. 493. — De Fay ad a. 685; Braquigny ad a. 686.

46 a) Theudericus 1. 2. b) possunt 1. 2. cf. *dipl. Theoderici pro monast. Dorsensi supra* n. 55. c) amos 1. 2.
d) optinendo 1. 2. e) benefico 1. f) avulcus 1. 2. g) concedere videntur 1. 2. h) emolumentum 2. i) sive 1.
k) sub 1. 2. l) fidei iussoribus aliquid tollendum 1; fidei iussoribus aliquid tollendum 2. m) in om. 2. n) et
absque 1. 2. o) beneficium 1; beneficium 2. p) Theoderici 1. 2.

Chartam eam ex parte suspectam esse ostendunt Mabillon, *Annal.* I, 859, Brequigny et Pardessus in notis editionis; confirmatur in charta haud minus spuria Ludovici Pii imp. d. d. 836, Mart. 22. (Sichel n. 345.)

Theodericus rex Francorum, vir illuster. Regum consuetudinem exercemus, si petitiones servorum Dei, in quo nostras pulsaverint aures, ad effectum perducimus, et hoc nobis ad aeternae beatitudinis praemium percipiendum profuturum esse confidimus. Igitur compertum sit^a prudentiae omnium fidelium sanctae Dei ecclesiae et nostrorum, quatenus vir sanctissimus et religione atque sapientia genereque nobilissimus, dominus Aiglibertus, Cenomannicae urbis archiepiscopus, nos deprecatus est, ut monetam publicam in sua civitate et in nomine sancti Gervasii ac nostro ei concederemus^b; quod ita et fecimus, ea videlicet ratione, ut ipse et sui ministri hoc valde praevideant, ne aliqua fraus^c in ipsa moneta nostris futurisque temporibus appareat. Iubentes ergo praecipimus et praecipientes iubemus, ut nullus^d ex fidelibus nostris aut quislibet ex iudiciaria potestate de praefata moneta praedicto episcopo suisque successoribus aut rectoribus suae sedis ecclesiae aliquam calumniam aut iniustam pulsationem vel causationem sive adversam machinationem adversus eos vel suos successores seu rectores eiusdem ecclesiae ullo^e unquam tempore facere audeat aut machinari praesumat. Et hoc praecipimus, ut si aliquis hoc fecerit, 600 solidos auri adversus eum vel suos successores rectoresque^f eiusdem^g ecclesiae componat^h. Et ut haec iussio atque cessio nostra verius credatur et per omnia perficiatur futurisqueⁱ temporibus firmiter maneat, hanc auctoritatem manus nostrae subscriptionibus roborare decrevimus et anuli nostri impressione subter sigillare iussimus. 20

Theodericus rex Francorum subscripsi^a.

Bonitus obtulit, scripsi et subscripsi^a.

Datum die^b 8. Kalendas Aprilis. [Anno] 12. regni nostri. Compendio. In Dei nomine feliciter. Amen.

CHILDEBERTUS III.

25

79.

697. a. 4. *Childebertus III. rex ecclesiae Viennensi villam Geneclacum cum pertinentiis eius, ab Ephibio abbate illi traditas, auctoritate sua confirmat.*

Ediderunt D'Achery, *Spicilieg.* XII, p. 103 (ex copia recent. Louvoti); — Bouquet IV, p. 676, p. 67; — Brequigny p. 352, n. 242; — Pardessus II, p. 247, n. 444. — De Foy ed. a. 697; Brequigny ed. a. 697. 30
Diploma spurium esse ostendunt Brequigny et Pardessus in notis editionis.

Childebertus rex Caecoldo^a patri et Euphibio abbati. Quod poposcistis, quia digna est petitio et postulatio vestra, edictum nostrum de villis de Geneclac et si qua alia ibi pertinent superscripsimus, ut, quia Viennensi ecclesiae integre cum omnibus suis tradita sunt et per votum tuum tibi, Ephibi, condonata, nostra auctoritate semper ibi permaneant, et quid^b quid fisco nostro exire inde poterat, totum Deo nostro et sanctis Dei apostolis ac ministris eorum permittimus, ut sub immutatione Viennensi ecclesiae, quod iudices requirere poterant, omnes fines et districtus, sive de servis^c, sive de liberis, in villis vel terris vel silvis vel redhibitionibus, sine ullo unquam tempore maneat, neque ullus iudex publicus neque officialis eius ad iudicandum vel distringendum locum ibi habere audeat, sed proficiat^d omni tempore ad victus et alimoniam servorum Dei, quidquid ad nostram gloriam vel ad iudices et officiales nostros pervenire poterat, et utatur furo et potestate sua ex hoc ecclesia Viennensis, a nobis sibi concesso. Edictum hoc ego Childebertus, regno meo in anno tertio constitutum, roboravi.

a) ad em. c. b) nullus c. c) rectorum c. d) eiusdemque i. e) s. ut c. f) futurisque c. g) sub c. h) d. c. 45

81) Non desunt exempla huiusmodi concessoribus aevo Carolorum, quae tamen sub stirpe Merovingica usquam occurrunt; cfr. Mabillon, *Annal.* I, p. 608 ex. „Si verum est, quod de facultate eundem monetae hic legitur (scilicet de Hippolyto, abbate monasterii Condatisensis, tempore Caroli Magni), nullum forte mona-

sterium habuit antiquius huiusce rei privilegium, quod multis aliis subinde commune fuit.“ 82) episcopo Viennensi, qui tamen, sive eam Mabillonio et Colingo Calcoldum intelligendam sive Edaldum putat, non Childeberti III, sed Dagoberti I, et Theoderici III. aetate vivit.

80.

Childebertus III. rex petente Herlemundo episcopo ecclesiae Cenomannicae villam⁶⁹⁸ Ardunum in pago Pictaviensi, a Childerico II. rege episcopi Berario et Aigliberto concessam, una cum integra emunitate confirmat. ^{698, Mart. 3.}

5 ⁶⁹⁸ Cod. Cenomannensis n. 224, saec. XIII, fol. 69.
Ediderunt ex hoc codice: Mabillon, *Vetera Analecta* p. 284, col. 1; — Bouquet IV, p. 679, n. 69; — Brequigny p. 353, n. 243; — Pardessus II, p. 247, n. 445. — De Foy ad n. 698; Brequigny ad n. 698.

Childebertus rex Francorum, vir illuster. Si facta parentum nostrorum conservamus, nostra perhenniter stabilia esse confidimus. Ideoque apostolicus vir, pater noster in Christo
10 Herlemundus⁶⁹⁹, Cenomannicae urbis episcopus, nobis subgessit, eo quod avunculus noster, Childericus⁷⁰⁰ quondam rex, per suam praeeptionem taliter antecessori suo domno Berario quondam episcopo^a vel^b domno^c Aigliberto^d concessit, ut quicquid de villa ipsius ecclesiae Cenomannicae, noncupante Arduno, in pago Pictavo, ad^e fiscum sperabatur, hoc nullus iudex nec quislibet exactare deberet, et in ipsa villa neque mansiones facere, nec freda
15 exactare, nec causas audire, nec ulla parata nec ullum lucrum terrenum requirere nec exactare praesumpserit, nisi hoc in luminaribus ipsius ecclesiae Cenomannicae, qua est in honore sanctae Mariae et sancti Gervasii et Prothasii martiris, patronis nostri, constructa, deberet esse concessum; et postea denuo Aigliberto episcopo post Berarium quondam ibidem fuit similiter concessum^f; unde et ipsas praeeptiones ipse pontifex se
20 prae^g manibus^h habere affirmatⁱ, et de eodem tempore usque nunc ipsum beneficium asserit esse conservatum. Sed pro integra firmitate peciit celsitudinem nostram, ut hoc denuo per nostram auctoritatem ipsi viro domno Herlemundo episcopo vel ad ipsam basilicam sancti Gervasii et Prothasii martirum confirmare deberemus; cuius petitionem nos non denegasse, sed in omnibus praestitisse et confirmasse cognoscite. Praecipientes enim,
25 ut sicut constituit avunculus noster Childericus quondam rex, [qui] integram emunitates de ipsa villa Arduno ad ipsam ecclesiam fecit, ita et inantea nos per nostram auctoritatem concedimus et confirmamus, ut nullo unquam tempore ullus iudex in ipsa villa praesumat causas audire, nec ulla parata, nec freda, nec quaecumque censum aut lucrum terrenum, quod ad fiscum nostrum potuerit sperare, ullo unquam tempore praesumat requirere nec
30 exactare, nisi inspecta ipsa praeeptione ab avunculo nostro Childerico quondam rege in luminaribus superscriptae basilicae sancti Gervasii et Prothasii perpetualiter debeat esse concessum atque indultum. Et ut haec auctoritas firmior habeatur vel per tempora conservetur, manus nostrae subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

Childebertus rex subscripsi.

35 Data quod fecit mensis Martius^k dies^l 3. Anno 4. regni nostri. Valencianas, feliciter.

81.

Childebertus III. rex petente Herlemundo episcopo privilegium Chlothacharii III. regis, ne quisquam successorum suorum ducem aut comitem in pago Cenomannico institueret, nisi ab episcopo una cum abbate et pagensis electum, auctoritate sua confirmat. ^{698, Mart. 3.}

40 1. Liber pontificalis Cenomannensis. — 2. ⁶⁹⁸ Cod. Bibl. Cenomannensis n. 224, saec. XIII, fol. 69.
Ediderunt 1) ex pontificali Cenom. doct. Corvaldor, *Hist. des évêques de Mans*, p. 255; — Le Cozic IV, p. 616, n. 28, sub nomine Childerici II. ad annum 719; — Brequigny p. 354, n. 244; — Pardessus II, p. 243, n. 445. — 2) ex eod. Cenom. accuratus Mabillon, *Vetera Analecta* p. 283, col. 2; — Bouquet IV, p. 678, n. 68. — De Foy ad n. 698; Brequigny ad n. 698.

45 Childebertus rex Francorum, vir illuster^m. Decetⁿ clementiae principali iustis^o petitionibus sacerdotum libenter obaudire, vel [ad]^p effectum in Dei nomen mancipare. Ideoque

a) episcopus a. b) vel em. c. c) domnus d. d) Aiglibertus e. e) a a. f) consensit g) per d. h) manus e. i) affirmat p. k) de die. MAR. e. l) 6 a. m) illuster desit eod. n) Cum decem clementiam principis l. o) iustas sacerdotum petitiones exaudire et ad l. p) ad effectum perducere, Ideo l.

50 83) Herlemundus episcopus anno domini 716. sedem episcopalem post Aigliberti obitum obtinuit. 84) Cf. Childerici II. diploma spurium, d. d. 667, Mart. 1, supra n. 67.

apostolicus vir, in Christo pater noster Herlemundus, Cenomannicar urbis episcopus, clementiae regni nostri innotuit, eo quod ante hos annos antecessor suus, dominus Berarius quondam episcopus, praecelso avunculo nostro Clothario quondam regi, vel aviae^a nostrae Baltheilde quondam reginae^b, talem petitionem fecisset^c, et ab eis tale praeceptum percepisset^d, ut in pago Cenomannico nullus quislibet ullo quoque tempore in actione ducatus nec comitati ingredi deberet, nisi tantum per electionem memorati pontificis aut successorum suorum, seu abbatum ac sacerdotum atque pagensium Cenomannensium, ibidem per voluntatem Dei consistentium, et ibidem per iussionem ipsorum principum ac succedentium regum vel ad agendum introire deberet: et ipse princeps hoc taliter per suam praeceptionem, manu sua vel antedictae avavae nostrae firmatam, una cum consensu procerum suorum eidem praestitisse, et ipsam praeceptionem se prae^e manibus habere adfirmat. Sed pro integra firmitate petiit celsitudinem nostram, ut hoc denuo nostra plenius auctoritate^f praedicto pontifici eiusque per tempora successoribus vel ipsis pagensibus^g confirmare^h deberemus; quod nos ita praestitisse et in omnibusⁱ confirmasse cognoscite. Praecipientes enim iubemus^k, ut sicut constat memoratum avunculum nostrum Clotharium^l vel aviam^m nostram Baldechildamⁿ per eorum praeceptionem Berario^o quondam episcopo, antecessori^p memorato Herlemundo episcopo, concessisse^q, ut in^r ipso pago Cenomannico accipere non debeant ducem aut comitem, nisi per electionem ipsius pagi pontificis et pagensium: ita^s et inantea per hanc auctoritatem nostram concedimus et confirmamus, ut^t nullo umquam tempore ullus actionem ducatus^u aliter nisi — ut dictum^v est — in ipso pago Cenomannico habere debeat, nec quisquam cuilibet comiti ipsum pagum sine electione ipsius pontificis civitatis Cenomannicae aut pagensium illorum vel abbatum ingredi aut agere debeat, nisi quem episcopus elegerit, ut ille ipsum pagum ad agendum per nostram iussionem debeat habere. Quas vero auctoritas ut firmior^w habeatur, manus nostrae subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

Childebertus rex inspectas^x anteriores praeceptiones subscripsit^y.

Data^z quod fecit mensis Martii^{aa} dies^{ab} 3. Anno 4. regni nostri. Valentianus.

Vulfoleicus^{ac} scripsit (et) subscripsit.

82.

704. *Childebertus III. rex monasterio Fontanellensi ob sanctorum, nuper ab episcopo et 30*
Oct. 20. *abbate Bains ibi depositorum, reverentiam plurima dona concedit.*

Copia Mabillonii in schedis Bouqueti.

Ediderunt ex schedis praedictis Brequigny p. 371, n. 255; — Pardessus II, p. 366, n. 462.

Diploma ex Chronico Fontanellensi concodum atque omni ex parte spurium esse ostendunt Brequigny et Pardessus in notis editionis.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen. Ego Hildebertus, Dei gratia Francorum rex, dono Deo eiusque sanctis apostolis Petro et Paulo, necnon piissimis confessoribus Wandregisilo, Ansberto, Vulfranno⁸⁵ et Iteremberto, ob honorem et reverentiam translationis praedictorum sanctorum a domno et venerabili episcopo Bains, abbate illius coenobii Fontanellensis, nuper eidem coenobio facta, et fratribus qui die noctuque eidem coenobio Fontanellae Deo famulantur, in puram et perpetuam elemosinam: videlicet in episcopatu Belvacensi Revecuriam et ecclesiam cum decima et appendiciis suis; capellam de Fasel; in Chivericeriis sex hospites et partem declinarum; Rotvillars et prata ac silvas. In episcopatu Amblianensi medietatem de Buxelo, et terram unius carrucae, et medietatem decimae, et tertiam partem decimae de Dors; apud Valiacum quamdam particulam terrae;

a) avia nostra a. b) regina d. c) fecisset e. d) percepisset e. e) per a. f) auctoritas e. g) pagensibus e. h) confirmare. Quod nos h; deberemus om. 2. i) volumus omnes cognoscere i. k) ut iubentes praecipimus h. l. 444 l. m) aviam e. n) Baldechildam e. o) Berarium e. p) antecessori hoc concessisse i. q) in ipso pago i. r) et haec hoc sicut tales i. s) in pro ut a. t) ducet e. u) firmior i. v) inspectis anterioribus praeceptionibus i. w) sub- 59 scripsit om. a. x) Datum mense Martii, die 3, Anno XI. (sic) regni nostri i. y) M. E. A. z) d. e. aa) Vulfoleicus e.; Vulfoletus i.

85) Vulfrannus anno 704, adhuc in vivis erat, ut ostendit Brequigny.

item in eadem dioecesi, in pago Vimacensi, Dareneyum et ecclesiam cum tota decima; Wancort et ecclesiam cum decima et hospitibus. In episcopatu Parisiensi Alpicum, et ecclesiam cum tota decima, et Ursiniolum ad De . . . vallem et dimidium; Viciniacas ac decimam Villiolis cortis; et in Marollo census et decimam vinearum; Marcouchies et ecclesiam cum decima et hospitibus; liberum insuper transitum baccorum dicti coenobii, seu navium vina aut alia aliqua deferentium ad usum monachorum per Vecanam, ab omni consuetudine et exactione, in eundo et redeundo, quantum se extendit iustitia nostra. In episcopatu Carnotensi Raedonium et ecclesiam cum tota decima, et census, et compactionem vinearum de monte Nivelonis, et tres gordos ibidem cum duabus sedibus molendinorum, ac mansum sancti Martini cum aliqua parte decimarum; ecclesiam de Rolleboise cum decimis; Califurnum et ecclesiam cum decimis, et duodecim mansos et dimidium; Francavillam et ecclesiam de Viletta cum tota decima, tam in molendinis quam in agris; et totum feodum Hulonis, et terram duorum boum; terram de Orthmari villa, capellam iuxta stolium, quod dicitur Fontana Bertholdi, cum terra et hospitibus, et terram de Duco campo, et dimidium terram de Boscocorti, et totam decimam ipsius villae. Et ut hoc donum nostrum seu largicio nostra futuris temporibus Domino protegente valeat inconculsa permanere, manu propria subter firmavimus, et anuli nostri impressione roborari fecimus.

Data 13. Kalendas Novembris. Anno regni nostri 10, indictione 2.^{da}, feria secunda.^{ta}
25 Anno dominicae incarnationis 704.

DAGOBERCTUS III.

711-715.

83.

Dagobertus III. rex monasterio a se in honorem sancti Petri in villa Merovegesburg 706. Mart. 1.
in Thuringia fundato villam hanc, exinde Petri Mons vocatam, cum aliis pluribus concedit.

- 25 Autographum spurium saec. X. vel XI. olim in monast. S. Petri Erfordiensis. Ediderunt ex hoc autogr. spurio, Trithemius, Opera hist. p. 59; — Le Coite IV, p. 446; — Falkenstein, Chronic. Thuring. p. 1101; — Mathaeus, Acta Acad. Erfordiensis a. 1799, tom. 1, 196 (Fragmentum); — Brequigny p. 373, n. 266; — Erhard, Commentar sur Diplomatik, Hamburg 1834, tom. 1, p. 83; — Pardessus II, p. 376, n. 465. — De Fey ad a. 706; Brequigny ad a. 706.
- 30 Diploma ante omnium Falkenstein genuinum esse credit; reliqui editores inde a primo, Trithemio, spurium agnoscunt. Contra quae de hac re disputant Le Coite, Brequigny, Erhard, Pardessus, locis laudatis.

† Gratia⁹ sanctae et individuae Trinitatis. Ego⁹ Tagedertus Francorum rex notum facio tam clero quam populo, tam christianis quam paganis, quod urbem nostram nomine Merwigeaburg, quae nobis haereditatis iure ab ipso avo nostro Merwigo, fundatore videlicet eiusdem urbis in Thuringia, obvenerat, sancto Petro et suis monachis Deo⁹ inibi servientibus, a quo et ipse mons post foundationem monasterii, quod in honorem praefati apostoli construxi, vocabulum sumpsit, deleto pagánico prius nomine avi nostri⁹, Petri⁴ Mons vocitatus, cum omnibus servitiis suis post finem vitae meae possidenda regali potentia dedimus. Quali autem id Dei ordinatione factum sit, indicabimus. Fuit in praefata urbe iuxta ecclesiam sancti Blasii martyris homo Dei, nomine Adeodatus, rogatu meo a Moguntino aepiscopo Rigiberto inclusus; qui inclusus, ob periculum animae suae nolens

a) In nomine a. e. l. Trinitatis Trithem, et qui cum sequuntur; nec in hoc charta ostende Erhardum cum Pardessus sequitur, qui ex ipso autogr. spurio haeredit; testis reliquorum editorum multo in locis abhorrent. b) dgo a. c) nostra e. d) Petri e.

- 45 86) anno ind. VIII vel IX. 87) anno feria quinta. 88) Diploma hoc Dagoberto tribui nequit, cum nullus rex huius nominis anno 706. in Francia regnaverit. Dagobertum tamen III, falsarius in mente habuit, cum avum eius Chlodoveum appellet, qui tamen non pater sed frater erat Childeberti III, patris Dagoberti III; dignus inepto falsario hallucinatio. BREQ. 89) hodie Petersberg; praedictam vero monasterium multo serius, saeculo scilicet undecimo, conditum est. Anno autem circiter 720. Thuringos ad fidem christianam convertendi solummodo in his coepit esse, ex Gregorii II. papae epistolis lucemas, in quibus Thuringos tempore adventus Bonifacii confessoris et episcopis construam et ecclesias condant adhortatur. Cfr. Jaffé, Biblioth. III, p. 67 inc.

uti communione clericorum, uxoribus et armis utentibus, sepe me rogavit, ut de aliquo meo monachum claustro, a quo divinum officium et verbum verae fidei audiret et communionem sacri ministerii perciperet^a, sibi evocarem. Huius ego ob intimam familiaritatem petitioni^b annuens, misi ad monasterium monachorum, quod simili modo construxi in Wisenburc^c, venerabilem senioremonachum nomine Trutchindum inde evocans praefato Adeodato incluso doctorem et rectorem direxi. Qui eo perveniens, coepit paulatim ex eius doctrina et suasionem inclusi numerus credentium multiplicari, tum conversione paganorum ad baptismum, tum clericorum et laycorum ad monachicum habitum. Hoc ego cernens et divinum in hoc favorem intelligens, tradidi saepe dictam urbem meam cum omnibus suis pertinentibus sancto Petro et suis monachis, ibidem monachicam religionem statuendam, et abbatiam meo auxilio faciendam. Dedi praeterea sancto Petro et suis monachis ad usus diversos silvam, quae ob numerositatem cervorum Hirsbruil vocatur, a meridiana plaga urbis versus orientem, usque ad terminos regionis Orlaa, quam regionem Pippino palatino comiti^d in beneficium tradidi. Dedi nihilominus ad supradictum coenobium villas a Sclavis in eadem silva factas, scilicet Tunecdorf, Tagebrechtstete, Tutelstete, Neuchenrod, Hochdorf, et alias plures, et aquam Geram ad capturam piscium monachis, a meridiana parte urbis usque ad terminum curiae ministerialis mei Gisbodi. Dedi etiam de curia mea ad usus fratrum 100 modios tritici, 100 ordei, et totidem avenae, et caetera omnia mea in Thuringia. Ad hunc mihi dilectum locum contuendum dedi ministeriales meos cum omni eorum subole et possessione, quorum haec sunt nomina: Gisbodum, Elbertum, Ekkehardum, Volsholdum, Gisen, Egenen, Wolgisum, Omarum, Sigebertum, Theodbertum, Theodoricum, Adelbotum, Adelgozum, Gelfratum, Hyrfridum, Gunzelinum, Guntramnum, et caeteros omnes famulos meos et famulas in Thuringia.

Ut haec traditio domino meo Iesu firma eternaliter maneat, literis nostris stabiliri fecimus, et banno Rigiberti Mogontini episcopi confirmari rogavimus, et anulo nostro colligavimus, et sigillo nostro adhibito complevimus.

Data carta Mogontiae, Kalendis Martii, in presentia Rigiberti episcopi.

Signum invictissimi regis Tageberti Francorum.

Testes omnium harum causarum sunt hii: Pippinus maior domus et filius eius Carolus. Maguntinus episcopus Rigibertus. Guntamnus paganus comes. Echabertus comes, et omnis ecclesia in Thuringia et circa Rhenum in Magontia.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis septingentesimo sexto, indictione 0.

84.

713
Mart. 2.

Dagobertus III. rex petente Herlemundo episcopo emunitates ab antecessoribus suis, et postremo a patre Childebertho, ecclesiae Cenomannicae et monasterio Anisoleni concessas auctoritate sua confirmat.

^a Cod. Bibl. Cenomannensis n. 224, saec. XIII, fol. 67. — Chartular. Anisolensis.

Edidit autem 1) ex chart. Anisole. Labbe, *Mélanges curieux* II, p. 412 (*hergenium*). — 2) ex eod. Cenomann. Chopin, *Opera omnia* II, p. 76; — Mabillon, *Vel. Analecta* p. 282, col. 1; — Bouquet IV, p. 688, n. 100; — Broquigny p. 397, n. 379; — Pardessus II, p. 294, n. 486. — De Foy ad a. 713; Broquigny ad a. 713. 60

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Tunc regalis celsitudo fundamenta sui culminis corroborat, quando petitionibus sacerdotum aut pontificum, quod pro oportunitate pertineat, obauditur et ad effectum in Dei nomine mancipetur. Ideoque apostolicus vir dominus Herlemundus, in Christo pater noster, Cenomannicae urbis episcopus, nobis subgessit, eo quod antecessores sui ab anteriore rege, parente nostro, emunitates de omnibus rebus eorum vel ecclesiae suae promeruissent, et postea ipsae emunitates a malis hominibus fuissent furatae, et denuo dominus et praecelsus genitor noster, Hildebertus quondam rex, integras emunitates de omnibus villis et curtis ecclesiae suae, et monasteriolum Anisola, in quo dominus Karileffus, Christi confessor, corpore requiescit,

a) percipiet e. b) petitioni e. c) Petro e. d) comite e.

90) Falsario h. l. in mentem venit diploma Dagoberti I. non minus spurium a. 633, d. 11. Maii, quod supra edidimus a. 31.

quod est suae juris aecclisiae sanctae Mariae, sancti Gervasii et Prothasii martium, in quibuslibet pagis vel territoriis habere videntur, etiam et monasteria sua, quae ipse in regimine habet, quae infra urbem Cenomannicam sunt constructa, vel villas ac culta eorum in quibuslibet pagis ac territoriis, concessisset, ut nullus iudex publicus nec ad causas audiendas, nec ad freda exigenda, nec mansiones aut paratas faciendas, nec pastus, nec ullas redditiones requirendas nec exactandas, quoque tempore ingredi deberet, nisi cum omnis fretus concessus quietim deberent possidere; unde et ipsa sibi praecepta per manus habere affirmat, et ipse beneficiis de eo tempore fuisset conservatus. Peciit celsitudini nostrae, ut hoc circa eidem in id ipsum confirmare deberemus; cuius petitionem non denegasse, sed in omnibus ita praestitisse cognoscite. Ideo per praesentem praeceptionem decernimus, quod in perpetuum volumus esse mansurum, ut inspecta ipsa anteriorum praeceptionem nullus iudex publicus, neque vos, neque iuniores seu successores vestri, neque quislibet ex iudiciaria potestate, in villis vel curtis ipsius pontificis vel aecclisiae suae sancti Gervasii et Prothasii martiris, vel monasteria sua aut curtis vel villis ipsorum, nec ad causas audiendas, nec ad freda exigenda, nec fideiussores tollendos, nec mansiones aut paratas nec pastus faciendo, nec nullas redditiones, quod ad fiscum nostrum sperare videtur, requirendis nec exactandis, iudiciariis potestas inibi quoque tempore ingredi non praesumatur; sed ipse pontifex aut agentis sui iit. cc inferendalis, et iit. solidos alios ducentos auro paginis. quod ad fiscum nostrum de ipsa villa vel de ipsis curtis suis vel aecclisiis suis et monasteriis suis reddebantur, et in sacello publico fuit consuetudo reddendi, ipse pontifex aut successores sui per missos suos hoc debeant reddere, et quae transsolvere ut diximus ex nostra indulgentia saepedictus dominus Herlemundus episcopus aut pars aecclisiae suae vel monasteria sua [debeant] de omnes villas vel curtis suis cum omnes fretus concessus, sub emunitatis nomine omni tempore hoc debeat possidere et dominare, et nullas requisitiones neque impedimentum a iudicibus publicis quoque tempore, tam ipse pontifex quam et successores sui, habere non pertimescant, nisi nostris et futuris Deo auxiliante temporibus valeat esse conservatum, et ad ipsa sancta loca perhenniter proficiat in augmentis. Et ut haec praeceptio firmiter habeatur, vel per tempora melius conservetur, manus nostras subscriptionibus subter eam decrevimus roborare. In Christi nomine Dagobertus rex subscripsit.

Ingebaldus optolit⁴ [et] subscripsit.

Datum quod fecit mensis Marcii, die 2. Anno 2. regni nostri. Mamaccas⁵ feliciter.

85.

Dagobertus III. rex petente Herlemundo episcopo ecclesiae Cenomannensi privilegia antecessorum suorum pro villa Arduno in pago Pictavensi confirmat. 713. Mart. 10.

¹ Cod. Bibl. Cenomannensis n. 726, saec. XIII, fol. 69.

Ediderunt ex hoc cod. Mabillon, Vet. Analocia p. 284, col. 1 et.; — Douquet IV, p. 486, n. 161; — Brequigny p. 298, n. 289; — Pardessus II, p. 295, n. 487. — De Foy ad a. 713; Brequigny ad a. 713.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Si facta parentum nostrorum conservamus, nostra perhenniter stabilia esse confidimus. Ideoque apostolicus vir, pater noster in Christo Herlemundus, Cenomannicae urbis episcopus, nobis suggessit, eo quod avunculus genitor nostri Hildeberti quondam regis, Hildericus quondam itemque rex, per suam praeceptionem taliter successore suo quondam episcopo domno Berario et Aichilberto episcopo successori concessisset, ut quicquid de villa ipsius aecclisiae Cenomannicae noncupante Arduno, in pago Pictavo, ad fiscum sperabatur, hoc nullus iudex neque quislibet exactare deberet; et in ipsa villa nec mansiones facere, nec freda exactare, nec ullas paratas nec ullum lucrum terrenum requirere nec exactare praesumeret, nisi hoc in luminaribus ipsius aecclisiae Cenomannicae, quae est in honore sancti Gervasii et Prothasii patronis nostri constructa, deberet esse concessum. Et postea denuo Aigliberto episcopo, qui Berario post quondam ibidem fuit, similiter concessisset; unde et ipsas praeceptiones ipse pontifex

a) villas ecclesia e. b) adeo e. c) anteriorem e. d) optolus e. e) Mamaccas e.

semper in^a manibus habere affirmat, et de eodem tempore usque nunc ipsum beneficium asserit esse conservatum. Sed pro integra firmitate petiit celsitudinem nostram, ut hoc denuo per nostram auctoritatem ipsi viro domino Herlemundo episcopo vel ad ipsam sanctam basilicam sancti Gervasii et Prothasii martirum confirmare deberemus: cui nos non denegasse, sed in omnibus praestitisse et confirmasse cognoscite. Praecipientes enim, ut, sicut constat ibi avunculus noster Hildericus quondam rex integra immunitate de ipsa villa Arduno ad ipsam aedeclesiam fecit, ita et inantea nos per nostram auctoritatem concedimus ad confirmamus, ut nullo unquam tempore nullus iudex in ipsa villa non praesumat nec causas audire, nec ulla parata, nec freda, nec qualemcunque censum aut lucrum terrenum, quod ad fisco potuerit sperare, nullo unquam tempore non praesumat 10 requirere nec exactare, nisi inspecta ipsa praeeptione ab avunculo genitore nostro Childeberto quondam rege, nomine Childeberto quondam rege, in luminaribus supradictae basilicae sancti Gervasii et Prothasii martyrum^b perpetualiter debeat esse concessum atque indultum. Et ut haec auctoritas firmior habeatur vel per tempora conservetur, manus nostrae^c subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

In Christi nomine Dagabertus rex subscripsi.

Ingobaldus scripsi et subscripsi.

Data quod fecit mensis Martius dies^d 10. Anno 2. regni nostri. Mamaccas^e, feliciter.

86.

[c. a. 713.] *Dagobertus III. rex petente Berario episcopo ecclesiae Cenomannensi Anisolense 20 monasterium secundum privilegia antecessorum suorum iure beneficiario habendum confirmat.*

^a Cod. Bibl. Cenomannensis n. 224, saec. XIII, fol. 71.

Ediderunt ex hoc cod. Mabillon, *Vetus Aaalocta*, p. 373, col. 2; — Bouquet IV, p. 697, n. 99; — Brequigny p. 400, n. 292; — Pardessus II, p. 297, n. 489. — De Foy ad a. 713; Brequigny ad a. 713.

Dagobertus rex Francorum, vir illuster. Si petitionibus servorum Dei assensum praebemus, non solum regiam consuetudinem exercemus, sed ad aeternas felicitatis percipiendum praemium profuturum nobis esse confidimus. Igitur omnibus fidelibus sanctae Dei aedeclesiae et nostris, praesentibus et futuris, notum esse volumus, quia vir venerabilis Cenomannia civitatis, Berarius episcopus, nostram adiit praesentiam afferens nobis strumenta cartarum, qualiter dominus Carileffus, sacerdos atque monachus, in sua parrochia 30 construxit quoddam monasteriolum et suo antecessore domino Innocente per consensum Childeberti regis tradidit, et postea ab eo per censum in precariam accepit, et super ipsam traditionem vel precariam suum praeeptum praedictus Childebertus rex fecit, et postea antecessor suus dominus Domnolus similiter Gallo monacho et discipulo domino Carileffo; et ab ipso Domnolo abbate facto et ordinato precariam fecit, et super ipsam precariam 35 Chilpericus rex suum praeeptum fieri iussit. Haec omnia memoratus episcopus Berarius nobis ostendit, deprecans ut abbati suo, nomine Gundoleno, similiter sicut antecessores nostri suis antecessoribus praeepta fecerunt, ita et nos fecissemus; cuius petitionem libenti animo suscepimus, et sicut deprecatus est, fieri iussimus. Proinde hoc auctoritatis nostrae praeeptum fieri iussimus, per quod firmiter mandamus, ut sicut praedicto abbati a 40 memorato Berario episcopo praedictum^a monasteriolum iure beneficiario datum est: ita deinceps in eius beneficio et dominatione seu precaria^b diebus vitae suae absque ulla minoratione maneat, et censum, sicut in precariis eorum continetur, per singulos annos Ibbolenus abbas memorato episcopo Berario suisque successoribus solvat, id est ad lumen matris et civitatis aedeclesiae de cera libras 4, et fratribus canonicis, in civitate consistentibus ac praedictae aedeclesiae servientibus, in cena Domini plenum modium^c et plenas buticulas paratas de optimo vino solvat, et episcopo eiusdem civitatis unam cambuttam^d bene paratam et 2 subtalares ad officium suum peragendum tribuat. Et post eius discessum praedictum monasteriolum ad potestatem et dominationem memoratae matris aedeclesiae absque ullius detentione aut consignatione cum omni integritate vel cum toto superposito immelioratum 50

a) sic pro se pro manibus e. b) de s. c) nostra e. d) Rel. m. h. e. e) Mamaccas e. f) praedicto monasteriolo e. g) paria e. h) p. modium de ovis et sic, edit. i) cambuttam e.

revertatur; et episcopi sive rectores matris aeccliesiae, quicquid ex eo iuste et canonice facere disposuerint, liberam habeant potestatem faciendi.

Et ut haec auctoritas firmiter habeatur, manus nostras subscriptionibus subter ea decrevimus roborare.

THEUDERICUS IV.

720-737.

87.

Theudericus IV. rex petente Berario episcopo emunitates, ecclesiae Cenomannensi a praedecessoribus suis concessas, in primis monasterii Anisolensis dominationem, confirmat. 724. Mart. 2.

^a Cod. Bibl. Cenomannensis, n. 224, saec. XIII, f. 58.

^b Ediderunt ex cod. Cenomannensi: Mabillon, *Vetere Anallecta*, III, 184; Editt. II, p. 274, col. 1; — Bouquet IV, p. 700, n. 116; — Broquigny, p. 437, n. 312; — Pardessus II, p. 335, n. 522. — De Foy ad n. 674, sub nomine Theoderici III.

Theudoricus rex Francorum, vir illuster. Tunc regalis celsitudo fundamenta sui cul-
minis corroborat, quando petitionibus sacerdotum aut pontificum, quod pro oportunitate
15 aeccliesiarum pertinet, obauditur et ad effectum in Dei nomine mancipetur. Ideoque apo-
stolicus vir, dominus Berarius, Cenomannicae urbis episcopus, qui^a matrem aeccliesiam
Cenomannicam et monasterium Anisolae, in quo dominus Carileffus requiescit in corpore,
quod est suae sedis et matris aeccliesiae iure sanctae Mariae et sancti Petri et sancti Ger-
vasii et Prothasii martirum, in regimine habere videtur^b, nobis subgessit, eo quod ante-
20 cessorum sui ab anterioris regis, parentis nostri^c, emunitates de omnibus rebus eorum vel
aeccliesiae sancti Gervasii et Prothasii martirum promeruisent, et postea ipsas^d emunitates
a malis hominibus fuissent furatae, et denuo dominus et praecelsus antecessor noster Childe-
bertus quondam rex, nec non et genitor noster Dagobertus quondam rex, et in postea
parens noster Chilpericus quondam rex, integras emunitates^e de omnibus villis vel curtis
25 aeccliesiae suae sancti Gervasii et Prothasii martirum, in quibuslibet pagis atque territoriis
habere videntur, etiam et monasteria sua, quae ipse in regimine habet, quae infra ipsam
urbem Cenomannicam sunt constructa, aut curtis^f eorum vel villas, in quibuslibet pagis
vel territoriis, vel quae per ipsam aeccliesiam sperare videntur, concessissent, ut nullus
iudex publicus nec ad causas audiendas, nec ad freda exigenda, nec mansiones aut paratas
30 faciendas, nec pastus nec ullas redditiones requirendas nec exactandas^g, quoque tempore
ingredi deberet, nisi eum omnis fretus concessus atque indultus deberet possidere. Unde
et ipsam praeceptionem sibi per manus habere affirmat, et ipse beneficium de eo tempore
fuisset conservatus. Pecit celsitudini nostrae ut hoc circa eodem in idipso confirmare
deberemus; cuius petitionem non denegasse, sed in omnibus ita praestitisse cognoscite
35 vel confirmasse. Ideo^h praesentem praeceptionem decernimus atque iubemus, sive in per-
petuum volumus esse mansurum, ut inspecta ipsa anteriorem praeceptionem nullus iudex
publicus neque vos neque iuniores aut successores vestri, neque quislibet ex iudiciaria
potestate, in villis aut curtisⁱ ipsius aeccliesiae suae sancti Gervasii et Prothasii martirum,
vel monasteria sua aut curtis^j vel villas ipsorum, aut quae per ipsam aeccliesiam sperare
40 videntur, nec ad causas audiendas, nec ad freda exigenda, nec ad fideiussores tollendos,
nec ad ullas inquietudines faciendas, nec mansiones aut pastus nec paratas faciendo, nec
ullas redditiones faciendo, quod a fisco nostro speratur, requirendum nec exactandas,
iudiciaria potestas inibi quoque tempore ingredi non praesumatur, set ipsi Berarius aut
agentes sui illi^k sol. 200 inferendalis^l, et illos alios 200 auro pagens^m quod a fisco nostro de
45 ipsis villis vel de ipsis curtisⁿ suis, vel aeccliesiae suae aut monasteria sua, vel qui ipsam
aeccliesiam sperare videntur, reddebatur, et in sacello publico fuit consuetudo reddendi,
ipsi aut successores qui promissa sub hoc debuerant reddere atque transolvere; et, ut
diximus, ex^o nostra indulgentia saepedictus Berarius aut pares aeccliesiae suae Ceno-
mannicae^p vel monasteria sua de omnibus villis vel curtis^q suis, vel qui per ipsam eccle-
50 siam sperare videntur, cum omnes fructus concessos, sub emunitatis nomine omni tempore

a) qui om. c. b) videntur c. c) sic prima manus, recentior quaedam anteriore rego parentis nostro corr. cod. d) sic prima manus, corr. recentior ipsa. cod. e) munitates c. f) curtis c. g) exactandas c. h) adeo c. i) illi c. j) inferendalis c. k) pagis c. l) et c. m) Cenomannica c.

hoc debeant possidere et dominare; et nullas requisitiones neque impedimentum a iudicibus publicis quoque tempore hoc debeant possidere, tam ipse Berarius, quam et successores sui habere non pertimescant, nisi nostris et futuris Deo auxiliante temporibus valeat esse conservatum, et ad ipsa sancta loca perhenniter proficiant in augmentis^a. Et ut hoc praeceptio firmiter habeatur vel per tempora melius conservetur, manus nostras subter eam decrevimus roborare.

Signum glorioso domino Theodorico rege.

Ginansinus^b iussus obtulit et subscripsit.

(Data)^c quod fecit Martius dies^d 2. Anno 2. regni nostri. Carisiaco, feliciter.

88.

10

722. Mart. 2. *Theudericus IV. rex donationem Ratmundi comitis et coniugis eius Berthae monasterio Fossatensi in pago Parisiensi oblatam confirmat, villam scilicet Monasteriolam cum ecclesia omnibusque adiacentibus eius, mansos numero triginta cum terris aedificiis et reliquis ad eos pertinentibus.*

1. *Copia saec. X. in tabular. Paris. signat. K. 4, n. 31. — 2. Chartular. S. Mauri saec. XV. chartae. in 4^o, 15 in tabular. Paris. — 3. *Copia Baluzii in Bibl. Paris. (*Armotes de Baluze*, II, p. 1, n. 2) saec. XVI. ex chartular. Fossatensi descripta. — Ecypon in Serie II, tab. LI.
Ediderunt 1) ex chartular. S. Mauri: H. Bordier in Bibliothèque de l'École des Chartes, Serie III, tom. I, p. 64. — 2) ex copia saec. X: Tardif p. 42, n. 51.

† In nomine sanctae^e et individuae Trinitatis. Theudericus^f, gratia Dei rex Francorum^g. Si nobilium et inlustrium nobisque^h fidelium virorum salubribus favemus votis et iustis ac rationabilibusⁱ assensum praebemus postulationibus, reglam exercemus^k consuetudinem, et eos in nostrae fidelitatis obsequiis promptiores reddimus ad praesentis vitae curricula feliciter^l transigenda, et ad futurae beatitudinis^m praemia facilius obtinenda nobis profuturum non dubitamus. Conperiatⁿ igitur omnium fidelium sanctae^e Dei aecclesiae nostrorumque^o praesentium ac futurorum sollertia, quia carissimus valdeque^p amantissimus nobis^q Ratmundus, illustris comes, ad nostram accedens celsitudinem innotuit, qualiter divini ardoris face^r accensus ob^s Dei sanctorumque apostolorum Petri et Pauli et sanctae Dei genetricis Mariae amorem et honorem, una cum consensu^t nobilissimae coniugis suae Bertae, de rebus suae proprietatis monasterio^u Fossatensi^v, quod est^w situm in pago Parisiaco, et est constructum super alveum Maternae in honore iam praedictorum sanctorum, ubi praeesit^x venerabilis vir Waltmarus^y abba una cum norma plurima^z servorum Dei, ibidem consistentium, ad laudem Deo^{aa} canentium, pro aeternae remuneratione vitae et^{ab} pro animarum suarum sive parentum eorum absolute tradiderunt res, quas^{ac} in pago Parisiaco habere videbantur; villam scilicet, quae nuncupatur^{ad} Monasteriola, cum ecclesia et omnibus suis adiacentibus^{ae}, hoc est^{af} Curtecella, Villena^{ag}, Balneolis^{ah}, Sprema, Willertiagas^{ai}, inter totum mansos 30, cum terris, domibus^{aj}, aedificiis, mancipiis, vineis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, absque^{ak} ulla vicariorum potestate congrue teneant atque possideant. Ob hoc praecipimus etiam^{al}, ut nullus rex, nullus episcopus, nullus comes aut nulla potestas illas res disponere aut^{am} in sua potestate quicquid^{an} horum discernere vel delegare praesumat. Si quis vero, quod minime credo, contra hoc praeceptum nostra^{ao} auctoritate firmatum contraire^{ap} voluerit, inprimitus^{aq} iram Dei, quam^{ar} Iudas traditor meruit, ipsam incurrat, et stipendia peccatorum nostrorum atque propriorum^{as} accipiat in die novissimo, et cum hoc in aeterno^{at} supplicio poenas suscipiat ardentis^{au}, et insuper distringente fisco auri libras 3, argenti^{av} libras 100 coactus^{aw} exsolvat, et hoc quod repetit vindicare non valeat, sed perpetua

- a) agnitis e. b) Genansinus iuss. v. d. tot. subf. sic e. c) Data om. e. d) d. e. e) sanctae 3, et sic semper; sancte et sic semper 1 et 2. f) Theodericus 1; Teodericus 2, 3. g) Francorum 1. h) nobis aut fidelium 3. i) rationalibus 1, 2. k) exhibemus 3. l) felicitus 1. m) sancti 1. n) nostrorum 2. o) valde 1, 3. p) fecit 1. q) ob Dei sanctaeque virginis Mariae sanctorumque apost. P. et P. amorem 2. r) consensum 1. s) monasterioli 3, 50. t) Fossatensis 1, 3. u) etc 1. v) precis 1; praefatus 3. w) Ulvamarus 2; Vushemarus 3. x) plurium 2. y) Deo om. 2. z) et om. 3. aa) quae 1. ab) adiacentibus 1. ac) eis 1. ad) Yulena 1; Villera 2, 3. ae) Valrolis 3. af) Vuillertiagas 3; Mullertiagas 2. ag) domus 1. ah) et absque 2. ai) etiam 1. aj) quicquam 2, 3. ak) nostrae 1; nostra 2. al) contradicere 3. am) primitus 2. an) quem 2. ao) propriorum 1; propinquorum 3. ap) altero 3. ar) ardentem 3; poenam omnium 2. as) quoactus 1.

soliditate consistat. [Et ut haec auctoritas] a per b cuncta aevi c tempora inviolabilem obtineat firmitatis vigorem, manu propria subter eam d firmavimus et sigilli nostri impressione e insigniri iussimus.

Signum Theoderici f, gloriosi regis. (L. M.) (L. S.)

5 Data 6. Nonas Martii. Anno Christo propitio 2. regnante Theoderico g rege. Indictione 7. Actum Parisius civitate h. In Dei nomine feliciter. Amen.

89.

Theodericus IV. rex, Herlemundo episcopo et illustri viro Charivio petentibus, privilegia antecessorum suorum ecclesiae Cenomannensi de villa Arduno in pago Pictaviensi concessa confirmat. 772. Mart. 5.

* Cod. Bibl. Cenomannensis n. 324, saec. XIII, fol. 76.

Ediderunt ex hoc codice: Mabillon, Vet. Analecta III, 327; Edit. II, p. 268, col. 1; — Bouquet IV, p. 701, n. 117; — Brequigny p. 438, n. 313; — Pardessus II, p. 336, n. 523. — De Foy ad n. 721; Brequigny ad n. 722.

15 Theodericus rex Francorum, vir illuster. Si facta parentum nostrorum conservamus, nostra perhenniter stabilia esse confidimus. Ideo fidelis Deo propicio noster, vir apostolicus et in Christo pater noster, Herlemundus episcopus, illuster vir Charivius i, qui matrem aecclisae Cenomannicae sancti Gervasii et Prothasii martiris in regimine habere videtur, nobis suggestit, eo quod antecessores sui ab anterioribus reges, parentibus nostris, hoc est
20 avo nostro Childeberto, et genitore nostro Dagoberto, seu et parente nostro Chilperico quondam rege, taliter per eorum praeceptionem concessissent, ut quicquid de villa ipsius aecclisae Cenomannicae, noncupante Arduno, in pago Pictavo, ad fiscum sperabatur, ut nullus iudex neque quislibet exactare deberet, nec in ipsa villa mansiones facere, nec freda exactare, nec causas audire, nec fidelissimos tollere, nec ullas inquietudines faciendo, nec
25 ullas paratas nec ullum lucrum terrenum requirere nec exactare praesumpserit, nisi hoc ad luminaria ipsius aecclisae Cenomannicae, quae est in honore sancti Gervasii et Prothasii martiris patronis nostri constructa, deberet esse concessum atque indultum. Unde et ipsas praeceptiones ipse Carivius se prae l manibus habere affirmat, et de eodem tempore usque nunc ipsum beneficium asserit esse conservatum. Sed pro integra firmitate
30 peclit celsitudinem nostram, ut hoc denique per auctoritatem nostram ipsi Carivio atque ipsi aecclisae sancti Gervasii et Prothasii martiris confirmare deberemus; cuius petitionem non denegasse, sed in omnibus ita praestitisse et confirmasse cognoscite. Praecipientes enim, ut sicut constat ipse avus noster Childebertus, vel genitor noster Dagobertus, seu et in postea parens noster Chilpericus, antecessores reges, integras emunitates
35 de ipsa villa Arduno ad ipsam aecclisiam fecerunt, ita et in antea nos per nostram auctoritatem concedimus et confirmamus, ut nullo umquam tempore ullus iudex in ipsa villa praesumat nec causas audire, nec fidelissimos tollere, nec ullas paratas nec freda nec quaecumque censum aut lucrum terrenum, quod ad fiscum nostrum potuerit sperare, nullo umquam tempore praesumat requirere nec exactare m, nisi inspectis ipsis anterioribus
40 praeceptionibus antiquorum principum, parentum nostrorum, in luminariis suprascriptae basilicae sancti Gervasii et Prothasii martirum perpetualiter debeat esse concessum atque indultum. Et ut haec auctoritas firmiter habeatur et per tempora conservetur, manus nostrae subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

Signum glorioso domino Theoderico rege.

45 Confisius iussus obtulit n, scripsit et subscripsit.

Datum quod fecit mensis Martius dies o 5. Anno 2. regni nostri. Carisiaco, feliciter.

a) Et — auctoritas om. 1. 2. 3. b) et per cuncta 2. c) etiam pro aevi 2. d) cum 1. 2. e) impressione 2. 3.
f) Theoderici 1. g) Theoderico 2. h) feliciter 2. i) semp e. j) exactare e. k) obtulit e. m) As' dr. 2. e.

91) filius Rothari comitis, qui cum patre res Cenomannensis ecclesiae manu tyrannice occupaverat; cfr. 84 Mabilloniana l. c. in Actis Cenomannicis.

90.

724.
Mai. 9.

Theodericus IV. rex monasterio Leobardi in pago Alsacinsis donationes a Childeberto III. aliisque regibus Francorum concessas confirmat, ipsumque in regiam defensionem recipit.

Copia vetus in speciem autographi confecta, spuria.

Ediderunt et autographo spurio: Brauchius, Chronolog. monast. German. p. 84, mendosum et interpolatum; — Bouquet IV, p. 703, n. 119; — Coccius, Dagobertus p. 84, aequo mendosum et interpolatum; — Le Colnie IV, p. 733, n. 26; — ex eodem accuratius: Schoepflin, Akad. dipl. I, p. 29 inter diplomata spuria; — Grandidier I, Preuves p. 56; — Brequigny p. 443, n. 319; — Pardessus II, p. 342, n. 531. — De Foy ad a. 724; Brequigny ad a. 724.

In⁹² nomine sancte et individue Trinitatis. Teodericus, divina favente clemencia rex 10 Francorum, viro illustri Luthfrido⁹³. Si petitionibus Deo servientium, quae ad eorum quietem vel tranquillitatem pertinent, libenter prestamus atque ad effectum perducimus, regiam consuetudinem exercemus et ad mercedem vel stabilitatem regni nostri pertinere confidimus. Ideo notum esse volumus tam futuris quam presentibus, qualiter venerabilis Maurus abbas de monasterio domni Leobardi quondam abbatis, in honorem sanctorum 15 apostolorum Petri et Pauli et sancti Martini, peculiaris patroni nostri, constructo, clementie regni nostri suggestit, quod antecessori suo, domno Leobardo quondam abbati, qui ipsum monasterium suo opere a novo fundamento edificasse noscitur, inclitae memoriae parens noster, Childebertus⁹⁴ quondam rex, ad oportunitatem ipsius monasterii terram illam, quam de deserto ipse ad excolendum vel comanendum preoccupaverat, per loca denomi- 20 nata: de ponticulo ad Suenheim usque ad publicam stratam Tabernensem, ac deinde ad stratam Marlelensem, hinc terminum de fonte cisternata cum adiacentibus suis usque ad Gunsinum rivum, indeque ad montem Cuobergum per fraxinetum ad locum, qui vocatur Aschowa, et sic per fluvium Sornam, usque ad crucem petrinam, tum demum ad Mauri rivum, pro futura mercede eidem concessisset, ut nullus ibidem campos facere, nec porcos 25 saginare, nec materiam succidere, nec ipsius fines penitus irrumpere presumeret, sed hoc ipsi monasterio omni tempore concessum esse deberet; et quicquid intra vel extra prescriptos terminos in quacunque provincia vel pago ipse vel aliquis regum, predecessorum eius, tradidisset seu successorum quaelibet potens vel vilis persona memorato loco abbati eiusque successoribus pro animae suae salute traditura esset, nullo contradicente 30 aut resistente libere atque licenter possidere liceret. Unde ipsam preceptionem memorati principis, seu divae recordationis Theodeberti, Clotharii, Dagoberti, Sigeberti, itemque Dagoberti, quondam regum, nobis ad confirmationem ostendit in praesenti relegendam. Sed pro firmitatis studio nostrum sibi expetiit ex hoc ipso in eodem monasterio vel circa eius terminos, omniaque ad id pertinentia, confirmare preceptum; cuius petitionem pro 35 Dei intuitu vel mercedis nostrae augmento benigne suscipientes, ita et confirmasse et in omnibus prestitisse regia consuetudine cognoscite. Praecipimus enim, ut quicquid per inspectas supradictorum regum preceptiones ad ipsum monasterium longe vel prope noscitur concessum fuisse, per hanc auctoritatem nostram ipsi monasterio vel memorato Mauro abbati suisque successoribus omni tempore in Dei nomine ipsum privilegium nostris 40 et futuris temporibus stabile Deo auxiliante omnimodis conservetur. Similiter petiit, ut eum cum omni familia rebusque monasterii sui, longe vel prope constitutis, sub nostro

92) Diploma spurium esse evidentissimis argumentis ostendunt Brequigny et Pardessus in notis editionis. Certe constat omnia instrumenta, in huius monasterii archivo reposita, igne absumpta fuisse cum ipso monasterio anno 828, et postmodum a Celso abbate restaurata, quantum sane ex memoria et traditionibus id fieri potuit. Hoc testatur inscriptio vetus lapidi inculpta anni a. Incarn. domini 828 ex his verbis: *Celso, Mauri abbate monasterii, post cuius petitionem et chartarum terminum scribere cepit, qualiter ipse per Childebertum quondam rege eidem loco concessit terram Tabernensem de fonte cisternata usque ad Gunsinum rivum, idem ad montem Cuobergum per fraxinetum, que vocatur Aschowa,*

et sic per fucium Soras. Cfr. Grandidier II, Preuves p. 190. Haec eadem ipsissimis vocibus leguntur in diplomate quod expendimus; hinc licet conicere, 45 hoc instrumentum ad deperditum veri diplomatis supplendum vicem fabricatum, sed infelicitissime instauratum, cum plurimis scateat falsi indicia. BREQ. 93) Idem, ut videtur, quem Eberhardus comes in charta fundationis Murbacensis coenobii a. 728. (cfr. 50 Pardessus p. 358, n. 344) germanum suum vocat, filium Adelberti, nepotem Eüchonis, Alustius ducum; cfr. etiam diploma Witegersul episcopi pro eodem monasterio (ibid. p. 355, n. 343), ubi in fine Signum Leodofradi ducti occurrit. 94) Immo Dago- 55 bertus III.

mundiburdio et defensione reciperemus; quod nos pro mercedis nostrae augmentis ita et prestitisse cognoscite et confirmasse. Quapropter per presens decernimus ac iubemus preceptum, ut neque vos, neque iuniores vestri seu successores, nullaque omnino cuiuscunque sit potentiae persona, ipsum abbatem neque monachum, vel certe homines suos, iniuriari neque condemnare, nec ei infra vel extra monasterium rem irrationabilem facere penitus, neque de rebus ad se pertinentibus quippiam auferre presumat. Sed liceat ei suis et monasterii sui secundum normam patrum domni Benedicti et domni Columbani quietos residere atque securus: quo potius ipsam congregationem sanctam melius delectet, pro stabilitate regni nostri misericordiam Domini die noctuque crebrius exorare.

Data Metis, in cenobio sancti Arnulphi, eiusdem loci episcopi, quod est constitutum in suburbio, sub die Kalendarum Maii, anno dominicae incarnationis 724, indictione tertia, anno vero regni Theodorici quinto.

Ego Grimaldus cancellarius recognovi.

(L. S.)⁹⁰

91.

Theodericus IV. rex in locum suum monasterium Honaugense commendat Tubano, (725) monacho eiusdem monasterii.

Codex saec. XI.

Edidit ex fonte incognito spurium hoc et absurdum fectus; Coccius in Dagoberto p. 133; — ex eod. saec. XI: Grandior I, p. 406, et Prouves p. 59; — Broquigay p. 448, n. 321; — Pardessus II, p. 344, n. 534. — De Foy ad a. 726.

Pro nomine Theoderici regis scribendum potius Benedictus abbas, qui etiam testis subscriptus, eius diploma est forma epistolari ad eundem Benedictum directum est; certe nullo modo pro charta regis habendum, nobisque sine dubio h. l. plene omittendum est. Videsis annotationem criticam in editionibus supra laudatis.

92.

Theodericus IV. rex ecclesiae S. Vincentii Parisiensis dona, a viro illustri Galterio et c. n. 730. conjugē eius Goda eidem concessa, confirmat.

Chartular. S. Germani saec. XIII. in tabular. Paris. eod. n. 860.

Edidit ex hoc chartulario: Bouillart, Hist. de l'abbaye .. de St. Germain, Prouves p. 5; — Broquigay p. 441, n. 333; — Pardessus II, p. 361, n. 848. — De Foy ad a. 736; Broquigay ad a. 736.

Theodericus, Dei gratia rex Francorum. Si petitionibus servorum vel ancillarum Dei in hoc, quod ad loca sanctorum ac Deum timentium hominum adinet, assensum praebuerimus, hoc ad mercedem futuram et stabilitatem et tuitionem regni nostri in Dei nomine prodesse confidimus, ut propter hoc inantea semper in melius delectentur erga culmen regale fidem servare et pro stabilitate regni nostri Dominum cotidie deprecare. Ideoque notificamus cunctis nostris fidelibus, quod quidam nostrorum procerum nomine Galterius, eiusque coniux nomine Goda, adierunt nostram clementiam suggerentes quatinus donum, quod ex suis rebus in pago Bituricensi positae faciebant ad ecclesiam sanctae Crucis sanctique Vincentii, in suburbio Parisiaco sitam, ubi preciosus confessor dominus Germanus in corpore requiescit, nostra auctoritate firmaremus. Sunt autem haec loca denominata: Fraxinum cum ecclesiis; Caldunum cum ecclesia domni Monialis confessoris, super Chrosam fluvium; Graegilidum cum ecclesia domni Germani; Argentonem cum ecclesia, vel quicquid ultra Ligerim possidere videbantur, una cum domibus, aedificiis, accolis, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, decimis, greges cum pastoribus, servis et ancillis, aquis aquarumque decursibus, et insuper omnia ad integrum quicquid ad supradictas pertinent possessiones. Ita videlicet, ut post obitum Galterii, si Goda eius coniux superstes esset in corpore, Deo sacrata foret, et in ecclesia domni Monialis cum puellis Deo sacratis quampluribus sibi associatis Deo serviret; ipsumque locum una cum supradictis possessionibus ad ecclesiam sanctae Crucis sanctique Vincentii levitae et martyris, ubi preciosus confessor Germanus

95) Signi descriptionem vide apud Schoepflinum l. c. pag. 30, not. 4; idem fere esse videtur cum illo, quod diplomati eiusdem regis pro monast. Murbacensi adhaeret; cfr. supra pag. 84, n. 95.

in corpore requiescit, in suburbio Parisiacae urbis, sicuti vir suus Galterius et ipsa Goda pari et communi assensu, nostra firmante auctoritate, decreverant, sub dominatione et providentia Autharii⁹⁶, ecclesiae sanctae Crucis praedictorumque sanctorum abbate, legaverunt. Ea scilicet ratione, ut praedictus abbas post depositionem praedictae Godae, abbatissam ibidem (eligere) debeat, aut post obitum eius abbas, qui sibi successerit, vel rectores qui sibi per futura secula successerint, in saepe dicta sanctae Crucis sanctorumque dictorum ecclesia eligere et constituere provideant. Quam testamenti paginam Dei ac praedictorum sanctorum amore, seu remedio nostri ac coniugis seu filiorum nostrorum, vel genitoris Dagoberti secundi⁹⁷ vel atavi⁹⁸ nostri Childberti, Francorum regum, salute ac requie, manu et auctoritate signaculi nostri firmavimus. Quin etiam iuxta precem fidelis nostri Galterii ac uxoris eius Godae hoc etiam addidimus: quod si, quod absit vel quod minime credimus fieri, hanc testamenti paginam reclamare vel violare conatus fuerit, vel a dominatione ecclesiae sanctae Crucis sanctique Vincentii levitae et martyris, necnon domni beatissimique Germani, vel rectorum sive monachorum eiusdem ecclesiae, subtrahendo auferre conatus fuerit, inprimis iram Dei incurrat, et cum Iuda traditore simulque Dathan et Abiron sine sine penas infernales subeat, immo etiam trecentas auri libras fisco nostro persolvere cogatur, et quod repetit minime assequatur.

CHILDERICUS III.

93.

743.
Mart. 1.
— 752 inc.743.
Mart. 9.

Chilpericus (Childericus III.) rex petente Gauzolino episcopo Dagoberti regis praeeptionem de villa Arduno confirmat

* Cod. Bibl. Cenomannensis n. 224, saec. XIII, fol. 73.

E d i d e r u n t e x h o c c o d. M a b i l l o n, V o l. A n a l e c t a, I I I, 236; Edit. II, p. 267, col. 2; — Bouquet IV, p. 706, n. 125; — Brequigny p. 479, n. 243; — Pardessus II, p. 363, n. 569. — Brequigny ad n. 743.

Chilpericus^a rex Francorum, vir illuster. Si facta parentum nostrorum conservamus, nostra perhenniter stabilia esse confidimus. Ideoque apostolicus vir, pater noster in Christo Gauzolenus, Cenomannicae urbis episcopus, nobis suggessit, eo quod sobrinus noster, Dagobertus quondam rex, per suam praeeptionem taliter domno Berario quondam episcopo et Achilberto episcopo, necnon et domno Herlemundo episcopo concessisset, ut quicquid de villa ipsius ecclesiae, noncupante Arduno, in pago Pictavo, ad fiscum sperabatur, hoc nullus iudex neque quislibet exactare deberet, nec in ipsa villa mansiones facere, nec freda exactare, nec causas audire, nec ulla paratas, nec ullum lucrum terrenum requirere nec exactare praesumpserit, nisi hoc in luminaribus ipsius ecclesiae Cenomannicae, quae est in honore sancti Gervasii et Prothasii martiris, patronis nostri, constructa, deberet esse concessum. Et postea domno Herlemundo episcopo, qui post Achilbertum episcopum ibidem fuit, similiter concessit. Unde et ipsas praeeptiones ipse pontifex se praebere^b assertis^c abere affirmat, et de eodem tempore usque nunc ipsum beneficium asserit esse conservatum. Sed pro integra firmitate peccati celsitudini nostrae, ut hoc denuo per nostram auctoritatem ipsi Gauzolino episcopo vel ad ipsam basilicam sancti Gervasii et Prothasii martiris confirmare deberemus: cui nos non denegasse, set in omnibus ita praestitisse et confirmasse cognoscite. Praecipientes enim, ut sicut constat ipse sobrinus noster Dagobertus quondam rex, vel alii parentes nostri, antecessores reges, integras emunitates de ipsa villa Arduno ad ipsam ecclesiam fecerunt, ita et inantea nos per nostram auctoritatem concedimus et confirmamus, ut nullo umquam tempore ullus iudex in ipsa villa praesumat aut causas audire, aut ulla paratas, aut freda aut qualemcumque censum, aut lucrum terrenum, quod ad fiscum nostrum potuerit sperare, ullo umquam tempore praesumat requirere nec exactare, nisi inspectis ipsis praeeptionibus antiquorum parentum nostrorum vel sobrini nostri Dagoberti regis, in luminaribus suprascriptae basilicae sancti Gervasii et Prothasii martiris perpetualiter debeat esse concessum atque indultum. Et ut

a) legendum Childericus, sub quo rege Gauzolenum episcopatum Cenomannicum tenuisse scimus. b) per e. c) manus e. 50

96) scilicet Autharii II, nos primi, qui tempore Theoderici III. anno circiter 650. abbas S. Germani fuit. 97) Immo tertii. 98) Immo avi.

haec auctoritas firmitior habeatur vel per tempora conservetur, manus nostrae subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

Chilpericus^a rex subscripsit.

Data quod fecit mensis Martius dies^b 2. Anno primo regni nostri. Compendio, feliciter.

94.

Chilpericus (Childericus III.) rex petente Gauzioleno episcopo emunitates monasterio 743, s. d. Anisoleni a praedecessoribus suis concessas et censum annuum, Cenomannensi ecclesiae ex parte praedicti monasterii debitum, confirmat.

^a Cod. Bibl. Cenomannensis n. 244, saec. XIII, fol. 71.

^b Ediderunt ex hoc cod. Mabillon, *Vetera Anal.* III, 230; Edit. II, p. 266, col. 1; — Bouquet IV, p. 709 n. 124; — Brequigny p. 481, n. 348; — Pardessus II, p. 388, n. 871.

Chilpericus^a rex Francorum, vir illuster. Si facta parentum nostrorum conservamus, nostra perhenniter stabilia esse confidimus. Ideoque apostolicus vir, pater in Christo noster Gauziolenus, Cenomannicae urbis episcopus, nobis suggestit, eo quod de monasterio suo sedis aecclisae, quod vocatur Anisolae, in quo dominus Karileffus corporaliter iacet, sobrinus^c noster, Dagobertus quondam rex, et antecessores sui, reges scilicet Francorum, eius praedecessoribus^d, domno Domnolo episcopo et Hadolindo episcopo et domno Berchario quondam episcopo et Aiglberto episcopo, necnon et domno Herlemundo episcopo, praecepta fecissent, et emunitates^e sedis aecclisae suae propriis manibus Deo
20 confirmassent, qualiter a suo titulo et a sua aecclisae et civitate nunquam alienatum aut subtractum etiam vel in futuro fieret. Unde et ipsas praeceptiones ipse pontifex se^f prae manibus habere affirmat, et de eodem tempore usque nunc ipsum monasteriolum suae cathedrae aecclisae asserit esse conservatum. Sed pro integra firmitate peccati celsitudinem nostram, ut hoc denuo per nostram auctoritatem ipsi viro^g domno Gauzioleno episcopo
25 vel suae civitatis aecclisae confirmare deberemus; cuius petitionem^h nos non denegasse, sed in omnibus praestitisse et confirmasse cognoscite. Praecipientes enim, ut sicut constat ipse sobrinus noster, Dagobertus quondam rex, vel alii parentes nostri, antecessores reges, integra emunitate de ipso monasteriolo ad aecclisiam fecerunt, ita et inantea nos per
30 nostram auctoritatem concedimus et confirmamus, ut nullo umquam tempore nullus iudex in ipso monasteriolo et suis appendiciis non praesumat causas audire, nec ulla parata, nec feda, nec qualemcunq; censum, aut lucrum terrenum, quod ad fiscum nostrum potuerit sperare, nullo umquam tempore non praesumat requirere nec exactare, nisi inspectas ipsas praeceptiones antiquorum principum, parentum nostrorum, vel consobrini nostri, Dagoberti quondam regisⁱ, in luminaribus suprascripta matre et civitate basilicae per
35 petualiter debeat esse concessum atque indultum. Insuper postulavit memoratus Gauziolenus^k episcopus, ut super precariam, quam fecit de monasteriolo Anisolae cuidam abbati nomine Didono, nostrum fecissemus praeceptum, sicut antecessores et parentes nostri, memorati reges, suis antecessoribus et abbatibus praedicti monasterioli fecerunt. Unde et praedictorum regum praeceptiones et sanctorum quae civitatis episcoporum precarias
40 nobis ad relegendum ostendit, quae omnia ante nos recitari fecimus; in quibus insertum invenimus, qualiter censum abbates praedicti monasterioli Anisolae pontificibus eiusdem civitatis persolverent, et seniori^l aecclisae de cera libras 6, et ad opus fratrum canonicorum in praedicta aecclisae Deo militantibus in coena Domini plenum modium de ovis et duas buticulas paratas de optimo vino plenas; et ad opus episcoporum eiusdem civitatis
45 cambuttam^m unam optimam et duos subtilares obtine paratos, et alia dona et opera multa. Quae omnia ad liquidum cognoscentes, hanc auctoritatis nostrae praeceptionem, sicut deprecatus est, fieri iussimus, per quam praecipientes iubemus, ut dum advixerit praedictus pontifex, abbas per precariam et beneficium iam dicti Gauzioleniⁿ suorumque
50 successorum praedictum teneat monasteriolum, et memoratum censum, sicut in eorum precarias continetur, absque ulla dilatione per singulos annos persolvat, et ei obediens in

a) legendum Childericus. b) id. d. r. c) sobrinus e. d) praedecessores e. e) emunitatis e. f) semper in manibus e. g) vero e. h) petitionem dm. e. i) regis e. l) Galliolenus e. m) cambuttam e. n) Galliolens e.

omnibus semper existat. Post eius vero excessum ipsum monasteriolum ad memoratam matrem aeccliam et in ius et potestatem eius et episcoporum sive rectorum, cum omni integritate et cum omni superposito immelioratum, absque ullius consignatione aut prohibitione revertatur: ut quicquid deinceps episcopi et rectores eiusdem sanctae aeccliae canonice et racionabiliter facere disposuerint, liberum in omnibus perfruantur arbitrium. Et ut haec auctoritas tam praesentibus, quam et futuris temporibus Dei adiutorio firma stabilitate debeat perdurare, subter eam signaculis propria manu decrevimus roborare.

95.

[749] *Chilpericus (Childericus III.) rex Gauzioleno episcopo suggerente emunitates An-*
 Mart. 15. *soleni monasterio a praedecessoribus suis concessas, simul et censum, ecclesiae Cenoman-*
nensi ex parte praedicti coenobii debitum, confirmat.

* Cod. Bibl. Cenomannensis n. 224, saec. XIII, fol. 72.

Ediderunt ex hoc codice: Mabillon, *Vetera Anal.* III, 234; Editt. II, p. 287, col. 1; — Bouquet IV, p. 714, n. 132, ad a. 749.

Chilpericus* rex Francorum, vir illuster. Si facta parentum nostrorum conservamus, 15
 nostra perhenniter stabilia esse confidimus. Ideoque apostolicus vir, pater noster in Christo
 Gauziolenus, Cenomannicae urbis episcopus, nobis suggestit, quod sobrinus noster, Dago-
 bertus quondam rex, et antecessores sui, reges scilicet Francorum, eius praedecesso-
 ribus, domno Domnolo episcopo et Hadolndo episcopo et Berario episcopo et Achilberto
 episcopo et domno Herlemundo episcopo, praecepta de monasteriolo infra parrochiam 20
 nostram, a domno Karileffo constructo, sub iure et dominatione suae sedis aeccliae
 fecissent, quae et nobis ad legendum ostendit, et ante nos recitari postulavit. Cui petitioni
 assensum praebuimus, et sicut deprecatum est fecimus. Peccit etiam, ut super precariam,
 quam cuidam abbati, nomine Sicbaldo, de praedicto monasteriolo et consensum suorum
 fratrum fecerat, nos nostrum praeceptum fieri iuberemus, per quod praedictus abbas ipsum 25
 monasteriolum tutius^b habere potuisset. Qua de re hoc praeceptum auctoritatis facere
 praecipimus, per quod iubemus atque firmiter mandamus, ut praedictus abbas memoratum
 monasteriolum beneficiario iure sub precaria Gauzioleni, praedicti episcopi, quamdiu
 advixerit, teneat, et censum, quem ab eo constitutum habet, per singulos annos absque
 ulla dilatione praedictae Cenomannicae urbi matri et seniori aeccliae persolvat. Id est, 30
 ad luminaria praedictae aeccliae de cera libras 5, et ad opus fratrum plenas buticulas
 paratas de optimo vino et plenum modium de ovis in coena Domini, et ad opus episcopi
 cambuttam^c unam bene ornatam et subtilares duos optime compositos; et insuper ei
 semper obediens et serviens, quicquid illi praeceperit, existat. Et post eius diacessum
 praedictum monasteriolum absque ullius contradictione vel consignatione, cum omni inte- 35
 gritate et superposito immelioratum, ad memoratam matrem et civitatis aeccliam et ad
 ius et dominationem matris aeccliae episcoporum in integrum convertatur, ut quicquid
 eiusdem aeccliae episcopi et rectores iuste et canonice facere elegerint, liberam absque
 ullius interrogatione habeant potestatem faciendi. Et ut haec auctoritas firmiter habeatur
 et per futura tempora conservetur, manus nostrae subscriptionibus subter eam decrevimus 40
 roborare.

Chilpericus^d rex subscripsit.

Data quod fecit mensis^e Martius die 15. Anno 12.^{mo} regni nostri. Carisiaco palatio.
 Feliciter.

a) legendum Childericus. b) iuscius e. c) camburtam e. d) legendum Childericus. e) *Ma* *h* e.

99) Childericus III, per novem tantum annos nomen regum gessit, quare Bouquetus scribendum iubens
 anno VII. diploma anno 749. adscripsit.

PIPPINUS MAIOR DOMUS.

1.

*Pippinus et Plectrudis castrum suum Ambra in principatu Ardennae venerabili viro⁶⁸⁷
Beregiso tradunt ad ecclesiam et cellas ibi construendas, limitesque donationis accuratius^{Nov. 13.}
definiunt.*

*Cod. saec. XI, vel XII, in c. monasterio S. Huberti in Ardennis descriptus, iam in tabular. Namurcens.
p. 5, fol. 89.

Ediderunt et tabular. S. Huberti: Miraeus, Opera diplom. II, p. 1125; — Breuigay p. 308, n. 208; — Par-
deus II, p. 203, n. 409; — de Reiffenberg, Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur, de
10 Hainaut et de Luxembourg, tome VIII, p. 8. — De Foy ad a. 687; Breuigay ad a. 687; Wauters ad a. 687.
Diploma suppositum, quum lictis monasterii Andagiensis ad annum demum 708, cum Mabillonio (Annal. II, 16)
revocanda videantur; nec Pippino nec Plectrudi Beregisus ante annum 698, notus fuit, ut ostendit Le Cointe
IV, p. 325.

Incipit exemplar donationis castri Ambra cum appendiciis per Pipinum
15 Heristallum factae.

In nomine sanctae Trinitatis. Omnis sublimitas terrena divinae ordinationi
omnimodis debet esse subiecta. Eapropter cum supremus coeli terreque dominus, qui
bonorum nostrorum non eget, mirabili tamen in me bonitate castrum Ambra, Amberla-
censis fisci caput, schedula e coelo prodigiose delapsa, in servorum suorum patrimonium
20 dignatus sit eligere: ego Pippinus, illustris Anchisi filius, cum illustri matrona mea Plectrude
notum facio omnibus praesentibus et futuris, quod praedictum ditiois meae castrum, ab
Ardennae principatu^a avulsum, cum limitibus et confiniis infra designatis ita omnipotenti
Deo contradidi, sicut etiamnum in persona venerabilis Beregisi et successorum eius trado,
ut nihil iuris, domini aut cuiuslibet autoritatis mihi aut successoribus meis inibi reservem,
25 quatinus sit solius Dei et ipsius vera possessio, ei soli subiecta. Eo sane fine, ut ecclesia
et cellae ibidem incunctanter construatur^b ad laudes Altissimi, a servis suis die noctuque
decantandas. Ut autem haec mea donatio nulla valeat cavillatione violari, nullo avaritiae
studio rescari, nulla vi aut malitia perturbari: noverint universi, hac donationis carta
contineri totum terrae tractum, constructum inter lapides, metas et fossas, in praesentia
30 filiorum et procerum meorum designatas^c, inter divisiones ad meridiem; ad orientem inter
Mollem Campellum, Campilonem et Haletum ferreum montem; ad aquilonem inter Nasa-
niam et Awannam Tabulae fontanam; ad occidentem fluvium Lumnain et rupem Sulmo-
niensem; scilicet cum banno, omni iusticia, pretoriis et earum appendiciis, cum omni
iure et censu, tam in denariis quam avenis, cum teloneo, mercato, et suis appendiciis,
35 cum iure mortimenti et omnium accolarum advocacionis ad fisci dominici opera, in acceptae
libertatis signum; cum decimis ad me spectantibus et omnibus possessionibus, terris,
pratibus, pascuis, aquis, cum farinariis, cum silvis, villis et villulis, cum mansis, mansio-
nibus, familiis, libertis et mancipiis, cum gregibus et armentis. Quam donationem sic
Deo factam ac etiam in praesentia illustri Plectrudis, filiorum curialiumque meorum,
40 ratam et firmatam, etiam in mandiburnium meum suscepti posterisque meis commendo,
ut stabilis sit.

Hic est vero schedulae coeli tenor: *Hic locus a Deo electus ad salutem animarum mul-
tarum terra sancta est valde magnificanda, servorumque Dei patrimonium, quod augebitur
et a potestatibus protegetur, varie tamen tribulabitur. Qui vero hunc locum vexaverit, sic in
45 radice marcescat, ut in ramis non florescat, aut ultrices ultionis aeternae poenas sustineat.*

Actum publice in palatio Ioppiliensi. Idibus Novembris. Anno Incarnationis Domini 687.

His Interfuerunt, quorum nomina subscripta sunt. Illustris Pippinus. Illustris Plectrudis.
Drogo filius. Grimoaldus filius. Hubertus comes. Sisibertus comes. Godefridus comes.
Chudbertus. Charibald. Cosmarus. Winetharius, qui subscripserunt.

50 a) percipata e. b) constructur e. c) designat e.

2.

691.
Nov. 15. *Pippinus maior domus monasterio Laubiensi super fluvium Sambram silvam Forestellam, inter rivos de Gruyghart et de Hergnaut sitam, concedit, omnesque possessiones ab Hidulfo ducis donatas et quaecumque homo Dei Landelinus labore suo adquisierat, iam dudum a Dagoberto quondam rege concessa, in tuitionem suam recipit praedictoque monasterio confirmat.*

Chartular. abbatis Laubiensis.

Ediderunt ex hoc chartular. Gilles Waulde p. 325 (cum versione FrancoGallica); — Miraens, Opera dipl. II, p. 1126; — Brequigny p. 323, n. 218; — Pardessus II, p. 217, n. 419; — Voa, Lobbes p. 413, n. 3. — De Foy ad n. 691; Brequigny ad n. 691; Waiters ad n. 691.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen. Universalis mater et virgo singularis Christianae sponsa, ecclesia catholica, foecunda castitatis praerogativa promeruit, quod devotum suis utilitatibus inclinemus assensum, praesertim sacrosanctae religionis tranquillitatem et quietem cura vigili providentes, quo liberius divinae contemplationi et orationi pro nostra salute et regni stabilitate vacando possit ad Deum interesse; quatenus inimicis christianae fidei eliminatis, tota sui corporis incolumitate sub nostro sudore regnum vigeat et crescat, et hostilis ubique cervicositas se sentiat subiugatam. Ego quidem Pipinus senior¹, eo favore et desiderio ductus, maxime quia de rege superbo Theodorico per gratiam Dei cum victoria sum liberatus², monasterio religiosissimi viri et eximii praedicatoris Ursuari pontificis, quod est in Laubias super Sambram fluvium, co. dedo et dono in dotem ipsius ecclesiae perpetuo possidendam: terram et silvam, quae est inter rivum de Gruyghart et rivum de Hergnaut, qui defluunt in Sambram, quae sylva dicta est Forestella ab antiquo. Situm ipsius monasterii Laubacensis, villas, terras, sylvas, prata, aquas aquarumque decursus, et possessiones omnimodas, quas fidelis meus Hydulphus dux, cooperatur in eodem monasterio praedicti pontificis, eidem loco donavit, in mea tuitione et defensione suscipio et perpetuae libertati et quieti reddo, nihil in eisdem locis iuris aut potestatis mihi sive posteris meis reservans. Quidquid etiam homo Dei Landelinus, qui primus in eodem loco laboravit, ipsi loco acquisivit et subiecit, eidem monasterio totum attribuo: videlicet ecclesiam de Alna cum omnibus appendiciis et possessionibus suis. Similiter monasterium Wallare cum universis appendiciis et possessionibus suis, sicut eas piissimus rex Dagobertus ad preces bonae memoriae Auberti Cameracensis episcopi supradicto Landelino sub certis terminis expressas et monasterio Wallari pro sua fundatione deputatas donavit, ut sint ipsius ecclesiae Laubacensis vera et firma possessio, sine advocatia vel oppressione alicuius comitis vel centenarii aut vicedomini; nec aliquis supra territorium ecclesiarum praedictarum domum erigere et fabricare praeter voluntatem aut licentiam earundem praesumat, aut violentiam aliquam inferre. Universa loca praedicta, tam in nostro quam in supradicti regis Dagoberti volumine fideliter expressa et conclusa, sub mea protectione suscipio, et ab omni principatus angaria et potestate penitus absolvo, nulliusque infractionis aut invasionis molestiam sive praeiudicium occupationis sustinere decerno. Si quis autem contra hoc venire et nostrum edictum violare praesumpserit, omni libertate et honore nudatus, capitali poena puniatur.

Ut autem haec mea donatio per succedentia tempora maneat intemerata, eam manu mea confirmavi, et sigilli mei appositione insigniri iussi.

Signum domini Pipini senioris.

Signum Hydulphi ducis Lotharingiae. Signum Philippici ducis Metensis.

Ego Asdolgus cancellarius ad vicem Ruothperti archicapellani recognovi et subscripsi.

Data Lephtinis, decimo septimo Kalendas Decembris. Anno dominicae incarnationis sexcentesimo nonagesimo primo. Indictione quarta. Principatus nostri anno quinto, contrito Theodorico rege superbo, feliciter, concessionis huius eodem anno.

1) Haec appellatio, a posteris excogitata, ut Pippinum nostrum ab aliis distinguerent, certum falsitatis signum est. 2) victoria Testriaca anni 657.

3.

Pippinus maior domus ecclesiae sancti Petri Cameracensi possessiones suas inter Elimontem et Salicurtem in pago Atrebatensi, necnon ecclesiae fratrum oratorii in eadem urbe villas Maniliacum, Kuneias et Demicortem concedit.

- 5 Copia in tabular. Cameracensi.
Fragmentum chartae ediderunt ex hac copia: Le Carpentier, Hist. de Cambrai, tom. II, Preuves p. 4; — Brequigny p. 324, n. 219; — Pardessus II, p. 219, n. 420. — De Foy ad a. 691; Brequigny ad a. 691; Wauters ad a. 691.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen. Universalis mater et virgo singularis Christianae sponsae, ecclesiae catholicae, fecunda caritatis praerogativa promeruit, quod devotum suis utilitatibus inclinemus assensum, praesertim sacrosanctae religionis tranquillitatem et quietem cura vigili providentes, quo liberius divinae contemplationi et orationi pro nostra salute et regni stabilitate vacando possit ad Deum interesse; quatenus inimicae christianae fidei eliminatae, tota sui corporis incolumitate sub nostro sudore regnum vigeat et crescat, et hostilis ubique cervicosis se sentiat subingratam. Ego quidem Pippinus senior, eo favore et amore ductus, maxime quia de rege superbo Theoderico per gratiam Omnipotentis cum victoria sum liberatus, ecclesiae sancti Petri Cambracensis concedo in perpetuam eleemosinam terram meam inter Elimontem et Salicurtem in pago Atrebatensi Item ecclesiae fratrum oratorii Cambracensis de villaria duo: villas Maniliacum, Kuneias et Demicortem etc.

- 20 Signum domini Pippini senioris.
Signum Hidulphi ducis Lotharingiae. Signum Philippici ducis Metensis.
Ego Asdolphus cancellarius recognovi.
Data Cambraci, Anno incarnationis Verbi sexcentesimo nonagesimo primo, Indictione 2. Principatus nostri anno quinto.

4.

Pippinus maior domus et uxor eius Brunihilda monasterio Laubiensi super fluvium Sambram, ubi Ursmarus abba praest, terram et silvam inter rivos Gruyghart et Hergnaut concedunt, necnon donationes Y. Cl. Dodonis, eidem ecclesiae ob conversionem suam donatas, confirmant. ^{697. Nov. 15.}

- 30 Chartular. Laubiense pag. 83.
Ediderunt ex hoc chartular. Gilles Waulde p. 389 (cum versione Francogallica); — Miraeus, Opera dipl. III, p. 283; — Brequigny p. 351, n. 241; — Pardessus II, p. 245, n. 443; — Vos, Lobbes p. 418, n. 4. — De Foy ad a. 697; Brequigny ad a. 697; Wauters ad a. 697.

